

NOVA DILIGENS AC PERutilis expositio capitum seu legum prætorum, ac iudicum syndicatus regni totius Hispaniæ.

Cuius est author doctor Franciscus de Auiles, oppidi de Mombeltran. Et qui nunc, & iamdiu à consilio est illustrissimi Ducis de Alburquerque, totius regni Nauarræ proregis.

Cum priuilegio.

Methymnæ Campi excudebat Mathæus à Canto.
1557.

Esta tassado en

El Rey.

POr quanto vos el Doctor Francisco de Auilles, me hezistes relacion
diziẽdo, que vos aueys fecho, vna obra que es lectura, y gloſſa delos ca
pitulos de Corregidores, y juezes de reſidencia deſtos mis reynos
de Caſtilla, coſa muy ꝓuechoſa ꝑa todos los juezes. En q̃ vos aueys
trabajado mucho tiempo. Y attento a ello me ſuplicaſtes, y pediſtes
por merced os dieſſe licencia y priuilegio para que vos ſolo y no otra
ꝑſona algũa pudieſſedes imprimir y vẽder la dicha obra por el tpo q̃
fueſſe ſeruido o como la mi. m. fueſſe. Y viſto por los de mi cõſejo fue
acordado q̃ deuia mãdar dar eſta mi cedula enla dicha razõ, & yo huuelo por biẽ, por la qual
os doy licẽcia y facultad ꝑa q̃ por tiẽpo de diez años primeros ſiguientes los quales corrã, y
ſe cuenten deſde el dia dela fecha deſta mi cedula en adelante, vos o la perſona q̃ vueſtro po
der ouiere podays imprimir y vẽder la dicha obra de lectura y gloſſa de capitulos de Corre
gidores y juezes de reſidencia, durante el qual dicho tiempo mando que otra perſona alguna
no pueda imprimir ni vender la dicha obra ſin vueſtra licencia. So pena que pierda la im-
preſſiõ que anſi hiziere y vẽdiere y los moldes y aparejos con que lo hiziere, y mas incurra
en pena de diez mil marauedis, los quales ſe repartã la vna parte para la perſona que lo accu
ſare, y la otra parte para el juez que lo ſentẽciare, y la otra tercia parte para mi camara, y fiſco:
E que deſpues que lo hayays imprimido trayais vn libro de los que ſe imprimiere ante los
de mi conſejo para que taſſen el precio de como ſe han de vender, y que enel principio del
põgays eſta mi cedula, y la taſſaciõ q̃ de la dicha obra ſe hiziere. Y mando a los de mi conſe-
jo, preſidente, & oydores, de las mis audiencias, alcaldes, y alguaziles de la mi caſa, y corte, y
chancillerias, y a otras qualeſquier juſticias, & juezes de todas las ciudades, y villas, y luga-
res de los mis reynos, y ſeñorios, y a cada vno dellos en ſu juriſdiction: que guarden y cum-
plan, y hagan guardar y cumplir, y executar eſta mi cedula, y todo lo enella contenido, y cõ
tra ello vos no vayan, ni paſſen, ni conſientan yr ni paſſar en manera alguna, ſo pena de la
mi merced, y de diez mil marauedis para mi camara. Fecha en Valladolid, a dos dias del mes
de Agoſto de mill y quinientos y cinquenta y cinco años.

La Princeſa.

Por mandado de ſu Mageſtad,
ſu Alteza en ſu nombre.
Iuan Vazquez.

Illuſtriſsimo, ac præſtātiſsimo principi D. Domino
Beltrano Cueuæ, Alburcenſi duci, proregiq; Nauarræ inclyto.
Suus doctor Auilleſius, Monbeltrani incola totiusq; im-
perij ſui iudex à conſiliis. S. P. D.

CVm multa ſint Beltrane clariſsime ac pene innumera ciuilis ſcientiæ volumina, quæ in hãc vſq; ætatem à maioribus noſtris in lucẽ emiſſa ſunt, enimuerò nunquã tàm multa obtinuimus, quot ad exactam, & abſolutã huius artis interpretationem exigebantur. Occurrunt enim pro rerũ infinitarũ mole quæ in orbe tractantur, immẽſi quotidie negotiorũ fluctus, in quorum expeditione non iam anteactis ſcriptis poſsimus acquieſcere, ſed nouis quibuſdã & nouo ſtudio excogitatis indigeamus. Ac mihi quidẽ in hanc cogitationẽ paulò attẽtius incũbẽti illud mirũ maximopere viſum eſt, in tãta ſcriptorum ſylua neminẽ hacten⁹ extitiſſe, qui de his aliquid latè, & copioſè ſcriberet, quæ ad prætorũ, & ꝓprętorũ, reliquorũq; officialiũ iuris munus requirebãtur. Quã ego materiã cùm & grauiſsimi põderis eſſe perſpexiſſem, & vſq; adeò neceſſariã, vt eius ignorãtia etiã exercitatiſsimis hominibus ingẽs ſæpe negotiũ faceſsiſſet, elaborandũ mihi aliquid eſſe duxi, vt quãtũ in me eſſe huic tã graui incõmodo ſubueniſſem: vt ſi fœliciter ea opera nobis ceſsiſſet, totius poſteritatis, & ſtudio, & curæ conſultũ eſſet. Quod & ſi me multo honeſtiore tituloq́ plurimos ad ſe põſſe deſumere intellexiſſem, volui tamen ipſe nõ nihil anteire, nõ quod cuiuſquam gloriam me præripere poſſe exiſtimarẽ: verùm vt interea labor noſter conferre poſſet, dum pręclarius aliquid alij, & ſublimius molirẽtur. Eſt enim optimi cuiusq; non ideo ab ſtudioſo opere deterreri, quòd ſe videat in eadẽ exercitatione alios excellẽtiores: Pręſertim cũ nullum adeo leue ſit momentum in hac tam ardua regendi cura, quod nõ multoties ab ingenti ſollicitudine pleroſq; liberet. Quòd ſi tam fœlici auſpicio in hominum manus hæc noſtra meditatio exeat, quam ego publicæ cõmoditatis gratia ſum aggreſſus, præclarè profectò mecum actum exiſtimabo. Illud equidem non in poſtremo fœlicitatis gradu repoſuerint, quod te & patronum & protectorẽ nactus ſim, cuius præſidio firmiſsimo non poteſt noſter hic conatus non mirificè ab omnibus approbari. Quis eſt enim qui claritatem tuam atq; potẽtiam nõ & reuereatur pariter & ſuſpiciat? quẽ non tui nominis gloria in ſummã trahat admirationẽ? Tuam igitur tam illuſtrem tamq; ſingularem authoritatẽ vbi quiſpiã ſcriptis noſtris

† 2 interpoſitã

interpositam viderit,nonne magnificum quidpiam eisdem latere etiam si nihil insit existimabit? Accedit quippe pondus eximiū illis rebus quas præstantes & excellentes viri cōmendarint,cum non temerarium neq; fallax eorū iudicium existimetur. Atque adeò si cuiusquam protectio in summo pretio haberi debet, tua profecto inter primas quem pręter generis ornamenta & sublimē Tarraconensium regum stirpem aqua originem trahis,altissimum quoq; iudicij pondus & prudentiæ vis incredibilis quæ tibi insunt ad supremos dignitatis gradus euexerunt. Nam pręter altissimos belli magistratus & certamina grauissima que tum alijs in locis tum ad Fontem Rabiam sustinuisti,in tuoq; consilio posita fœlicem exitum sortita sunt,pro regiū munus olim in illustro Tarraconensium prouincia cum mirifica laude gessisti,& nunc iterū in præstāti Nauarrę regno cum ingēti omnium admiratione moderaris. Quæ cum regiam celsitudinem representet dignitas,nunquam omnino nisi rarissimæ & nobilitatis & cōsilij viris magistratus eiusmodi concedūtur. Neq; enim dicam de summa gratia quam propter splendorem dignitatis tuæ apud Anglos gentem hospitem impetrasti,aut his rebus quas in ea plaga cum magno consilio & animi constantia es moderatus. Temere enim facerem si præclara ego nunc facinora tua cōmemorare vellem, ieiuna hac & sterili oratione & immēsum tuarū laudum pelagus penetrare. Quis est enim qui pro dignitate valeat singula percensere? quis fortitudinem, benignitatem,inusitatam inauditamq; clementiamq; tuam erga omnes complecti? Non sum equidem tam mentis impos tamq; animo excæcato qui tam difficilem atq; arduam prouinciam subire velim. Verum hęc ideo mihi obiter in mentem venerunt,quòd fœlicem meam sortem esse retulerim,qui tam celebrem tamq; insignē principem sortitus sim protectorem in cuius sinu hanc meam operam reponerem, vbi ab hominū maleuolorum iniuria,obtrectatorumq; omniū in cursu tuta secure posset conquiescere. Accipe igitur Beltrane clementissime munusculū hoc quod tibi tuus doctor Auillesius Monbeltrani incola totiusq; imperij tui iudex à consiliis libentissimo animo offert, & ipsius non tam precium quam animum expende. Etenim si hoc tibi non ingratum esse ministerium deprehendero,ad præclariora quotidiè atque illustriora ferendæ me componam. Vale.

DILVCIDVM, AC PERVTIle glossema siue commẽtatio Capitum & Legum Prætorum, Proprætorum, ac Iudicum syndicatus huius inclyti Hispaniæ regni: in quibus præscripta sunt ac continentur, quæ prædicti iudices & officiales iuris, siue præfecti, siue executores obseruare tenentur in administratione suarum prouinciarũ, siue iurisdictionum: elaborata diligenter, atq; in lucem edita per me Franciscum Auilles incolam Monbeltrani, doctorem minimum, Abulẽsis diœcesis, nunc in illustri auditione, & syndicatu prouocationis, & à consilijs illustriss. domini. D. Beltrani Cueuæ Alburcensis ducis, totius regni Nauarræ Cæsarei proregis præfectum: qui iam à iuuenta omnem ferè ætatem in magistratibus gerendis impendo.

PROOEMIVM.

Summarium.

1 MAritus Reginæ dicitur Rex, licet ipse antea non sit Rex. Num. 14.

2 Priuilegiis Augusti, vtitur Augusta, non econtra.

3 Mulieres honoribus maritorum nobilitantur.

4 Mulier nubẽdo curiali, efficitur curialis, & legitima.

5 Mulier sortitur forum, & conditionem viri, etiam si non sit traducta ad domum, & etiam si litiget cũ viro, & sortitur etiam quoad statuta de dote lucrãda, & quoad ius sepulchrorum.

6 Mulier habet dignitatem viri, & eius priuilegia, etiã si sit vidua, & in viduitate permanserit. nume. 18. vbi de intell. & nume. 19. & 31. cum sequentibus.

7 Maritus non habet priuilegia, & dignitatem vxoris. num. 12.

8 Filius qui nascitur ex matre nobili, & ex patre plebeo, non est fidalgus, nec nobilis.

9 Non valet statutum, nec cõsuetudo, quòd quis censeatur nobilis, vel ignobilis ex progenie materna.
Quid ex rescripto principis?

10 Vxor est sequela, & pedissequa mariti.

11 Si vxor est comitissa, & maritus non: maritus eius non dicitur comes.

12 Si vxor est fidalga, & maritus plebeius, nõ gaudet maritus priuilegio vxoris, nisi aliud de consuetudine caueatur. num. 17.

13 Regnum est suprema dignitas.
Rex Hispaniæ non recognoscit superiorẽ.

14 Rex dicitur, qui contraxit matrimonium cum Regina, licet ipse non sit Rex.

15 Quot actus consuetudinem inducant.

16 Vxor fidalgi, vel nobilis, non potest torqueri, etiam post mortem viri, dũ est in viduitate.

17 Mulier generosa contrahens matrimonium cũ viro non generoso, durãte matrimonio, non gaudet libertate: secus eo mortuo.

18 Mulier habet priuilegia viri, etiam post mortem mariti, quando priuilegia competunt ratione dignitatis, vt quia comes vel dux, vel simile, aut de iure naturæ: secus si competeret marito, ratione officij.

19 Vxor vidua gaudet priuilegiis viri, in solutione collectarum, & tributorum.
Nisi cum alio inferioris cõditionis cõtrahat.

20 Fidalgus non cogitur se desdicere, ita nec eius vxor.

21 An doctoratus sit dignitas? & doctor habeat immunitatem?

22 Doctores non possunt torqueri, nec carcerari,

Don

DOn Fernãdo Rey.[a]
Iste dominus rex
Ferdinandus, ex
patrimonio suo re
gnum Aragonum
habebat tãtummo
do. Et quia contra
xit matrimonium,
cum Domina nostra regina Elisabeth Regina
Hispaniæ, voca
tur Rex Hispa-
niæ. ¶ Ex quo
1 infertur † quòd
si vxor est Regi
na, maritus eius

Don Fernãdo y doña Ysabel

licet nõ sit rex, dicitur & nominatur Rex. ¶ Cũ
ius contrarium de iure probatur: quia prinile-
2 gus † Augusti vtitur, & coruscat Augusta, &
non econtra, vt in in. l. fiscus. §. fina. ff. de iure
3 fisci. Et † mnlieres honoribus maritorum cre-
scunt, & generum nobilitant. vt in. l. Mulieres.
C. de dignit. lib. 12. Hinc est quòd radiis mari-
torum coruscant. vt in. l. Si liberta. C. de nu-
ptiis. & in. l. 1. & in. l. fœminæ. ff. de senatori.
¶ Intantnm hoc procedit, quòd etiam si mu-
4 lier non sit curialis, † nnbendo curiali, efficitur
curialis, & legitima. text. in. l. Si qnis. C. de na-
tura. libe. ibi, & filium naturalem, & text. in l. 2.
§. fina. cum. l. seqnenti. C. quand. & qni. qnar.
5 par. debe. lib. 10. ¶ Et quia mulier † sortitur fo
rum & conditionem viri. vt in. l. exigere dotẽ.
ff. de iudi. l. cùm quædam pnella. ff. de iurisd.
omninm iudi. & ibi docto. & in cap. 1. de spon
sali. & in. d. l. Mulieres. ¶ Intantum hoc pro-
cedit, etiam si non sit tradncta ad domum viri,
si est desponsata per verba de præsenti. vt in. l.
Ea quæ. ff. ad municipa. ¶ Et etiam si litiget
cum viro, secundùm Bald. per text. ibi in cap.
constitutis. de testib. ¶ Et etiam quoad statu-
ta de dote, vel donationem propter nuptias lu-
crandam. secundùm Paul. de Castro. in dicta. l.
Exigere dotem. & Iohan. de Plate. in dicta. l.
Mulieres. C. de dignita. ¶ Item quoad ius sepul
chrorum. vt in capit. Is qui. §. fina. de sepult.
in sexto. cap. Vna quaque mulier. 13. quæst. 2.
¶ Intantum procedit quòd mulier habet digni
tatem viri, & eius priuilegia, etiam si sit vidua,
6 † & in viduitate permanserit. vt in. §. non tantũ
permittimus. in authenti. de nuptiis. collati. 4.
& in. l. Filij. §. vidna. ff. ad municipa. & in di-
cta. l. Mulieres. & in. l. sexta. titu. 2. libro. 4. in
ordinatio. regalib. & in. l. 13. titu. 4. eodem lib.
& melior text. in. l. 7. titu. 2. partita quarta. ver
sicu. Aun ha otra fuerça el casamiento segun las
leyes antiguas, que maguer la muger fuesse de
vil linage, si se casare con Rey, deuen la llamar
Reyna, & si con Conde, Condessa: y aun de-
spues qne fuere muerto su marido la llamaran
ansi, sino casare con otro de menor guisa, ca las
honras y dignidades delos maridos han las mu-
geres, por razon dellos. Et sic quòd ex vtroq;
iure probatur, q
vxor gaudet pri

por la gracia de Dios Rey[a]

uilegio & nobi
litate mariti, etiã
post eius mor-
tem: & ibi no-
ster Alphonsus de Montaluo singulariter, &
idem quòd dicta. l. parti. tenet Signore. de ho-
mo. in repeti. l. princeps. ff. de legibns. colũ. 2.
versicu. Quæro de ratione vltimi, quæ est inter
7 eius consilia. ¶ Sed non econtra. † Si vxor sit
Marquionissa, vel Comitissa, nõ sequitur qnòd
maritus eius sit Marquio, vel Comes: vt ibi ad
literam tenet dictus Signor. de homo. ¶ Et quia
vir non nobilitatur ab vxore. vt in dicta. l. Mu
lieres. & tenet Bal. in. l. prima. C. de in ius vo-
can. & Barto. in. l. fina. C. de verbo. significa.
versicu. Tertiò dubitatur. ¶ Et quia libertus,
nec dum patrono, sed eius vxori debet honorẽ.
Secus econtra. vt in. l. prima. C. de in ius vocan.
& in. l. liberti. C. de operi. liber. ¶ Ex qno se-
quitur qnòd iste catholicus Rex nõ debebat vo
cari rex Hispaniæ, sed Aragonum, tantũmodo,
quia sequeretur quòd mariti coruscarent radiis
vxorũ, queadmodũ vxores coruscẽt radiis ma-
ritorũ, quòd non est verũ, secundũ. d. Signo. de
8 homo. ¶ Facit quoque, nam filius † qui nasci-
tur ex matre nobili, & ex parte plebeio, non est
fidalgus, nec nobilis. vt est text. in. l. tertia, ti-
tulo, 21. parti. 2. & tenet Iason in. l. prima. de
verbor. obligatio. ff. num. 18. & Palacios Ru-
uios, in repetitio. rubri. de donatio. §. 32. num.
3. vbi singulariter de hoc. Et si isti filij, qui snnt
nati ex suo corpore materno non gaudent pri-
uilegio matris, cur debet gandere maritus? ¶ In
9 tantũ † quòd non valet consuetudo: & per con-
sequens statutum, quòd quis censeatur nobilis,
vel ignobilis ex progenie materna. vt Bartol.
per illum textum in. l. exemplo. C. de decurio.
libro. 10. vbi etiam tenet, quòd rescriptum prin
cipis specialiter concessum, vt quis conditio-

nem matris sequatur, non valet, secus si generaliter conceedatur, & sequitur Andr. Barbat. in repetition. c. Raynutius. de testament. colum. 13. & Felyn. in. c. Nouit. de iudic. nume. 2. & Philippus Decius in. l. Foeminæ. ff. de regu. iur. nu. 73. & 74. vbi per eum. ¶ Sed contrarium tenet Rocus de Curte, in tractat. de consuetud. num. 162. dicendo, quòd consuetudo potest facere quòd quis censeatur nobilis, ex progenie materna. & ratio est, quia id videtur esse iuris positiui: nec talis consuetudo irrationabilis extimatur allegando Bartol. in. l. prima. C. de dignitat. libr. 12. & Paul. de Castr. in consil. 126. ¶ Tamen hoc intelligerem prout intelligit Philippus Dec. vbi suprà, quando ab Imperatore, vel principe, vel populo qui superiorem non recognoscit bene videtur, quòd statutum fieri posset vel consuetudo induci, quia quòd nobilitas sit à patre hoc à iure ciuili inductum est, sicut ius agnationis quod tollitur & mutari potest. Secus si fieret statutum, vel consuetudo ab inferiore, quia non valeret. vt in dicta. l. Exemplo. prout dictus Philippus Dec. vbi suprà. & tenet Curtil. in tractat. de nobilitat. in. 4. parte. nu. 28. reprobando Bartol. tomo. 5. tractat. ¶ Et licet per superiorem sit priuilegium concessum alicui, & descendentibus suis masculis & foeminis, ita demum transit ad descendentes ex linea foeminina, si stant viduæ, & ad maritum inferioris conditionis non conuolauerint, quia postquam virum assumunt in aliena familia se transferunt, & statum suum primum mutant. tenet Bartol. & Plat. in. l. Quotiens. C. de priuilegiis scholar, libro. 12. ¶ Et facit alia ratio quæ reformat vxor
10 † magis est sequela viri. vt in. l. de iure. post principium. & in. l. final. §. primo. ff. ad munici. ¶ Item est pedissequa mariti. vt in. l. final. C. qui potior. in pigno. habe. & accessorium sequitur principale, sed non econtra. vt in. l. Si ex pupillari. ff. de vulgar. & pupilla. & in. l. 2. ff. de poen.
11 legat. ¶ Et sic video in Hispania † nostra, quòd si vxor est Comitissa, & maritus non, non vocatur maritus Comes. vt in authentic. de consulib. §. fin autem. collati. 4. quia cùm mulier sit accessorium. & maritus principalis, & caput mulieris. vt in. c. Cum caput. 33. q. 2. l. Quod principi. ff. de legat. 2. & accessorium, non vestit principale. vt in dicta. l. Ex pupillari. & per gloss. & doctores. in. l. Iuris gentium. §. quinimo. ff. de pactis. & tenet Iohannes de Plat in dicta. l. Mulieres. C. de dignitat. libro. 12. versicul. quid autem.
12 ¶ Ex quo potest inferri ad dictam. l. 6. † ti. 2. De los hijos dalgo. libr. 4. in ordinationib. regalib. quòd si mulier est fidalga, & maritus plebeius, non gaudet maritus priuilegio vxoris, & sic, quòd si mulier esset de certo genere, maritus ipsum ducendo, non efficitur de illo genere, nisi aliud de consuetudine. vel statuto caueatur: vt tenebat doctor de Tapia in voce me audiête, dum esset licentiatus Iuris vtriusq; dum legeret. d. l. Si quis. C. de naturali. libe. & sic videtur, quòd ex consuetudine vocetur Rex. ¶ Tamen non solùm de consuetudine, sed etiam de iure vocatur Rex, quia in tali casu maritus coruscat radiis & honoribus suæ vxoris, & hoc probat text. in l. 2. tit. 6. Partit. 2. loquêdo quomodo debet Rex honorare vxorem suam. ibi. Quanto mas honrada fuere, tanto es el más honrado por ella. Qui text. clarè probat, quòd debet vocari Rex, qui cõtraxit matrimonium cum Regina, & eius causa debet habere honorem, & sic regnũ, quod est
13 suprema † dignitas maximè regnum Hispaniæ, qui non recognoscit superiorem. gloss. in. c. Adrianus. 63. distinct. & Abb. in. c. Nouit. de iudi. & in. c. Per venerabilem. qui filij sint legitim. ¶ Sed hoc est speciale in dignitate regali, in inferioribus secus: & sic Rex Philippus pater nostri Caroli, habuit regnum istud Hispaniæ ratione eius vxoris nostræ Reginæ Iohannæ. Et tenet in expresso Bald. in. c. Significauit. de re-
14 scrip. 1. collu. versi. pone. vbi ait, † quòd si Regina Apuliæ nubat cuidam simplici militi nominatur Rex, quia hoc casu vir coruscat radiis vxoris, quia eius lateris comitatus illustrat. vt in l. 1. C. de præposi. labor. lib. 12. & est text. de nostro iure. in. l. 9. ti. prim. Par. 2. vbi ponit modos quomodo quis vocetur Rex, ibi. La tercera razon es por casamiento, y esto es quando alguno casa con dueña, que es heredera del reyno, que maguer no venga de linaje de Reyes, puede se llamar Rey, despues que fuere casado con ella. & ibi Montaluus singulariter. ¶ Et sic, quòd de iure, & consuetudine, quę inducitur per istos
15 duos actus ad minus † vocatur Rex. vt gloss. in §. Et si ex scripto. institut. de iure natu. gen. & ciui. in verb. diuturnum. & in. l. 3. C. de episcopal. audient. maximè quando isti duo actus sunt notorij populo, quia ex quo isti actus sunt populo notorij facile præsumitur ex his, populus consentire. vt in. l. prima. §. tractatum. ff. de aqua quotidiana, & estiua. l. finali. ff. de fulmini. Aut isti actus non sunt notorij populo, & tunc est arbitrio iudicis examinare, quot actus requirantur, ex quibus consuetudo inducitur. argumentum. l. primæ. de iure deliberand. secundum Porcam. in dicto. §. Ex non scripto. 2. col.

2. colu. Abba. tamen in cap. final. de consuetu di, numer. 17. dicit, quòd in hoc multæ sunt opiniones, tam Canonistarum, quàm Legistarum: sed dicit, quòd communis opin. est quòd requiruntur tot actus, & ita notorij, vt verisimiliter transierint in notitiam regni, vel populi: quia non actus, sed tacitus consensus populi consuetudinem inducit: vnde vbicunque ex coniecturis habetur tacitus consensus populi, tunc non curatur de magna frequentia actus. & istam opinion. Abb. sequitur ibi Barbat. colum. 28. de quo ibi per Rocum de Curt. folio. 37. ℣ Et sic sufficiunt isti duo actus, scilicet quòd rex Ferdinandus, & rex Philippus vocauerunt se reges Hispaniæ, ratione suarum vxorum: quia ista denominatio fuit publica, & notoria, non solùm populo verùm etiam toto regno, vt Christophorus Porc. & Rocus de Curt. vbi suprà, maximè cum lapsu decennij. vt Iason in. l. de quibus. ff. de legi. final. colum. numer. 92. de quo ibi per eum. ℣ Et hanc per vnum actum consuetudo inducatur. vide Abbat. & doctores vbi suprà. & facit quod legitur & notatur in chronica istorum Catholicorum regum Ferdinandi, & Elisabeth. in. 2. parte. capitul. 2. Circa quod, vide quæ dicam in glossa sequenti, quæ incipit, Reyna. in princip. & fine. ℣ Sed redeundo ad supradicta, an si mulier gaudeat priuilegio viri, vltra ea, quæ suprà dixi. ℣ Dic quòd sicut maritus si est fi-
16 dalgus non potest torqueri: † vt in. l. Milites. C. de quæstion. & in. l. 4. titul. 2. libr. 4. in ordinationib. regal. ita eius vxor, quia ipsa adipiscitur eandem nobilitatem, quam vir eius habet cùm efficitur vna caro: & sicut propter priuilegium vir non potest torqueri, nec contra eum seueriter procedi, ita neque contra eius vxorem. vt in. l. 2. C. de quæstion. ita in terminis tenet Iohannes de Platea in dicta. l. Mulieres. C. de dignitat. libr. 12. vbi etiam extendit etiam viro mortuo, nisi transeat ad secundas nuptias, cum alio inferioris dignitatis. vt in dicta. l. Filij. §. vidua. ff. ad municipa. & in dicta authentica, de nuptiis. §. non autem permittimus. & probat text. in dicta. l. sexta. titulo 2. libro. 4. Ordinamentorum, ibi: Otrosi, las mugeres que fueron casadas con hombres hi-
17 jos dalgo. ℣ Sed quid si mulier generosa † cum viro non generoso contrahit matrimonium, an matrimonio durante gaudeat libertate? dic quòd non: tamen eo mortuo gaudebit. vt in dicta. l. sexta. ordinamentorum, versicul. Pero si la muger. & ratio istius potest esse, quia fortior & durabilior est dignitas proueniens ex parte, quæ contingit iure naturæ, seu sanguinis, quàm mariti. vt glossa in. l. Fœminæ. ff. de senatorib. & hoc tene, licet Bartolus ibi teneat contrarium, dicens, quòd ista mulier mortuo viro ignobili, in viduitate permanendo, non recuperat priuilegium, vel dignitatem, semel amissam. per. l. Liber homo. ff. de statu hominum. vbi de priuatione ad habitum non est dare regressio, nisi principis authoritate: & est ratio, quia remanent adhuc reliquiæ prioris impedimenti, scilicet matrimonij. quam opinionem Bartol. sequitur Guido Papa in decisione. 349.

℣ Sed dicta. l. sexta ordinament. & iura similia, quæ volunt vxorem gaudere priuilegio viri, etiam eo mortuo, intellige quando pri-
18 uilegium competit viro ratione dignitatis, † vt quia Comes, vel Dux, & similis: aut iure naturæ, vt quia est fidalgus nobilis: seu generosus: secus si competeret ratione officij, quod gerit, vel ratione laboris, vt medicus, vel doctor dum legit, quia tunc eo mortuo vxor non gaudet viri priuilegio, vt notat Bartol. in dicta. l. Fœminæ. & tenet Montalu. in glossa ordinament. in parte, vxor generosi, quod nota & vide. & facit quòd tenet Baldus in. l. 2. C. de episcop. & cleric. in fine, quem vide, licet contrarium teneat Petrus Leuan. in tractatu de priuilegiis doctorum, in secunda parte. §. 13. tomo. 5. tractat. folio. 320. vbi ait quòd vxor doctoris mortuo doctore gaudet priuilegio mariti, dum est in viduitate.

℣ Tamen vxor non gaudet contra virum dignitate, quam consequuta est ex persona viri. tenet Barba. in consilio primo, colum. 30. in primo volumine, & colum. 27. dicendo, quòd qui habet potestatem, habet & dignitatem à Principe, non potest illa vti contra ipsum principem, capit. Cùm inferior. 21. distinctione. & capi. Cùm inferior. de maioritat. & obedient. & in. l. Ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebellianum. ℣ Et etiam gaudet priuile-
19 gio viri in solutione † tributorum & collectã: Quid si nobilis, qui nõ tenebatur ad tributa soluenda contraxit matrimonium cum plebeia, vel villana, seu villica, quæ habet bona patrimonialia, pro quibus solita erat contribuere cũ aliis vicinis in collectis, cui nobili bona ipsa in dotem dedit, non tenebitur ad munera personalia mista, vel extraordinaria, vt notanter

tradit Iacobus de Bello viso, in. l. Lucius. §. idem respondit. ff. de munerib. & honorib. referendo Petrum Antebo. doctorem antiquũ, in suo tracta. de muneri. & noster Palacios Rui. in repet. rub. de dona. §. 31. nume. 8. fol. 17. & ibi in nume. 9. dicit quod etiam eo mortuo gaudet, nisi cum alio inferioris cõditionis contrahat, vel luxuriosè viuat, per text. in dicta. l. 6. titu. 2. lib. 4. ordina. ibi. E mantuuiere despues castidad: quia si castitatem non seruat, tenetur contribuere, vt in. d. l. Regia. & Palacios Ru. vbi suprà ita sentit allegãdo illam. l. factam per Henric. en Tordesillas, per quam. l. dicit quod corrigitur alia lex Regni for. generosorum. lib. 5. titu. primo. l. 2. quæ aliter disponit. ¶ Sed si plebeius cõtraxit matrimonium cum muliere nobili, quæ non cõferebat in tributis, imo bona sua tenebat franca, quæ bona dedit viro in dotem, maritus non tenebit illa franca, sed ratione illorum tenetur in tributis conferre: ita tenet dictus Palaci. Ruui. in dicta repetitio. rubric. §. 32. numer. 4. in fine. folio. 17. ¶ Idem dico, quòd sicut nobilis, hoc est fidalgus, non potest venire contra verbum † suum, & sic non cogitur se desdicere, & sic nõ debet cãtare palinodiã, licet dicat verbum iniuriosum, vt in. l. 131. Stylli declarans. l. 2. titul. 3. foro legum, libr. 4. & est melior text. in. l. 2. titul. 9. delos rieptos. libro. 4. in eisdem ordinament. regalib. quasi in fine, ibi: Sino se quisiere desdezir, salga del reyno, hasta treynta dias. Ad quod facit text. & ibi Iohannes de Platea in. l. Quinque sumates. C. de decurionib. libro decimo, numero primo, vbi ait quòd ratione dignitatis personæ corporalis pœna transmutatur in pecuniariam: & sic ego vidi iudicare in curia per suos curiæ iudices. ¶ Ita & eius mulier gaudet isto priuilegio, quia non potest vxor fidalgi cogi venire cõtra verbum suum, & sic se desdicere, quia habet omnia priuilegia viri, vt suprà adduxi num. 6. cum sequentibus: quia si se desdixisset in iudicio, vel in curia, valet minus. vt in. l. a titulo quinto, Partita septima. & si non remansit nobilis, nec fidalgus. vt in dicta. l. 2. titulo nono, libro. 4. ordinamentorum. & melius probat ista. l. quod non cogatur se desdicere quàm dicta lex Stylli, quæ loquitur quando fidalgus est aliqua iniuria affectus, & non quando iniuriam fecit, licet credo quòd dicta lex Stylli sit malè impressa, & incusa, & illud verbum in ea positum inquantum dicit, denostado, debet dicere, denostador, quia illa lex vult declarare legẽ Fori, & sic debet dicere. Desdigalo ante el alcalde, al plazo que le pusiere, & si no quisiere desdezir se, & si fuere hijo dalgo el denostador, demande le que le peche quinientos sueldos, y deue se los pechar. Et sequitur lex, vbi latius hoc declaratur dicendo. E si fuere otro hombre que no sea hijo dalgo, peche por la deshonra que le dixo, qual fuere la persona, y el denuesto. Et sic quod facit differentiam inter personas facientes iniurias: & non in recipiẽtibus. ¶ Vel aliter quòd illud verbum, denostado, positum in. d. l. non debet esse in ea: & sic debet dicere, desdigalo ante el alcalde al plazo que le pusiere: & sino quisiere desdezir se, & si fuere hijo dalgo demande le, scilicet, el accusador, que peche quinientos sueldos, y deue ge los pechar, scilicet el tal hidalgo que injurio. Et declarando hanc l. vt suprà intelligo, rectè probat illud ad quod quotidie allegatur, quòd fidalgus non cogitur se desdicere, sed melius probat & dicit apertè dicta. l. 2. titul. 9. de los rieptos. libro quarto in dict. ordinatio. regalib. ¶ Ad quod facit l. 85. in dict. ll. Stylli, in principio. Inquantum dicit. Otro si es a saber, que el hijo dalgo no sera ansi juzgado, como otro que no sea hijo dalgo. Et glossa in capitul. cùm quidam. §. illi verò. de iur. iurand. similis in. §. Item lex Cornelia. institut. de public. iudic. alia in capitul. grauem. de pœnis. text. in. l. 8. titul. 31. partit. 7. Abb. in capit. nouit. de iudic. numer. 8. singulariter Hippolyt. de Marsiliis in. l. Si quis viduam. in fine. ff. de quæstionib. Paris de Puteo in tractatu syndicat. in parte, quid si per statutum. folio. 198. numer. 4. ¶ Et inueni quandam additionem doctoris Petri Lopez de Alcocer, qui fuit magnus literatus, & vir sanctimoniæ imbutus, in suo foro. supradictam. l. Qualquier, quæ est l. 2. titul. 3. libr. 4. Foro legũ, vbi dicit, quod audiuit in quodam sermone magni prædicato. quòd si iniurians est altior, & plus perdit, en se desdezir: & ideo quia plus perdit quàm vilis iniuriatus non tenetur se desdicere, sed aliter satisfacere, & ita dicit in sua additione, quòd in chancelleria Regis inspecta persona, & qualitate commutatur pœna de se desdezir, in relegationem. per. l. Et si seuerior. C. de his qui notan. infa. Sed melius dicit hoc in expresso. d. l. 2. titu. 9. lib. 4. ordi. quã vide. ¶ Tamẽ si ipse vult se desdicere, & sic recãtare palinodiã, bene

bene potest, vt in. d. l. Part. & ordi. & facit quod tenet Iohan. de Plat. in. l. 1. C. qui ætate se excusa lib. 10. nu. 1. per text. in. l. 3. C. de decurio. eod. libro. ¶ Sed dictus Doctor Petrus Lopez, in dicta sua additione dicit, quòd si Iniuria est de his, quæ possunt esse notitiæ traditæ Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, expedit se desdicere, cum iuramento: quia si in culpa iniuriatus non reperitur Iniurians punitur. facit tex. in capit. vt officium. de hæretic. in. 6. in princ. Et hoc casu non debet relaxari fideiussoribus, quia per alium implere nequit, quia est pœna corporis afflictiua, quia est casus. de menos valer. vt in. d. l. 2. titul. 5. partit. 7.

¶ Sed si verum dixit, excusabitur reus, secundùm quosdam, del desdezir se. vt Sanctus Tho. 22. quæst. 62. articul. 2. vbi Iniurians petit veniam ob forum conscientiæ ab iniuriato, cùm verum dixit in iniuria, & non debet dicere, quòd mendacium dixit, quòd est vulgo se desdezir: sed sufficit, quòd talis dicat malè locutus sum, vel non bene dixi: vt tenet Summa Angelica. in parte Detractio. §. 3. & melius Syluestr. in. §. 5. & Sanctus Thomas vbi suprà. & si probat verum, remittitur ad Inquisitores Regis, vel Episcopi: quia est delictum ecclesiasticum: vt per totum titulum de hæreticis. In Decretali. & in. 6.

¶ Et quia suprà dixi, quòd mulier fidalgi non potest torqueri. Quæro an sit idem in vxore doctoris, & ad veritatem huius quæstionis veniamus. Sciamus vtrum Doctor habeat dignitatem? & dico quòd sic: vt tenet Bartolus in Pro-
11 œmio. C. in. 3. collum. nume. 10. vbi ait † quòd doctoratus est dignitas, quia habet iurisdictionem ordinariam in scholares, vt in authenti. habita. C. ne fil. pro patre. & idem Bartol. in prima const. digest. §. fin. num. 12. Sed habere iurisdictionem est dignitas, vt ibi fatetur, tamen nõ est illustris, sed si legit per. 20. annos efficitur comes sacri palatij, vel saltem clarissimus, vt ibi per Bart. in. d. Procem. C. & Fely. in c. Quãto. de magistrat indistinctè dicit habere dignitatem, & ibi plura iura allegat, & dicit quòd est nobilis: ergo est in dignitate. & idem Alexan. in additio. ad Bartol. in dicto Procemio. C. vbi ait, quòd doctores sunt nobiles. per. l. Prouidendus. C. de postulã. & hanc partem tenet Bartol. in. l. fin. C. de Iudæ. ¶ Contrarium tamen tenet Abbas in dicto cap. Quanto. & Bartol. in. l. Ex eo. ff. de milit. testamen. & Bald. in constitu. C. & Cardinal. in repetitio. c. perpendimus. de senten. excommunicatio. penultim. collum. & in Cle. prima. de magistr. vbi doctoratus appellat honorem. & facit glossa in. l. Iulia. ff. ad. l. Iuliam. de vi publica, dicens, quòd doctor Artium habet aliquam dignitatem. ¶ Sed per hoc non est recedendum à prima opinione, secundùm Felynum in dicto capitu. Quanto. & sic quòd habet dignitatem, & hæc est communis opinio, secundùm Iohannem de Anania, ibi in dicto capitu. Quanto. & idem tenet Alexander in consilio. 94. in primo volumine, numero. 1. vbi ait, quòd doctor est in dignitate cõstitutus. ¶ Sed hoc intelligit Bartol. in doctoribus actu legentibus, non in aliis. vt ipse tenet in. l. Medicos. C. de professori. & medic. lib. 10. & in. l. prima. C. de mulieribus. In quo loc. eodem libro. ¶ Sed Guido Papa in decisione. 88. dicit, quod in hoc malè dicit Bartol. quia text. ibi indistinctè loquitur de doctorib⁹, ergo indistinctè est intelligẽdum de aliis doctoribus, nõ actu legentibus. iuxta. l. de pretio. ff. de publi. nec ipse Bartol. aliqua lege aut ratione limitat illam. l. debere intelligi de doctoribus, actu legẽtibus. & sic erubescimur, cũ sine lege loquimur. l. illã. C. de collat. & in auth. de trient. & semiss. §. Cõsiderem⁹. col. 3. quia nõ sufficit dicere, nisi ratio assignetur. 24. q. 3. c. 1. & fortè Bart. quia actu legebat fuit affectu commotus, ita dicere, propter laudẽ sui, & aliorum doctorum actu legentium, cùm ipse absq; aliqua lege aut ratione ita dixerit volendo restringere tex. d. l. indistinctè loquentẽ: sed pro opinione Bart. licet Guido nõ alleget, facit quod tenet Paul. de Castro, in Proœm. C. nu. 9. vbi ait quòd doctor legens est exemptus in propria patria ab omnibus muneribus realibus & personalibus, cum tota sua familia, filiis & vxore: sed de aliis doctoribus non legentibus, dicit quòd non reperit, ideo ponderã da est præeminentia legentium contra alios.

¶ Tamen contra Bart. fuit in dicta curia determinatum, & bene secundùm Guido. pap. vbi supra per rationes, vt ibi per eum: quem vide, & istam met opin. contra Bart. tenet Fran. de Are. licet Guido nõ alleget in consil. 95. In prin. dicendo, quòd credit, & consuetudo obseruat, vt simplex doctor, maximè si sit aduocatus, etiam si actu non legat, non posset capi, quod sequitur Franc. Curt. in addit. ad Paul. de Castro in Proœm. C. licet alleget corruptè. d. consi. Aret quia allegat. 105. & est. 95. quẽ vide. & idẽ tenet Abb. in. c. 1. de priuil. nu. 4. dicendo ꝙ retinet dignitatem & priuilegia, licet actu nõ legat, licet hodie ex numerositate doctorũ vilescit dignitas, quæ de se est excellens, quia omnes passim ad illam

promouentur, & est contemptibilis longè vltrà quàm consueuit. ☞ Et in fauorem istius decisionis Guid. & contra Bar. facit quod tradit addit. Guid. in d. Decis. vbi inter cętera dicit, ꝙ doctores postulátes habēt immunitatem ab omnibus saltem personalibus muneribus. Ipsi enim sunt ij: quis ille diuus Iustinianus sacratissimus imperator inuenire summo opere studuit, eos vocitans Oratores maximę scientiæ, Iustitiæq; satellites, ac otios athletas iudiciorum, vt in Procemio digestorum. §. duplici. & ij meritò aduocati dicuntur milites inermes literatoria militia militantes, vt ibi per eum. ☞ Sed hoc nō habet locum in recipientibus gradum doctoratus ex rescripto vel Bulla Apostolica, per ea quæ leguntur, & notantur in l. Si ita quis. §. 2. ff. de legat. 2. vt tenet. d. Guido. Pap. in dicta Decision. 88. & idem cauetur hodie de nostro iure Regio per quandam Pragmaticam, in volumine Pragmaticarum, quā per te vide, quia isti sic graduati non gaudent priuilegio nec nobilitate doctoratus, quę est prout dixi dignitas, vt Guido in dicta Decisio. nume. 3. vbi dicit quòd verus doctor est immunis à collectis & tributis: & in dicta lege Medicos.

☞ Et sicut talis doctor non potest torqueri pro-
22 pter suam dignitatem † & nobilitatem acquisitam ex scientia, vt per glossam in capit. de multa. de præbendis. & non torquetur sicut miles, vt Cynus in lege Milites. C. de quæstion. & in. l. 4. C. Ad legem Iuliā maiestatis. & tenet Hippolytus de Marsili. in sua practica criminalis. §. expedita. nume. 29. & nume. 37. quia priuilegia militum ad doctores extenduntur, vt Cynus in. l. prima. C. de iuris & facti ignorantia. Ita in terminis tenet dictus Hippolytus, in l. Edictum. ff. de quæstionibus. numer. 10. & ibi idem tenet in aduocato. numero. 7. & 8.

☞ Et facit quoque, quia quando lex concedit capturam personæ, non extenditur ad doctorem. vt in dicta. l. Medicos. & Baldus in. l. prima. C. qui bonis cedere possunt. & facit. l. Nequis. C. de aduocatis diuersorum iudicum.

☞ Et quia doctores quasi radij solis appellantur. vt in capitul. Multi. de pœnitent. distin. 2. & prima quæst. 7. capitul. Si quis. vbi velut luminaria splendescere dicuntur. & in capitu. primo. de reliquijs, & veneratio. sanctorum. in. 6. vbi Papa dicit quòd per doctores quasi luminosas candelas vniuersum corpus orbis errorum tenebris profugatis velut sydus irradiat matutinum, & facit quod tenet Salycetus, in dicta authentica habita. C. nec fil. pro patre. collumna prima. vbi tenet, quod mundus illuminatur doctoribus, & hominibus scientiæ, & quòd nisi fuissent doctores, nos essemus in tenebris.

☞ Et quia sicut versatur publica vtilitas in militibus. vt in lege prima. in fine. ff. de testamento militis. Ita etiam in doctoribus, & aduocatis: vt tradit Hippolytus de Marsiliis, in dicta. l. Edictum. ff. de quæstionib. nume. 9. & 11. & Iason in leg. prima. C. de iuris & facti ignor. num. 7.

☞ Et facit quia doctor vel literatus admittuntur ad officia, ad quæ soli nobiles admittuntur,
23 † vt tenet Montal. in. l. 6. titu. 9. Partit. 2. In glossa magna, in principio. & ibi per eundem de nobilitate scientiæ, & de illis qui eam acquisierunt, & idem tenet Iohannes de Platea. in. l. prima. C. de conditis in publi. horre. libro. 10. in fine. allegando glossam in. l. 5. ff. pro socio. in Verbo, suppleat. vbi ait, quòd est argumentum pro literatis, qui vt nobiles admittuntur ad officia, ad quæ soli nobiles admittuntur, quia vt dictum est, scientia hominem nobilissimum facit, vt in dicta. l. Prouidendum. C. de postulan. & in. d. cap. de multa. & hoc facit ad extensionem text. in. l. 6. titulo. 18. Partit. 2. vbi ait quòd tenens Castrum pro rege, vel pro alio domino debet esse generosus, ex vtroque parēte fidelis, magnus, & boni intellectus. & idē tenet Palacios Ruuios. in repetitio. rubric. de donatio. §. 9. fol. 5. nume. 10. vbi nobiles & literati æquiparantur in dispensationibus fiendis, & sic quòd literati possunt esse Castellani, seu præsides, qui in nostra Hispania Alcaydes vocantur: vt ego ad præsens sum, & ex nobili genere, & homagium facere, seu fidem publicam, vt ego feci. ☞ Et facit quod tenet Iohannes de Platea. in. l. qui vel exiguam. C. de diuersis officiis apparito. libro. 12. vbi dicit, quòd ille textus facit pro pauperibus militare volentibus, vt non prohibeantur dummodo aliàs sint habiles. ☞ Et quis dicatur nobilis, seu fidalgus: vide. l. 2. in medio. titul. 21. par. 2.

☞ Non solùm doctores, verùm etiam filij non
24 † possunt torqueri. vt Hippolytus de Marsiliis in dicta. l. Edictum. numero. 12. & in sua practica. §. expedita. numero. 36.

☞ Et redeundo ad quæstionem suprà tactam, an vxor doctoris potest torqueri? & licet pro nunc in terminis non inuenio: teneo quòd
25 non, † quia vt dicit dicta lex Medicos. C. de professorib. & medic. libr. 10. doctores vnà cū vxoribus, & filiis, necnō rebus, quas in ciuitate possident, sunt immunes, nec exími vel exhiberi, vel iniuriā pati possunt. iuncta glos. ibi, in verbo,

verbo,exhiberi,ibi.ſic in domina fit.vt in auth.
nulli iudicum.§.ſi verò crimen.colla.9. & ſatis
eſſet ſibi iniuria dicta tortura,cùm per eam eſſet
infamis,infamia facti, & in eã incurrit, per quã
quis reppellitur à dignitate, niſi in ſubſidium.
vt ff.de decurio.l.Eos. Item facit repelli à que-
rella inofficioſi teſtamenti,quia aliàs admittere
tur. vt per glo. quę ita tenet in.l.Nullam. C. ex
quibus cau. infami. irro. & quia tormentũ dici
tur carcer. vt Bald.in.l.1. C.de his,qui ad liber.
perue.nõ poſſunt. & idem Bald.in.l. Falſus.C.
de furtis.in fin.& Cyn.in.l.2.C.quod me.cauſ.
¶Sed qui eſt in carcere recipit iniuriam,vt pro
bat Paul.de Caſt.in.l.ſi verò pro condẽnato.ff.
qui ſatiſdare coga.licet ille dicit eſſe.§.l.Si de-
ceſſerit.¶Ad idem ſi torquetur,iniuriam reci-
pit, & quia ſicut vxores militum,vel nobilium
non poſſunt torqueri, vt Iohã.de Plate.in.d.l.
Mulieres.Ita nec vxores doctorũ,quia in omni
bus parificantur,vt ſuprà dictum eſt. ¶Quini-
26 mo doctores pręcedunt militibus,† vt Feli.latè
in.d.c.Quãto. de magiſtris, maximè militibus
noſtri temporis,quia non militant, ſed tãtum-
modo ſunt nobiles, vt ibi allegat ad hoc plura
iura, ſed ibi tenet quòd in actibus militaribus
verus miles præfertur doctori, ſed in actib' do
ctoreis pręfertur doctor militi,& in actibus pro
miſcuis præfertur doctor, ſecũdũ Bart.in proce
mio digeſtorũ.¶Et quòd priuilegia data à iure mi-
litibus,nõ habent locum in militibus noſtri tẽ-
poris,tenet Specul.in titu.de procura.§.1. verſi.
Item quòd eſt miles.& Feli.vbi ſuprà.Et docto
res æquiparantur veris militibus,& non militi-
bus noſtri temporis,vt cõcluſum eſt,quia mili-
tes noſtri temporis torqueri poſſunt, quia neq;
in abſumptiõe militiæ,nec in vita obſeruãt ea,
quæ veros milites decet obſeruare, & obſerua-
ri expediunt: vnde priuilegiis militarib' gaude
re non debẽt:& ſic poſſunt torqueri,vt tenet ſin
gulariter Guido de Suza in tracta.tormento. ſi.
col. verſi. An milites noſtri tẽporis. & ibi eius
additio. allegãdo Bart. in ſuo tracta.de quæſtio.
licet dicat quòd illum tractatum nõ fuit Bart.li-
cet ei attribuatur;ſed iſta opi.Bar.quòd torqueã
tur ſicut alij priuati,eſt vera,& ab ea non recedẽ
dum: quia iſti non ſunt veri milites, & inſignia
ſola non faciũt milites gaudere priuilegiis ſuis,
ſed exercitiũ.vt probatur in.l.penu.ff. de teſta.
mili. vbi dicit, quòd miles nõ militãs, non gaudet
priuilegiis ſuis: ergo multominus debent gau-
dere milites noſtri tẽporis, quia non habẽt,nec
habuerunt vera inſignia, nec exercẽt militiam,
nec militant, prout ibi tenet dict.addi.Guid.de
Suza. ilico doctores præcedunt, nõ ſolùm iſtis
militibus, verùm etiam veris. ¶Ad quod facit,
maior eſt enim honor virtute ſua titulis conſe-
qui,quàm facto maiorũ, vt in.l. ſi quis in bello.
ff. de capti.& poſt limi. reu.& ibi glo.& Chri
ſtophor.Porc.Inſti.de iuſti.& iure.1. col. ¶Et
quia nobilitas ſcientiæ præfertur nobilitati ge-
neris: vt Cy.in.l.prouidendum.C.de poſtul.&
Alex.in conſilio.94.in.1.vol.nu.2.& Lucas de
Pen.in.d.l.Mulieres.C.de digni.lib.12.pri.col.
tenet quòd nobilitas ſapiẽtiæ eſt prima terrarũ
nobilitatum,& pręfertur cæteris nobilitatibus,
quia in ſapientia nobilitas vera conſiſtit, & ibi
quoque tenet in.2. col.quòd nobiles ex ſapien-
tia,& virtutibus, ac bonis moribus præferendi
ſunt his, qui ex genere aut diuitiis ſeu loco no-
bilitatis priuilegio extolluntur: de quo aliquid
per Abba. in cap. ſuper eo. de teſtibus. & per
Antoni. Fran.in additio.ad Abb.in cap. ad au-
res: de reſcrip.in.2. additione. & idem tenet no
ſter Mõtal.in.l.6. titu.9.part.2. ¶Sed cõtra hoc
videtur text.in.l.2. titu.21.parti.2. quaſi in fine,
ibi, Como qualquier deſtos, que lo ganã por ſa
biduria,o por ſu bondad, ſon llamados nobles:
mayormẽte lo ſon aquellos q̃ lo han por linaje.
Quæ lex non obſtat, quia iſta.l. debet intelligi
vt ſuprà dixi in actibus militaribus, & non in
actibus promiſcuis, vt Feli. in.d.c. Quanto. &
quia illa dictio, maximè, non importat præce-
dentiam. ¶Et per conſequens vxores doctorũ,
vxoribus militũ æquiparantur: & ſic dictæ vxo
res doctorum non poſſunt torqueri,nec carcera
27 ri † vt in.l.62. de Toro.& in expreſſo. quòd
vxores & filij doctorum non poſſunt pro debi-
to incarcerari. Tenet Hippo. de Mar. in.d.ſua
practi.cri. §. Attingã.nu.68. allegando plura iu
ra:& idem tenet Matheſil.in notabi. ſuis, in nu.
59. vbi ſingulariter. ¶Intantũ quòd iſtud priui
legiũ non poteſt renuntiari,quia legi prohiben
ti,quẽ capi poſſe pro debito,nõ poteſt renũtia-
ri pacto. tenet Specul. in tit. de renun.§.1.verſi.
Item eſt beneficiũ. nu. 29. & ſequitur Andre.
Sicul. Barba. in.c. Lator. de pignori. col.3.ver.
vtrum autẽ. ¶Sed an idem erit in vxoribus Li-
centiatorum? Idem dico ſicut in vxoribus docto
rum: quia vxor Licentiati nõ poteſt cogi ad ſe
deſdicendum, nec carcerari,nec torqueri: quia
gaudet priuilegio viri. ¶Et quia Licentiatus
gaudeat priuilegio doctoris, maximè in fauora
bilibus,tenet in expreſſo Bald.in.l.1.ff.ſolu.ma
tri. 4.col. verſi.quid ſi filius non eſt doctor, ſed
licentiatus,& iſta eſt cõmunis opi. ſecundũ do
ctorẽ de Pala.Ru. in repet.Rubr. de dona.§.38.
fol.

fol. 21. vbi per. 3. col. hoc examinat: & idē tenet Alex. in. l. Mulier. §. non est dubitādum. ff. ad treb. & hoc tenē, licet contrariū tenet Ang. in. §. & si quis. insti. de test. mi. nu. 1. dūmodo isti sint graduati in studiis generalib⁹ habētibus priuilegia, vt iā per leges Regias decisum est. Et idē tenet Petr⁹ Antebo. latè in tra. de mun. in. 3. pte. nu. 56. tomo. 6. tract. fol. 24. ¶ Et quia suprà tetigi quòd mulier nobilis & doctoris non potest pro debito incarcerari. ¶ Quid in aliis mulieribus, an pro debito ciuili possint in carcerem detrudi. vi. per dictum Hippolyt. de Marsi. vbi suprà in. d. §. attingam. nu. 63. vsq; in finē, in. d. sua practi. cri. vbi ponit fallencias, & ampliationes: & doctor del Castillo, in. l. 62. de Toro. ¶ Et in quātum ibi tenet quòd fallit in casu mirabili, quē ponit Bart. in. l. si quis sub cōditione. ff. de testamē. tutel. & in authē. matri, & auiæ. C. quā do mulier offi. tutel. fungi potest. & est in causa tutellæ, & administrationis, quia pro tali casu potest incarcerari, si renuntiauit Velleiano, & secundis nuptiis, & omni alio auxilio. ¶ Cōtrarium videtur verius, licet Bart. & alij teneāt hanc partem, quia mater non potest cōueniri in plus quàm facere potest. vt in. l. Sūt qui. in fine. ff. de re iud. ergo non potest carcerari, quia habet istam exceptionē, nec conueniatur, nisi inquantū facere potest, sicut vidimus per cessionē bonorum, quia etiā non priuilegiatus euitat carceres. vt in. l. 1. & fi. C. qui bo. ced. pos. ergo multomagis personæ priuilegiatæ, nec conueniātur in plus quàm facere possunt, non debet carcerari. ita dixit formaliter Cardi. Alex. in. c. ex parte, vlti. col. de appella. vbi dixit ita voluisse Alber. de Rosa. in l. vbi adhuc. C. de iur. dotio. col. 21. quæ opini. placet Hippoly. de Marsi. in. d. §. attingam. nu. 65. & miratur de Bar. & sequacib⁹, quòd ad istas rationes non aduerterunt: & hoc credo, licet ipsemet Hippo. in singul. 248. vult tenere cum Bart. in. d. l. Si quis sub conditione. quia idem quòd Hippo. in. d. §. attingam. tenet Andre. Sicul. in cap. 2. de pigno. 2. col. versic. & adde. vbi dicitur quòd dictum Bart. in. d. l. si quis sub cōditione. iudicio suo nō est verū. per text. in. c. 2. §. fi. versi. fœminæ. de iudi. lib. 6. iūcta. l. 2. §. si autem dignitas. C. de iura. calū. & facit. l. 1. C. de officio diuers. iudi. vbi ponderatur honestas sexus: & ideo succedit elegās regula φ vbicūq; aliquod priuilegiū est indultum, propter honestatem personæ, seu sexus, non potest tolli per renuntiationem, ita dixit Bald. in d. l. 1. C. qui bon. cede. poss. Ex quo infert dictus Andr. Sicul. quòd si mulier non potest renuntiare expressè priuilegio, d. l. 1. ergo multominus videtur renuntiasse generaliter, & facit quòd notat Bart. in argu. in. l. sed & si quis. §. quæsitū. ff. si quis cautio. ¶ Sed ibi tenet, quòd si esset magna summa pecuniarum, videretur φ pro isto debito arduo possit incarcerari, non solùm ista mulier, sed etiā ille, qui accepit in vxorem mulierē, quę fuit tutrix filiorum suorum, si nō reddit rationē administrationis, antea quam contraheret matrimoniū, quia bona ipsius viri sunt obligata, ita Bald. singula. in. l. si mater. C. in quibus causis pig. taci. contraha. & Hippol. de Marsi. in. d. singul. 248. in. 2. col. ¶ Bachalarius Rodericus Suarez in repe. l. 2. For. leg. lib. 2. tit. de los gouiernos. 14. & 15. col. istam. q. examinat, & licet sic bachalari⁹ est magnæ authoritatis, quia vt dicebat doctor de la Carrera, dum in vniuersitate Salmanticensi legeret chatedram Decreti, me audiente, quòd iste Bachalarius Rodericus Suarez fuit magnus literatus, & aduocatus, & nunquā voluit gradū lecentiaturæ, nec doctoratus recipere, quia asserebat quòd volebat esse præcipu⁹ bachalarius omnium qui sunt in Hispania, quàm vnus infimus ex doctoribus multis: & hoc audiui à dicto domino doctore dela Carrera antequā opera ipsius bachalarij in lucem prodirent, dicit quòd non est fidendū de opi. Barb. ¶ Tamē in additione quā ibi fecit dicit φ hodie videtur, quòd determinatio Bart. nō procedat: et sic sit vera opi. Barb. per. l. 62. Tauri. culus verba sunt, Ninguna muger por ninguna deuda que no desciēda de delicto pueda ser presa, ni detenida. Et sic videtur, & est attendendū, quòd per ista verba, por ninguna deuda, φ hodie non procedat determinatio Bart. & sequacium. In qua habetur quòd pro debito descendente ex admiuistratione tutellæ possit mulier carcerari, cùm ista sint verba generalia, & mens legislatoris est φ pro nullo debito, cuiuscūq; naturæ, & conditionis sit, dū tamen non descendat ex delicto, posset mulier carcerari. ¶ Et hac quoque ratione dicas non procedere dictum And. Sicul. Barba. qui tenet φ pro debito arduo possit mulier carcerari, maximè φ si bene attēdam⁹ istud, est quoddā priuilegiū mulieri per principem concessum humanitatis causa, ratione fragilitatis sexus, vt alia etiam priuilegia mulieribus conceduntur, quæ viris denegātur: vnde eadem ratio est in debito magno, quæ est in paruo: & sic φ hodie est vera opi. Hippo. de Mar. in. d. §. attingam. ¶ Quod limitatur in muliere meretrice, seu luxuriosè viuente: nam ista potest personaliter capi, & carcerari: verbū est aureum Bal:

in.l.cōſentaneū.C.quo.& quādo iudex.7.col. in pte,in gl:&tenet.d.Rod.Sua.in.d.l.2.&los go uiernos.13,col.&Hipp.io.d.§.attingā.nu.66,et idē tenet Alex.de Imo.in.l.Plerięq;.ff.de in ius vocā.6.col.nu.11.&.12.vbi oēs in dictis locis tenēt ꝙ eſt verū, qñ mulier luxurioſe viuēs eſſet ſoluta,ſecus ſi eſſet nupta,quia tūc quāuis luxurioſe viueret nō poſsit carcerari.p tex.fin.in arg.in.l.ſi vxor.§.1.ff.de adul.pro quo facit dict.Io. An. in additi.ad Spec.in tit.de iniuri.& Alex.in.d.l.plerięq;. nu. 12.& idē tenet Pala.Ru.in repe. c. per veſtras.de dona.§.21.nu.22. fol. 95.& idē tenet And.Si,Barb.in.d.42. quod incipit,Lator. de pigno.1,col.& in.c.paſtoralis.6,col.verſi,ſed ego quæro.de iudi.& latè per eundē Hipp. de Mar.in repe.l.vnicæ.C.de raptu virg.num.30. vbi dat ſingula,limitationem,& intellectū ad ſupradicta reſtringendo,non habere locū in meretrice maritata, quę habet in maritū vnum lenonem, vel infamē, quia tunc reputatur pro meretrice nō nupta,ita dicit quod tenet Iohā.Baptiſ. de ſant.Seue.in tract.ſuo de debito. ſuſpe.13.co. & per alia iura,quod dicit eſſe mēti tenendū,& notādū ad intellectū dicti Io. And,ſupradictū: & idem teoet dict.Hipp.de Mar.in ſiugul.279. ☞Sed ſi mulier de ſe eſt nobilis,nō perdit nobilitatē generis, etiā ſi ſit meretrix, vel faciat quęſtū corporis,vt in.l.Si qua illuſtris. C.ad orfici. & in.l.ſenatoris filiū.ff.de rit. nuptia.& in.l.filium.ff. de ſenatori.& tenet Mōtal. in glo.ordi. in parte generoſus: et ſic quòd licet iſta vxor viuat turpiter,ſi eſt nobilis ex ſe,non poteſt carcerari,etiā ſi ſit ſoluta,quod nota ad intellectum.d.l.Tauri. ☞Optimū eſt ſcire,ſi vxor clerici gau
28 det eodē priuilegio,† & retineat illa duo de quibus,in.c.vnico.de cleri.cōiug. in.6.quæ retinet maritus ferēdo habitū & tonſurā clericalē.ſ.priuilegiū,canonis ſi quis ſuadēte.17.q. 4.& quòd in criminalibus cōuenitur corā eccleſiaſtico iudice.glo.in.c.clericū.11.q.1.tenet ꝙ vxores clericorū ſortiūtur forū ex perſonis virorū,& gaudēt eiſdē priuilegiis vxores & filij, quibus clerici gaudēt.vt in.l.1.&.2.C.de epiſco.& cleri.& hoc quādo eſt legitima vxor.& idē tenet glo.in c.Eos.32.diſt. Abb.Panor,in.c.null⁹.de foro cōpe.2.col.nu.6.&.7.iſtā.q.examinat,ad minus tāgit eam:& cū iſtis gloſsis trāſit,licet Io.And.in d.c.vnico,de cle.cōiuga.in.6. tenet cōtrariū, & Io.de Imo.in.d.c.null⁹.ſequitur gl.licet Anto, ibi trāſeat cū Ioā.And.& idē tenet Mōtal. in.l. 32.tit.2. part.3.in glo.la tercera.☞Sed ratio & diſtinctio Abb.ibi mihi videtur vera, & ex ea poteſt concordare gloſſas,& Iohā.And. & ſequaces.ſ.quòd quādo clericus coniugatus defert habitū & tonſurā,& tunc ſicut ipſe clericus gaudet in criminalibus priuilegio perſonæ, ita & eius vxor,quia generaliter traditur vxorē debere ſortiri forū ex perſona mariti, vt in. d.l. cùm quædā puella.ff. de iuri.omn,iudi.& alibi dicit Imperator,Mulieres honorē maritorū erigim⁹, & genere nobilitamus,& forū ex eorū perſona ſtatuimus.vt in.d.l.fi.C.de incolis.lib.10.☞Sed ſi clericus coniugatus non incedit in habitu & tonſura clericali,eius vxor nullo gaudet priuilegio eccleſiaſtico,quia hoc caſu,nec clericus ipſe gaudet:& certè iſta diſtinctio mihi placet:& ibi Abb.reſpōdit ad dict. Iohā. And. qđ erat,ꝙ videretur abſurdū, vt vxor clerici in ciuilibus cōuenirētur coram iudice ſeculari,& in criminalibus verò corā eccleſiaſtico, nec obſtaret ſi diceretur quòd idē cōtingit in perſonā clerici, quia hoc operatur caracter, qui perſonā clerici non egreditur,quia imo non obſtat,vt arg,in.l.fi.C. de iuri.om.iudi.& eorū quæ notantur in.c.quāto.de offi.ordi.& Inno.in.c.Cùm ab eccleſiarū. eod.titu. Item quia in perſona ipſius clerici eadem debet eſſe ratio de ſpecie ad ſpeciē,quæ eſt de genere ad genus:vt in.c. Paſtoralis.§.Itē cùm totum,de offi.delega. ſicut enim quādo maritus gaudet ex toto priuilegio fori. Idē reperitur in vxore, ita ſi pro parte gaudet maritus, debet & pro parte gaudere vxor,nō obſtante quod dicit de caractere: nā & multi gaudēt priuilegio fori, quib⁹ caracter impreſſus nō eſt, vt eſt videre in monialibus. ☞Et quòd iſta vxor gaudeat priuilegio, eſt ratione vnionis matrimonialis, vt in c. hæc imago,33.q.5.& inter eos cōmunicantur actiones & paſsiones. vt in.c.Martinus.& ibi Abb.de cog. ſpiritu. ☞Attamē Domi.d ſancto Gemi.in.d.c.vnico,de cleri.cōiug.in.6.reſtringit ſupradicta,ſolūmodo in priuilegio fori: ſec⁹ in priuilegio canonis ſi quis ſuadēte diabolo,ꝙ illud nō habet locū in percutiēte vxorē clerici, etiā ſi ſit vxor legitima,prout pōt contingere in clerico cōſtituto in minoribus,quia cū iſtud ſit priuilegiū cōceſſū toti ordini eccl'iaſti.nō debet extēdi ad pſonā nō exiſtētē ecl'iaſticā,in materia pœnali:et licet vxor ſortiat̄ forū mariti clerici,et ſic exēpta à iudice ſeculari.vt Abb.in.d.c.null⁹. nō eſt eadē ratio in materia exorbitāti,& pœnali,puniēdi offendētē vxorē clerici,&ideo nō debet fieri extenſio,vt in.l.Iulia.§.hoc caput.ff. de rit,nup. Et in.c. canonica.de ſent. excō.cū aliis vulgarib⁹, vbi patet hoc eſſe veriſsimū,& ſic teneo ꝙ licet vxor clerici gaudeat priuilegio clerici quoad forū inquo priuilegio cōferē bñficiū,ſiue

siue pœna: tamē dispositio pœnalis loquens de offendēte clericū,ad ipsam vxorem nō extendi tur, vt suprà fuit probatū per regulā in pœnis. & in regula odia. de regul. iur.in.6. vt tenet omnia dicta Francis. de Aretio. in consil. 131.col. 2.&. 3. Et sic cōcludo quòd vxor clerici,quæ ad forum gaudet in criminalibus priuilegio clericali, vt ipsa debeat coram ecclesiastico conueniri: sed non gaudet priuilegio canonis, si quis suadente. & sic quòd licet quis iniiciat manus violentas in eam offendens, non est excōmunicatus. & idem tenet Domi. in dict. cap.1. de clericis coniuga. in. 6. & per dictū Franc.de Are. in. d.consi.licet dicat quòd etiam de priuilegio fori multi recensiores tenent quòd vxor non gaudet,nec ei competat. Quinimo talis clericus cōiugatus deferens habitū & tonsuram non subest sub iudice seculari in criminalibus, nec distringit suam personā,licet distringat sua bona.vnde insurgit cōclusio,q̄ pro debito pecunia
29 rio non potest talis clericus incarcerari † vt sentit Anchara.in dict. cap. vnic. de clericis coniu. in.6. & Specul. in titu. de competen. iudi. addi. §. 1.& Lapus allega. 118. & probat text. in.c. Nuper,de senten.excōmuni. per quod extenditur,l.4. titu.2.lib.4.in ordi. regali. vbi canetur, quòd fidalgus non potest carcerari pro debito, q̄ sit idē In clerico coniugato habitum & tonsuram deferente: & idem in vxore sua per supradicta. Et non solùm vxor clerici, verùm etiā eius cōcubina gaudet priuilegio Fori ipsius cle
30 rici. † & coram ecclesiastico debet conueniri,tenet Ias.singulariter in.d.l. Cùm quædam puella. ff. de iuri.omni. iudi. nu.17. & infrà dicetur super cap.quod loquitur de concubinis clericorum, qđ est. 47. in ordine. Et quia dictū est quòd vxor vidua retinet forum viri & eius priuilegia per iura supradicta, intellige esse verum
31 in fauorabilibus, † non autem in odiosis,nisi in contractu dotis.in quo inspicitur cōsuetudo fori viri.per.d.l. Exigere dotē.ff. de iudi. ita singulariter intelligit Bald. in. l. Voluntas. C. de fideicōmis. nu. 1. & tenet Hippolyt. de Marsil. Bald. cōmendantem in repet.l. vnicæ. C.de raptu virg. nu. 215. & licet putabat dictum Bald: esse incognitū,quia est in loco remoto.idem tenet Feli.in cap. Super eo.de testibus.1.col. Extende etiam, & habet locum, quòd mulier retinet priuilegia viri, etiā si habeat virum inutilē:
32 † quia vidua dicitur non solùm quæ virum non habet, sed etiam quę virum sibi inutilē habet,& priuilegia quę dātur viduis,cōcedūtur istis inutiliter nuptis:mirabile est dictum Bald.in.l.fina. C.ad.l. Faui. de plagi.& sequitur Hippolyt. de Marsi.in.d. repet.l. vnicæ. C.de raptu virgi.nu. 214.allegando Ias. in. l. Si quis pro emptore. ff. de vsucap. col. 53. Sed ego quesiui & non inueni,tamen sufficit authoritas Bald. Et ex hoc infero & teneo pro cōstanti,quòd licet vxor nō sit copula carnali cognita propter impotentiam viri,& sic per suā inutilitatem si est traducta ad
33 domū, & est vellata, habet dimidietatem † bonorum acquisitorum,constante matrimonio inter eam & virum suum sic inutilē:& ita ego aliquando consilium dedi: & tenet in terminis noster doctor de Segura in repeti. §. si vir,l.1. ff.de acquiren.posse,col.9. &.10. cū sequentibus,per multa fundamēta, vt ibi per eum. Et quia quā do est traducta ad domū possunt dici maritus,et vxor, sicut in cōiugio: quod verū fuit inter beatam virginem Mariam & Ioseph maritum suū, licet nunquā interuenit carnalis copula.vt in.c. Ioseph. & in cap. priusquam. 27. q. 2. & Segura vbi suprà, hoc tenet: vbi pro vtraq; parte istā q. altercat. & vltra eum vi. Saly.istam.q. examinantē,& idē tenentē in.l. cùm in te.C.de dona. ante nup.& sequitur Phil. Decius in consi.540. num.3.& Hippoly.de Marsi.in consil.66.nu.7. vbi plura iura quoque allegat,& additio.Bart.in. l. Cùm fuerit.ff. de conditio.& demōstra. Et
34 quis dicatur vidua † vid.dictū Hippo. de Mar. in.d.repet.l.vnicæ.C. de rapt. virg.nu.211. cum sequentibus. Fallit primò quādo ista vidua in-
35 gressa est in religionem, † quia tunc amittit dignitatem mariti, & perdit eius priuilegia.sentit glo. in.c. scripsit.27. quęst.2.& Alex.expressè in additio. ad Bart.in.d.l. filij. §. vidua.ff.ad municipal.& Antoni.Curse. in tracta suo de potesta. reg. in.29. q. col. pe. & ista opi. est vera, secundùm Iohā.de Garonis, in tit. de nuptiis. C. col.13.quia tunc non viuit nomine mariti:sed tā quam monialis , & sic est prima fallencia,quòd vidua nō gaudet priuilegio viri. Alia est si vi
36 uit luxuriosè, vt iam dictum est, † & si nupsit secundo viro inferioris conditionis, vt suprà,& Alex.in addi.ad Bart.in.l.fi.C. de bonis mater. & Ange. in.l.Cùm quædā puella.ff.de iur.om. iudi. versi. tertio, vbi dicit quòd vxor sequitur forum viri, si tamen ducta est: & idem credit in vidua,nisi luxuriosè viueret,nec plus habeat luxuria, quàm castitas.arg. in authē.de restitu. ea quæ pari. sed melius facit text. in. l. his solis.ff. de reuocan. dona. & ibi Bald. ponderat text.ad hoc , videlicet q̄ mulier non castè viuens amittat priuilegia primi tori, quod intellige verum, nisi in his in quibus viduam retinere domiciliū

viri,eſſet ipſi viduæ odioſum.argu.in.l. Si quis
ſolidum. ff. de hæredi. inſtitu.& tenet Bald.in
cap.accedens .de procura.in fine,dicendo,quòd
facto diuortio,vxor non ſequitur forum viri,ni
ſi in eo,quod eſt ſibi dãnoſum:& ſi adulteratur,
non habet priuilegia dotis,quia reatus omnem
honorẽ excludit:vt in.l.1.C.vbi ſena.vel clari et
ita tenet Alex.in.d.l.Cùm quędã puella.nu.9.&
putat hoc eſſe verũ,licet Fulgo. dicat ibi ſimpli
citer,quòd dictũ Ang. nõ videtur ſibi verũ, co
quia mulier ex luxurioſa vita nõ adipiſcitur no
uũ domiciliũ,ergo retinet domiciliũ viri. ¶ Sed
ſecũ.Alex. dic quòd imo mulier adipiſcitur pri
mum domicilium,ſiue originem quam amiſerat
propter matrimonium, & non perdit primum
domicilium, niſi quoad ea propter quæ ſubtra-
heretur à ſeruitio viri: & ratio Angel. conclu-
dit, licet Fulgo. contra, ſic declarando: nam mu
lier quę tranſit ad ſecundum matrimonium per
dit domicilium primi viri. vt in dict.capit. vi-
dua. tamen exiſtens in matrimonio, dicitur ca-
ſtè viuere. vt in.l.Mulier.§. cùm proponeretur.
ff. ad trebellia. ergo vidua luxurioſe viuens,de
bet quoad fauores illud perdere, ne plus habeat
luxuria,quàm caſtitas,ſecũdum dict. Alex.ibi.
¶ Hinc eſt quòd donatio facta per maritũ vxo-
ri habet tacitam cõditionem ſi honeſtè vixerit.
37 † vt in.l.Res vxoris.C.de don.inter vi.& vxo.
& ibi Bal.& idẽ tenet tex.in.l.9.ti.12.delas dona
ciones.fo.leg.lib.3.ibi.E ſi por auẽtura deſpues
de la muerte de ſu marido no hiziere buena vi-
da,pierda lo todo quãto le dexo el marido.& ſe
cundùm glo.Montal.ibi. Mulier quæ poſt viri
mortem luxurioſè viuit,pręſumitur viro ſuper-
ſtite,non caſtè vixiſſe & meritò perdit donatio
nẽ:& quicquid ex viri liberalitate ei peruenit,
& etiam legata & fideicommiſſa & efficitur in-
famis, quia virum mortuum deshoneſtauit, &
quia honorem mariti non ſeruat,indigna effici-
tur relicti:vt in authen. cui relictum.C. de indi-
cta viduit.tolle.& propter hoc anima mariti val
de conſtritatur,vt for.iuz.lib. 5. titu.2.l. 4.&.5.
& in.l. conſenſu. C. de repud. ¶ Sed optimum
eſt ſcire an mulier debeat continere infra an-
num luctus,an durante viduitate ad hoc vt non
gaudeat priuilegiis mariti.& nec conſequatur ſi
38 bi relicta? † tex. in.l. 3. tit.12. part.4.dicit quòd
debet cõtinere infra annum luctus, inquantum
dicit, eſſa miſma pena deue auer ſi ante que paſ-
ſe el año hizieſſe maldad de ſu cuerpo. vnde vi
detur quòd licet elapſo anno luctus cõmittat ſtu
prum, vel viuat luxurioſè, non debet perdere
donata à viro. Sed lex fori iam dicta, tenet con-
trarium ibi. ſi deſpues de muerte de ſu marido
no hiziere buena vida. ¶ Palacios Ruuios in re
petitio. rubri. de donatio. §. 67. qui incipit, v-
num demum. fol. 47. iſtam quæſtio. examinat,
licet non alleget dicta. l. parti. tenet quòd non
ſolùm infra annum luctus, verùm etiam duran-
te viduitate, debet honeſtè viuere. per. l. 4. titu.
4. lib. 5. in ordinationib. regalib. in fine, ponde-
rando illa verba legis inquantum dicit, ſeyẽdo
biuda, quod dicit videri ſatis rationabile, quia
ex quo interim eſt vidua, & gaudet priuilegiis
mariti, & ſuam dignitatem retinet. vt in cap. ex
parte. b. de foro competen.& Abb. & Felin.in
cap. ſuper eo. de teſtib. ſi durante viduitate lu-
xurioſe viuat, etiam poſt annum luctus iuſtum
eſt quòd perdat donata à viro, quia quodammo
do videtur eſſe in matrimonio durante viduita-
te, & quãtũ ad prædicta eadẽ caſtitas deſideratur
ac ſi matrimonium duraret, non ſolùm infra an-
num luctus, ſed etiam perpetuò, hoc eſt, vidui
tate durãte:& ego ita teneo nõ obſtante.d.l. par.
& vide vbi ſuprà Pala: Ruui.nu.4.vbi idẽ tenet
allegãdo.d.l.fori, & ſic quòd ſi maritus aliquid
donauit, vel legauit vxori, vel ipſam hæredẽ in-
ſtituit, & eo mortuo luxurioſè viuat. priuabitur
hæreditate vel legato, vt indigna, licet maritus
non adiecerit clauſulam, ſi caſtè vixerit. idem te
net Montaluus in. l. ſexta. titul. 2. for. legum.
lib. 3. in gloſ. pierda. quia per hoc vt ipſe dicit
infert iniuriam & triſtitiam animæ mariti. &
Salycet. in. l. fideicommiſſum. C. de fideicom-
miſ. in fine: & ibi dicit eſſe bene notandũ, quia
quotidianum. ¶ Item talis vxor, quæ viuit lu-
xurioſè poſt mortem viri perdit dimidietatem
bonorum acquiſitorum, conſtante matrimonio
39 † inter ipſam & maritum. vt in. l. quarta. titu.
4. delas ganancias. libro. 5. in ordinationib. re-
galib. & Palaci.Ruui. in dicto, §. 67. & in dict.
repetitione rubric. §. 70. qui incipit, ceſſante.
foli. 53. nume. 19. dicit hoc procedere etiam ſi
in vita mariti fortè eo inſcio incontinenter vi-
xerit, vel poſt eius mortem debet perdere di-
ctam dimidietatem lucrorum habitorum, matri-
monio conſtante: & idem tenet in vxore occi-
dente maritum, non debere habere dimidieta-
tem dictorum lucrorum: vbi per te videas, &
40 alia in propoſito. ¶ Item perdit arras † iſta
vxor vidua luxurioſè viuens. vt tenet doctor
del Caſtillo. in. l. 51. de Toro. in gloſſa finali.
41 ¶ Item perdit tutellam † filiorum. glo. & Bald.
in authenti. matri & auiæ. & in authen. ſacra-
mentum. C. quando mull. offici. tutel. fungi po
teſt. &. l. fina. eodem titul. quæ requirit quòd
impudicitia

impudicitia viuat. notatur in c. ex parte. m. de appel. & Specu. in tit. de tutore. §. nũc dicendũ. versi. Item excipitur. & Pala. Ruui. in. d. §. 67. num. 16. & Bart. in. l. his solis. C. de reuo. dona. & latè Abb. in. c. vxoratus. de conuersio. coniuga. & Bart. in. l. Si quis sub conditione. ff. de testa. tutel. ¶ Et quia ita perdit tutellã si incontinẽter viuat, sicut si transisset ad secundas nuptias, & per hoc potest inferri quòd eas pœnas patitur mulier per transitum ad secundas nuptias, quas infra annum luctus pati debet, si incontinẽter viuat, quia ratio nuptiarũ prohibitiua infra tale tempus fortius vendicat sibi locum in incontinẽtia, nec in plus se habeat luxuria, quàm castitas, vt dictum est, & tenet Abb. in. d. cap. vxoratus. num. 2. & ibi quoq; tenet idem, quod Saly. in. d. l. Fideicommissum. ¶ Sed quid in

42 † cura, dic ꝙ sicut matri pertinet sicut tutella, vt Specul. in titu. de curato. §. cùm autem. versi. sed nunquid mater. nu. 2. & Barto. & Bald. in. d. authen. matri & auiæ. & Abb. in. d. cap. ex parte, ita debet perdere curam sicut tutellam, quia dispositum in vno habet locum in alio. est text. singul. in. l. quòd si nollit. §. quòd in procuratore. ff. de edici. edict. & ibi Angel. vbi disposi. tum in tutore habet locum in curatore, & procuratore. & tenet doctor de Stuniga in suo tractatu tutellarum, in fine, licet non allegat. d. l. quòd si nollit. ¶ Sed an perdat executionẽ testamenti,

43 & primo † sciamus si mulier potest esse executrix testamentorũ. text. in. l. 7. titu. 5. de las mãdas. lib. 3. foro legũ. tenet quòd non potest esse executrix, vel cabeçalera. & hoc potest esse, quia non habet personam standi in iudicio. vt in. l. fœmina. ff. de procura. ¶ Tamen de cõsuetudine, quæ optima est legum interpres secundùm Montal. ibi, potest habere hunc officiũ testamentarij: & vltra Montal. ibi dico ꝙ idẽ tenet Angel. in. l. Si traiectitiæ. ff. naut. quòd feno. per glo. in. l. filio. §. matri. ff. de adimen. lega. & glo. in. l. vnica. §. pro secundo. C. de caducis tolle. & idem tenet glo. in cap. religiosus. de testamen. in. 6. in verbo, religiosus. vbi dicit idẽ quòd Montal. quòd quicquid sit de iure, de consuetudine habetur contrarium, & sic potest esse executrix testamenti: & idem tenet Bart. in. l. à filio. ff. de alimen. & ciba. lega. vbi hoc etiam extendit, etiã si talis vxor transeat ad secundas nuptias, non perdit executionẽ testamenti: quod est notandum. & sequitur ibi Alexã. in additio. ad Bart. & Bald. in. l. id quod pauperibus. C. de episco. & cleri. & Iohã. And. in additio. ad Specul. in tit. de instru. editio. §. nunc verò aliqua. pe. carta. ¶ Retẽta sic opinione quòd potest esse executrix testamẽti mariti, dico ꝙ si turpiter viuit, perdit illam executionẽ: secũdùm Imol. in. l. cum qui. §. qui sibi. ff. de verbo. obligatio. quia sicut perdit tutellam, sic dictam executionem, cùm executio testamẽti & tutella æquiparentur. glo. in. l. antepe. ff. de tutell. & ibi Bart. & tenet dict. Palaci. Ruui. in. d. §. 67. num. 16. ¶ Et

44 idem est si maritus relinquit † vxori facultatem pro eo testandi, prout in. l. 31. de Toro, cum sequẽtibus, & eo mortuo, ipsa viuit luxuriosè, videtur sibi reuocatũ mandatum: ad quod benè facit dictũ Paul. de Cast. in. l. Si cùm cornelius. ff. de soluti. & idẽ tenet Pala. Ru. vbi suprà. nu. 7. & quoque dicit ibi. nu. 15. quòd authen. præterea. C. vnde vir & vxor. non habet locum in vxore quæ post mortem viri luxuriosè viuit. ¶ Idem est in dote, quia vidua luxuriosè viuẽs

45 post mortem viri perdit dotem † sicut si viuente marito, hoc fecisset. vt Paul. de Cast. in consilio. 121. & idem tenet Pala. Ru. vbi suprà. nu. 6. quamuis Alexã. in. l. Sororem. C. de his qui. vt indig. aliter videatur sentire: & licet Pala. Ruu. in hac. q. plus non dicat, nec alleget: dico quòd idem tenet Paul. de Cast. in. d. l. Sororem. & in l. Fideicõmissum. C. de fideicomissis. attamen Ias. ibi num. 1. & 2. dicit quòd opinio Paul. est falsa, & contrarium consuleret, quia iura loquẽtia de priuatione loquuntur quando mulier cõmittit adulterium, constante matrimonio, vt in l. consensu. C. de repud. & cap. plerunque. de dona. inter vir. & vx. vnde cũ ista iura sint pœnalia, non debent extendi, maximè quando nõ est eadem ratio. vt in. l. cùm quidam. ff. de liber. & postu. & per alia fundamenta ibi tradita per Ias. & ibi dicit quòd quoque Alexã. reprobat dict. decisio. Paul. num. 3. ¶ Sed miror de Iaso. quia variat in. d. l. Fideicõmissum. ab his, quæ tenet in. l. 2. ff. solut. matri. nu. 6. vbi dicit amplia, & teneas perpetuò cordi, quòd queadmodum viuo marito propter adulteriũ, vxor, perdit dotem: similiter mortuo marito, si vidua cõmittit extrupum, perdit dotem, seu actionem ad repetendum dotem. per dictũ consil. Paul. de Castro 121. incipiente, Reuocatur in dubium. vbi multum plenè arguit ad partes: & inter cætera allegat bonum text. cum glo. in. l. pe. & ibi Bart. ff. de adulte. vbi notat Bart. quòd qui offenditur ex adulterio constante matrimonio, ille offenditur ex strupo, viduitate durante, & dicit notare debere decisionem hanc Paul. & Bart. quia plerunq; contingit viduas extrupari, quia non possent petere dotẽ, ab hęredibus: & dicit ibi quoq; Ias.

Iaſ.in.d.l.2.quòd licet Alex.reprehendat iſtam deciſionē in.l. ſororē.quòd Alexā.non viderat prædictum conſiliū Paul. nec fecit mentionem de ipſo in dicta.l. Fideicōmiſſum. vbi Paul.for mat argumētum Alex. ¶ Et cum iſta opi. quòd vidua perdat dotem propter ſtuprum,tenet Sebaſtia. Sapia.in additio.ad Abb. in. c. ex parte. b.de foro compe.in finali addi.& idem tenet ad ditio. Bart.in.l. omnem.C. de boni. mater. & in l. libellorum.ff. de his qui not.infa. & idē tenet Hipp.de Mar.in ſing,234. quaſi in fine.& idem tenet addi. Abb.in.c. vxoratus.de conuerſi.cōiuga. & Bart.in.l.penult.C. de adulte. & ſequitur Auguſti.de Arimi. in additio. ad Ange.in tracta. malefici. in parte, ehe me adultera la mia dona. nume.30.verſi. adde tamen.& idem tenet Hippolyt. de Marſi. quem omnino videas con tra Alexā. in ſingu.416.& idem cōtra Alexan. tenet Gerardus de petra ſanct. in ſing. 48.& idē tenet Pala Ruui.magis latè in.d.repe.rubr.§.82. vſque in fine repetit.rubri. ¶ Sed iſtam queſt. latiſsimè,& vltra omnes examinat dict. Hippo. de Marſi. in repet. l. vnicæ.C. de rap. virginū: nume. 48.&. 49.cum ſequentibus, vbi per. 6. col. eam altercat,& in fine remanet cum opinio ne Paul. de Caſtro in dict. conſilio, & ſic quòd perdat dotem: & iſtam credo eſſe veram.

¶ Et iſtam concluſionem amplio, vt non ſolùm perdat dotem marito traditam, verùm etiam do tem ſibi promiſſam:vt eſt text. & ibi Bald. in.l. Si mulier.ff. de conditi.inſtitu.& latè Pala.Ru. in dict. repetitio. rubri.§.20. qui incipit, habet alium. Sed hoc vltra omnes intelligerem ſi mulier vel pater eius fuit in mora dandi dotem, & tēpus promiſsionis & ſolutionis fuit elapſum, & moueor per ſingula dictum Paul. de Caſtro in.l. Iubemus. §. ſanè ſi hæc. C. de ſacroſanctis eccleſ. nume.3. vbi tenet quòd ſi ſtatutum dicat quòd decedēte vxore in matrimonio,vir lucretur dotem, quòd etiam lucrabitur dotem non datam,ſed promiſſam,ſi mulier fuit in mora ſoluendi, & dicitur in mora poſt interpellationē. & idem tenet Paul. de Caſtro in.l. Cùm certū. C. ad.l. Falci. nu.2.& idem in.l. Si donaturus.§. ſi quis.ff. de conditione cauſ.data, cauſ. non ſequu.nu.3.& Alex.in.l.Si quis.ff. eod. tit. nu.7. vbi dicit quòd iſta eſt cōmun.opi.quòd habeat locum in dote promiſſa: & Pala.Ruui.in repet. rubric. de dona.§. 20. qui incipit. habet alium. foli.12. ¶ Et etiam ſi non ſit in mora, vt Alex. in additio.ad Bart. in.d.l. Iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſ.eccle.et doctor Ciſon.in.l.81.de Toro. & Matheſil.notab.74.& ibi additio. ¶ Quod ſa cit ad intelle. l.6. de Toro,ibi, Pero bien pue mi timos.vbi filius licet habeat aſcendentes poteſt legare tertiam bonorum ſuorū, quòd vxor quæ habet dotē datam à patre vel promiſſam, poteſt legare viro tertiam partem ſuorum bonorum, quòd in iſta tertia ſic legata computabitur illud quod eſt promiſſum, & non ſolutum de dote, ſi tempus ſolutionis eſt elapſum, & ſic pater fuit in mora dandi, quod ego ita pluries conſului,& habebit tertiam ex illo quod non eſt ſolutū,ſed debetur. ¶ Sed hoc quoque intelligerē quando dos promiſſa eſt certa:ſecus ſi eſt incerta, & eſt quādo mulier ſimpliciter nubit, intelligitur da re in dotē illud,quod primùm dedit:vt Paul.de Caſtro in.l. Peculium. ff. de peculio. & Iaſ. in §. fuerat.inſtitu.de actio.col.23. nu.127.maximè quādo ille,qui debebat,fuit in mora tradendi,& maritus incepit ſuſtinere onera matrimonij, quia tunc dos certa habetur pro tradita, ſecus ſi non cepit ſuſtinere onera matrimonij, vt Paul. de Caſtro in dict.l. peculium. & facit text.in.l. 29. de Toro.ibi, Y para ſe dezir,& ibi, mandada, & ibi, o la prometio. & doctor del Caſtillo ibi in parte,quiſiere eſcoger. ¶ Quoque intelligerem quod vidua perdat dotem ſi viuit luxurioſè, quādo maritus ſuſtinuit onera matrimonij,aliàs ſecus: & ad hoc me mouet dict. Bald. in authen. dos data. 1. colū.C.de dona.ante nupt. vbi tenet in verſi.Item iſta.quod quemadmodum mulier nō lucratur donationē propter nuptias,quando nō ſuſtinuit onera matrimonij,ita econtra vir non debet lucrari dotem,ſi onera matrimonij nō ſupportauit: idem tenet Paul de Caſtro in.l. Ab hoſtibus,§. ſi vir. ff. ſolut. matri. & doctor del Caſtillo in. l. 16. de Toro.in glo. durante.verſi.certè.quod ego non credo verū,quia ſponſa de præſenti,licet nō ſit traducta ad domū, nec ſuſtineat onera matrimonij ſi cōmittat adulterium,poteſt accuſari,de noſtro iure Regio. vt in.l.2. titu.17. lib. 8. in ordinatio.regalib.& Montal.ibi in ſua glo.in parte,fornicatio.& quod maritus lucretur dotem ante traductionē ad domū propter adulteriū:tenet Ciſont.in.d.l.81.de Toro.in fi. ¶ Et an ſtatutum de dote lucrāda habeat locum ante traductionem ad domū,vi. Bart.in.l. nil. ff. rerum amo.& Bald.in.l.Deo nobis.C.de epiſ.& cleri. & in.l. Non ſine. C.de boniſq; libe. & latè Saly.in.d.l.Cū te.C. de don.ante nupt.& Abb.in cōſil.79.lib.2. ¶ Quoq; vidua nō perdit dotē,licet viuat luxurioſè,ſi habet filios,licet ſint ex al tero matrimonio.eſt glo.in.c.1. vt lit. nō cōteſt. in verbo, recipere.& text. in. l. 1. titu. 7. de los adulterios. foro leg. lib. 4. & .l.2.eodem titulo: & text.

& tex. in authē. vt lice.matri & aui.§. si de adulterio.colla.8.& Bal.in.l. Hac edictali.C.de secū. nup.2.col.& Frācis.Cre.in sing. 86.& per doct. del Castillo in.l.81.de Toro.in glo.fi.& vi.Mōtal.in.gl. ordi.in parte,adulteriū.& Nicol.Boe. in additioni.ad Dy. in regul.nō debet.in fine additionis.vers.&

y Reyna b

idem dicēdum est.de regul.iur.in.6.& singulariter Pala.Ruui.in.d.repet.rubri.de dona.§.20. quòd incipit,habet alium.fol.12.nu.1. vbi idem tenet. ☞Quoq; intelligo quòd vidua luxuriose viuens perdit dotem,quando sibi soli acquiritur actio de dote: secus quādo est cōmunis patris & filiæ.per glo.in.l. consensu.C. de repud. in verbo,si habere.in fine.& à fortiori in casu in quo actio de dote est integra patris, vt puta si à principio fuit sibi soli stipulatam. per glo..quæ hoc expressè dicit in.l. si dotem. C. de iure doti.& ibi Angel.& Saly.& licet in casu illi⁹ glossæ.l.si consensu.teneat contrariū,quia imo delictum filiæ nocebit patri: tamen ibi reprobatur per docto.& sic quòd illa glo.in.d.l.cōsensu.est vera. ☞Sed quid dicēdū ad.§.fi.illius.l.cōsensu. vbi dicit quòd nō valet pactum,quominus pœna illius.l. seruetur,dico quòd est verū,quando pactū est factum à muliere,quia vt ibi dicit glo. nec inuitetur mulier ad delinquendū: Si autem fuit pactum ab extraneo, vel à patre, tunc bene valet. vt est glo.in.d.l. Si dotē.loquendo autem in patre,etiam si non faciat pactum propter delictum filiæ,non admittit dotem. vt dicit glo.in d.l.Cōsensu.quæ cōmuniter approbatur,reprobata in hoc pūcto.glo.in.d.l.Si cùm dotem.non autem in aliis,secundùm Alex.in. l.2.§.quòd si in patris.ff. sol.matri.nu.2.quē vide;& vi. Gui. Pap.in singula.568.vbi tenet,quòd pactū factū per patrem,vt propter adulterium filiæ, dos nō cedat lucro mariti , sed ad eum reuertatur, valet, per glo.in.d.l.si dotē,quod dicit non esse verū, quando tale pactum est factum inter coniuges.

Summarium.

1 Fœmina succedit in regno,& in aliis dignitatibus. num. 3. 4. 6. 7. &. 8.
2 Fœmina nō succedit in feudo,fallit, vt hic.
4 Valet consuetudo,quòd filia succedat in regno.
5 Filia succedit in regno, masculo nō existente.
6 Masculinum concipit fœmininum.
8 Mulier succedens in regno , potest vti iurisdictione illius regni.vel comitatus.
9 Chronicis stādū ē,& faciūt fidē in factis antiqs.

Y reyna. b ☙ Ex titu. isto notatur , ꝙ fœmina succedit in regno,
1 & † in aliis dignitatibus,vt in Ducatu,& Marchionatu , & similibus iuribus. contrariū tenet Abb. in cap.significauit.de rescript.num 3.vbi tenet quòd de iure cōmuni in dignitatibus , & feudis non succedit nisi aliud sit dictū in cōcessione feudi.Sed in dignitate nō feudali videtur secus,quòd de iure cōmuni succedat fœmina.vt in.c.dilecti.de arbitris.& istā regulam affirmat pro cōstanti Ludoui.Roma.in consi.367.col.2. versi.quę ad quintū.vbi ait fore regulam,fœmi
2 nas in feudo nō succedere, † nisi feudū primū ad certum seruitiū datum fuerit, quominus dicetur,per fœminam explicari potest,quàm per masculum:quia tūc fœmina succedit masculis, & dicit fore casum notabil.in. c. si qui multi. de capitul. extra ordi. in vsi. feudo. quē quidem titulum pauci libri habent,secundùm eum. illud allegat Bald.in.l. quotiens. C. de legiti. hęredi. ☞Quoque fallit. 2. cùm feudum ita datur, cùm nullum,pro eo seruitium faciat,tūc enim fœmina succedit.vt notat Bal.in.d.l.Quotiēs.☞Fallit tertiò,vbi feudū est exiguū, tunc cùm ex eo nō causetur obligatio ad seruitiū, nec ad fedelitatē potest habere. vt Bal.in.c.1.§.& alia.quæ fuit prima caus.benefic.admit.in vsi.feudo. consequenter succedit fœmina. ☞Quartò fallit in feudis iure emptionis quæsitis, in illis .n.succedit fœmina magis considerata natura cōtractus, quàm natura feudi,vt tenet Bal.referēdo Odofr.in.c.1. versi. decēti.qui feud.dari possūt.in vsi.feudor. ☞Fallit.5.vbi fœmina redimeret feudum à domino feudi.vt in.c.1.quemadmo.feud.ad filiam pertineat. ☞Sextò fallit vbi est feudum fœmininum,vel vbi specialiter conuenit quod ad fœminas transeat. vt de feudo fœmi.ca.1.in vsi.feudo. ☞ Septimò fallit,nisi dominus de nouo fœminam inuestiret, consentientibus tamen illis, qui aliàs in feudo successuri sunt, vt de alienat. feud. ma. cap. 1. & de succesfi.feud.cap.1.§.hoc quoque.quæ omnia tenet Lud.Rom.in.d.consi. ☞Quæ fallētiæ non habent locum in successione regni , quia qui in eo succedit , multa onera habet,vt in.l.4.tit.1.Parti.2.& Iustinia.in Procemio.Institut.☞Et quòd mulier non succedat in regno,tenet Martin.in suo tracta.de prim.genis: vbi inducit text.pro se.in.d.c.dilecti.de arbi. nā fœminę prohibitę sunt hodie habere iurisdictionē,vt ibi,& in.e.Qui absenti.de procura.& qui habet regnum , iurisdictionem habet,nō obstante.cap. dilecti.quia ibi ex consuetudine habet. ☞Sed his non obstantibus , dico ꝙ text. noster est

est verus, & filia, & sic foemina debet de iure
3 succedere in regno: † vt tenet in expresso Abb.
in.d.c dilecti. de arbi. nu. 11. vbi ait, quòd si est
dignitas, putà regnum, comitatus, ducatus, vel
quid simile, tunc ex cõsuetudine de iure appro-
bata succedit so-
lus primogeni-
tus masculus, &
eo decedẽte sine
filiis, venit ad se
cundũgenitum.
vt in cap. licet.
de voto. & ibi
glo. & docto. masculis autem deficientibus, vel
non stantibus, succedit foemina: & hoc casu di-
cit intelligendũ Inno. in.d.c. significauit. de re-
scrip. vt tenet Bal. ibi. & est text. expres. in.l.2.ti
tu.15. par.2. ibi. Y porende establecieron, que si
hijo varon y no huuiesse, la hija mayor heredas-
se el reyno. ¶ Et omnes docto. in.d.c. significa-
4 uit tenent, quòd valet consuetudo † quòd filia
succedat in regnis: per glo. & Archi. in.c. deuo
tissima.11.q.1. & ita seruatur in nostro regno Hi
spaniæ, filio deficiente, & sic est tenendũ, quòd
in regnis, & comitatibus, ducatibus, & aliis di-
gnitatibus foeminę succedunt in sede, nisi in cõ
cessione aliud sit dictũ. tenet Iohã. de Plat. in.l.
nullus. C. de decurio. lib.10. in fine. ¶ Et quoq;
mulier succedit in ius patronatus, vt Abb. in.c.
1. de iur. patro. nu.3. & ibi per eius additiona. &
Abb. in.c. fi. de concessi. præbẽ. in fine. & glo.
in cap. quoniam inuestituras.16.q.7. cap. ex lite
ris. & quia mulier ita est capax huius iuris sicut
& masculus, quia apud Deum non est, nec ma-
sculus, nec foemina, nec liber, nec seru⁹, cùm nõ
habeat differentiam personarum in sanctis ope
ribus, prout tenet Paul. de Citadinis, in tracta:
iuris patro. in. 9. parte. nume. 3. ¶ Et de iure
gentium fundatur, quia vbi est aliqua consuetu
do succedendi in iure, illa est iuris gentium. vt
Bald. in dict. cap. significauit.2. col. Et sic tene,
quòd ista regina Elisabeth domina nostra iustè
potuit succedere in isto regno Hispaniæ, & in
aliis dignitatibus, prout tenet doctor de Villa
sandino in suo tract. de maio. & primogenitu. in
5.q. & est tex. de nostro iure in.l.1.ti.2. de la guar
da de los hijos del rey. lib.2. in ordin. regali. ibi.
Guarden el señorio, y los derechos del Rey al
hijo, o ala hija, que reynare en su lugar. Ibi in-
quantum dicit, ala hija. simil. textus in.l. 1. titu.
3. foro legum, lib. 1. ibi, O a su hija, que despues
del reynare. & ibi Montaluus in glos. in parte,
o a su hija. vbi idem tenet, quòd potest succede-

de Castilla, de Leõ, de Aragon, de Sicilia, de Granada, de Toledo, de Valẽcia, de Galizia, de Mallorcas de Seuilla de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega,

re in regno, etiam si sit pupilla, quia est digni-
tas naturalis ex radice, vel genere proueniens.
vt Bald. in.l. fina. C. de testa. mili. & facit text.
in.l.3. titu. 13. parti. 6. & Ludoui. Roma. in cõ-
silio. 98. loquendo in regno Castellæ, & dicit
allegando Bald.
in.l. in multis. ff.
de statu. homin.
quòd si consuetu
do primogenito
regnum deferat,
ad primogenitã
est extendenda,
5 masculo non existente: † cùm in talibus secun-
dùm eum masculinum concipiat foemininum
6 † in materia indifferenter, & in fauorabilibus:
vt in.l. si ita quis scriptum. ff. de legat.2. & in.l.
qui duos mulos. ff. de legat.3. & plenissimè
per Archidiaco. in capitu. si quis suadente. 17.
quæstio. 4. & Barto. in.l. 1. ff. de verbo. signifi.
¶ Et quòd filia succedat in regno, & in primo-
7 genitura, † tenet singu. Palacios Ruuios ad lon
gum, licet supradicta non alleget in repetitio.
rub. de dona. §. 69. num.25. & nume.26. cum se
quentibus, soli. 52. quem vi. & ista est commu-
nis opi. Et est text. singula. in.l. 2. titu.15. lib.2.
in ordina. rega. vbi quoque tenet, quòd potest
8 vti iurisdictione † illius regni, vel comitatus cũ
consilio sapientium. & in dict. cap. dilecti. de ar
bitris. per Abb. 1. colu. & tenet Lucas de Pe n-
na. in.l. si quis in archiatri. C. de professo. & me
dic. lib.10. in fine. vbi quoque vi. an sit regnum
cõmittẽdum mulieri. ¶ Et facit in adiutorium,
quòd legitur, & notatur in chronica illorum ca-
tholicorum regum Ferdinandi, & Elisabeth. in
2. part. in cap.2. vbi per aliquos magnates regni
dicebatur, quòd dicta domina Elisabeth, non po
terat in regno succedere, quia erat mulier, & mu
lier in regno Castellæ succedere non poterat,
ad quod, ex parte dictæ dominæ reginæ Elisa-
beth responsum fuit, quòd ad eam Castellæ re-
gnum pertinebat, secundùm leges Hispaniæ,
maximè Castellæ, per quas mulieres sunt capa-
ces in successione regnorum, cessante masculo,
per rectam lineã succedẽte, & quòd ita fuit sem
per vsitatũ in Castella, vt patet per chronicas an
tiquas, vbi inuenitur, ꝙ Hermisenda filia re-
gis Pelagij, deficiente hærede masculo, succes-
sit in regno Legionensi, & contraxit matrimo-
nium cum rege Alfonso, qui catholicus voca-
batur. Et Odesina soror regis Fruelæ Legio-
nensis nupsit Silo, & successit in regno, vt regi-
na in defectu hæredis masculi. ¶ Item domina

Sancha, per finem sui fratris succedit in dicto regno Legionensi,& matrimonium contraxit cũ Ferdinando magno. ¶ Et domina Eluira regina Nauarræ successit in regno Castellæ, quod tunc erat Comitatus,& statim filius suus dominus Ferdinãdus habuit regnum Castellæ,& fuit prim⁹ qui se vocauit regem Castellæ. ¶ Et domina Vrraca nupsit comiti Don Remon de Tolosa,& successit in regnis Castellæ,& Legioñ. per mortem regis Alfonsi eius patris, qui eripuit ciuitatem Toleti à manibus Sarracenorum,& postea nupsit domino Alfonso regi Aragonum,& fuit mater Imperatoris don Alfonsi. ¶ Et domina Berenguela, filia regis Alfonsi Castellæ per mortem regis Henrici fratris sui, qui in ciuitate Palentiæ obiit, habuit quoque regnum. ¶ Et domina Catharina filia ducis de Alencastre,quæ fuit in toto regno iurata in concordia pro hærede,& primogenita Castellæ,cum suo sponso domino Henrico filio regis Iohannis proaui istius re-

de Murcia, de Iaen, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, de las yslas [e] de

9 ginæ. ¶ Quibus chronicis standum est, † & possunt allegari in iudicio,& faciunt fidem in factis antiquis. glos.& ibi Abb. in cap. inter dilectos. de fide instrumento. in verbo, magis. alia in cap. venerabilem. de electio. alia in capitu. nisi cùm pridem. de renuntiat. alia in capitu. consuluit. de Iudæ. per doctores in capit. cùm causam. de probatio. per Domi. & Præposit. in capit. In nomine domini. 23. distinctione. per Bartol. & doct. in.l.1. ff. si certum petatur. ¶ Et quod ex priuilegio seu consuetudine filia succedat in regno, tenet Martin. Laudẽ. in tracta. de primogenitura. q. 11. tomo. 7. tracta. fol. 37.

Summarium.

1 AN Indiæ, quę expugnatę sunt per Cortes, debeant regi,& gubernari legibus istius regni Hispaniæ, num. 13.

2 Ciuitas, vel ecclesia, quę destruitur authoritate superioris, propter delictũ, amplius non vocatur ciuitas, nec ecclesia, quia perdidit priuilegia; secus si ab hostibus destruatur.

3 Priuilegium exemptionis concessum monasterio,& eius capitulo, trahitur ad futuras capellas, vnitas monasterio,

4 Priuilegium cõcessum de decimis nõ soluẽdis de prędiis, trahitur ad futura prædia.

5 Si ciuitas capit villam, vel castrum, in quo erat consuetudo quædam, debet in illo obseruari consuetudo ciuitatis, & non ipsius Castri, vel villæ.

6 Pacta habita in dote, intelliguntur repetita in augmento dotis.

7 An bannitus de ciuitate,& eius districtu, possit habitare in villa, vel loco, postea tali ciuitati vnito, vel adiecto.

8 Ciuitas, quę concessit suo castro cum suis villis immunitatẽ,& postea in dicto territorio fuit ædificata quędam villa, an gaudeat illa villa sic ędificata, dicta immunitate.

9 Priuilegiũ, vel statutũ, quod quis non teneatur soluere collectas de rebus suis, an extẽdatur ad bona postea quęsita.

10 Ecclesię inferiores debẽt regi,& gubernari secũdũ ius,& cõsuetudinẽ ecclesię metropolitanę.

11 Pace facta cum rege Hispaniæ, vel Galliæ,& terris suis, videntur comprehendi terrę adhęrentes,& terrę, quę adiiciuntur.

12 Ciuitas, quę augetur,& iungitur nouis muris, totum augmentum dicitur ciuitas.

13 Quando vnũ regimẽ accrescit alteri, an debeat regi secundùm regulas regni, cui accrescit.

14 Immunis à collectis,& datiis, intelligitur habere immunitatẽ, etiã à datiis postea inditis.

Yslas. [e] Et quoq; Indiarũ. ¶ Et an istę Indiæ, quæ nũc nostris tẽporibus expugnatę sunt per Cortes, qui nunc dicitur Marchio del Valle. & per alios debeãt regi legibus, vel constitutionibus istorum regnorum Hispa-

1 niæ. † Bar. in.l. si conuenerit. la. 2. §. si nuda. ff. de pigno. actio. dicit, quod si regnum augetur. illa prouincia adaucta, debet regi cõstitutionib⁹ regni, quãdo talis prouincia adiicitur regno, vel castro seu villa adiicitur comitatui accessoriè, ita quod fit vnũ regnũ cũ primo, vel vnus comitatus, tũc regulatur secũdũ regulas regni ad quod accedit: et eisdẽ legibus,& eisdẽ priuilegiis est gubernãda, quibus regnũ: quia regnum est quid vniuersale. Secus dicit, quando prouincia non adiicitur regno accessoriè, nec castrum comitatui, exemplum ponit in regno Franciæ. Quam distinctionem Bar. sequitur ibi Paul. de Cast.& dicit procedere, etiã si illa terra, vel regnũ habeat statuta de per se, quę sint cõtraria statutis regni, cui adiicitur.& vi. Io. de Pla. in.l. neminẽ. C. de decuri. lib. 10. in fi. vbi tenet quod si ciuitas nouiter est supposita alicui dño, debet regulari suis legib⁹, consuetudinibus,& statutis,& nõ legib⁹ & statutis propriæ

propriæ ciuitatis ipsi⁹ domini. de quo vide Ias. in. §. in personam. institu. de actio. nu. 10. cum sequētibus. vi. quæ dicā in. c. 6. infrà in glos. y su tierra. nu. 5. ☞ Ad quod facit in simili, quod notat Inno. in. c. cùm ex iniuncto. de noui oper. nūtia. vbi quādo ecclesia, vel ciuitas siue alia loca, siue sacra, siue profana, authoritate superioris destruitur propter delictum eorū: de cætero nullus debet vocari clericus illius ecclesiæ,
2 † vel municeps illius loci, & ille locus priuilegiū perdit. ☞ Si autē ab hostibus destruatur, tūc retinet omnia priuilegia sua: & idē videtur, si authoritate superioris trāsferatur in aliū locū, vel alij vniatur, seu aduectitur. ☞ Et Bar. in. l. dāni. §. si is qui ædes. ff. de dāno infect. tenet ꝙ priuile-
3 giū exēptionis cōcessum monasterio, † & eius capitulo, trahitur ad futuras capellas vnitas monasterio. vt per Cy. in. l. placet. C. de sacrosan. eccle. & in. l. priuilegia. C. eod. tit. & ibi per Alex. in addi. ad Bar. & tenet Albe. de Ros. in. 1. parte statu. q. 116. ☞ Et ibi Bar. vbi suprà, tenet idē esse in priuilegio cōcesso de decimis nō soluēdis de
4 prędiis, quia trahitur ad futura prędia. † per tex. singu. in. c. ꝙ circa. de priuilegiis. quia vna res nō debet diuersa iure cēseri. Et idē tenet Iohā. An. in addi. ad Specul. in tit. de cēsibus. §. nūc dicendū. in additio. magna. & facit text. in. l. qui filiabus. ff. de test. tutel. ☞ Et Ange. in. l. de quib⁹. ff. de legi. pe. col. dicit, ꝙ si ciuitas capit castrū, seu villā, in quo castro, vel villa erat cōsuetudo quę-
5 dā, tenet ꝙ debet seruari consuetudo † ciuitatis, & non villæ, seu castri, & etiā lex: quia talis lex porrigitur, vel propagatur ad loca, siue ad territoria sibi postea quæsita. ☞ Sed in hoc debet fieri distinctio, an ita sint cōiuncti, vt sub vna cōditione, vel legibus sint, an nō, quia res transit cum sua causa. vt in. d. l. si cōuenerit. ff. de pigno. actione. in. §. 2. pro quo facit. l. in nomine dñi. C. de officio pręf. Affricæ. ☞ Et ita potest dici, ꝙ pacta habita de dote, intelliguntur repetita in au-
6 gmēto dotis. † tex. in. l. etiā. C. de iur. doti. ☞ Ad idem facit, si statuto ciuitatis caueatur, ꝙ banniti de maleficio in ciuitate Tolletana, vel ei⁹ districtu habitare non possint: quidam bāniti habitāt postmodū in villa de Talauera, vel Helbora, vt antiquit⁹ vocabatur, (vbi habeo domū habitationis) quę nō erat tēpore statuti de districtu Tolletano, sed postea est coadunata, ꝙ tales bāniti nō

Canaria. Conde y condessa de Barcelona, Señores de Vizçaya y de Molina, Duques de Athenas, y de Neopatria; Condes de Ruysellon, y de

possunt habitare in Helbora, vt antea faciebāt.
7 † secū. Ricar. in. d. l. etiā. C. de iur. dot. & ibi Cy. & dicit facere ad hoc. l. si pupill⁹. §. territoriū. ff. de verb. sign. & l. quotiēs. §. fi. ff. de administra. tut. & l. si ergo. §. fina. ff. de publicis iudi. & l. insulę Italiæ. ff. de iudi. ☞ In cōtrarium videtur facere illud, quod tenet Alberi. de Rosa. in. q. 116. in 1. parte statu. vbi ait, ꝙ si ciuitas Mutinensis concessit immunitatē cuidam suo castro Bazani, cum suis villis: & quędā villa fuit postea ædificata in territorio castri Bazani, an
8 debeat gaudere dicta immunitate †? Dicit, quòd Albertus papiēsis tenet quòd non. per. l. vxori. §. vxori. ff. de lega. 3. quia tempore immunitatis concessæ, non videtur de ista villa cogitatum. Et pro hoc facit. l. si seruitus. ff. de seruitu. vrba. prædi. primo respō. & l. rutilia. ff. de cōtrahē. empt. & in. l. in lege. eod. titu. & in. l. si ita. ff. de auro & argen. lega. & l. vlti. §. gayo. ff. de liber. lega. & in cap. tua nos. de decimis. Quæ opinio Alberti, cōmuniter seruatur secundùm Alberi. vbi suprà, licet dicat, quòd facit in cōtrariū. l. fi. C. quæ res pigno. oblig. pos. ☞ Vbi quoq; Alberi. in. d. q. dicit, quòd facit ad decisionē quęstionis, si sit concessum priuilegium monasterio, cū gratiis & capellis, an porrigatur ad capellas postea quęsitas. De quo in. d. l. vlti. C. quæ res pign. obli. pos. & per glo. in. c. cùm capella. de priuilegiis. ☞ Et ad. q. si ex statuto, vel priuilegio quis non tenetur soluere collectas de rebus suis, an exten
9 datur ad pòstea quæsita: † & quòd extēdatur facit. l. incola. ff. ad municipal. & quòd ibi nota. & in. l. certa. §. hoc senatus. ff. de legat. primo. & l. prædis. §. fina. ff. de legat. tertio. & Archidi. in cap. de reditibus. 12. quæstio. 2. & plenius. in c. frater noster. 16. quęst. 1. tamen dicit, quòd prima opin. Alberti Papiensis quòd non extendatur, seruatur, nisi forte essent bona pendentia ex radice priorum, vt quia fortè erāt indiuisa: quæ postea sunt diuisa. ☞ Sed dictū Alberi. non obstat, quia habet locū in villa, vel castro de nouo ædificato, & non in vnito, & coadunato, & sic vera sit distinctio Bart. in. d. §. nuda. & Cyn. in dict. l. etiam. ☞ Et facit in simili quod habetur in c. cùm olim. de censi. in fine. & in cap. de his suprà allega. in quibus dicitur, quòd ecclesiæ inferiores debent regi & gubernari secundùm con-
10 suetudinē, & ius ecclesię Metropolitanę: † ergo

eodem modo prouincia, quę adiicitur regno. Fa
cit tex. in. c. translato. de constitu. vbi trãslato sa
cerdotio, necesse est vt translatio legis fiat: & sic
translata prouincia in regno, debet regi secun-
dùm iura regni: quia omnis dispositio, & dispu
tatio recipit à iu
re illã restrictio-
nem. s. rebus sic
extantibus, & re
manẽtib9: secus
si trãsit in aliã di
spositionẽ et legẽ
vt tenet Alex. in

Cerdeña, y Marqueses de Oristan, y de Gociano. &c. A todos los Corregidores, y Asistentes, Alcaldes, y Alguaziles, y otras justicias qua-

additio. ad Bart. in dicta. l. si cõuenerit. §. si nu-
da. quasi in fine additionis. ¶ Vbi quoq; tenet
11 quòd pax facta † cum rege Hispaniæ, vel Fran-
ciæ, & terris suis, videtur comprehendere ter-
ras adhęrẽtes: ergo multò fortius terras, quæ ad
iiciuntur regno. quod voluit Innoc. & Iohan.
And. in cap. Apostolicæ. de re iudi. in. 6. & te-
net Bal. in. d. l. etiam. ¶ Facit in simili quod te-
net Abb. in consilio. 63. in. 2. lib. nume. 15. vbi
12 ait, quòd si ciuitas augetur, † & cingitur nouis
muris, seu fossatis, seu plantatis, totum augmen-
tum comprehenditur appellatione ciuitatis. Ita
ampliando princeps ædificia castri, faciẽdo no
uas turres, totum debet comprehendi sub perti
nentiis castri. ¶ Et in expresso nostram conclu
sionem tenet Ange. Peruf. in. l. si fundus. ff. de
pignor. vbi ait, quòd quando vnum regimen
accrescit alteri, debet regi secundùm regulas re-
13 gni, cui accrescit: † & an transeat cum sua causa,
remittit se ad dicta per Bar. in dicta. l. si conuene
rit. ¶ Ludoui. Roma. in consilio. 218. incipien-
te, Præsens casus. hoc altercat, dicendo, an ciui-
tas Pisarum, subiecta Florentiæ, debeat regi, &
gubernari eiusdem constitutionibus? Et primò
dicit statuta Pisana annullari per subiectionẽ.
l. vranus. ff. de fideiusso. & l. pluribus. §. & si
placeat. ff. de verbo. obligatio. & per alia funda-
menta. ¶ In aduersam partem dicit quod facit:
quia Florentinum dominium eo animo Pisano
rum subiectionẽ accepit, vt suo Comitatui il-
lam eandem vniret, vnusque comitatus esset, &
ipsa acceptio, aut noua acquisitio, in dubio de-
bet intelligi sine præiudicio iurium aliorum. vt
in. l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco publi. & in
. §. si quis à principe. & in cap. ex tuarum. de au
thori. & vsu pal. vbi sunt concordantiæ: & ista
translatio in dubio fore facta, cum suis iuribus.
l. via. §. si fundus. ff. de seruitu. rustico. prædi.
¶ Attamen dict. Ludo. Roma. dicit, quòd fina-
lis cõclusio Bart. est in tracta. Tyberiad. in rub.
de insula. in quæst. quæ incipit, Sed quæro illę
gentes. quòd si non constat de mente occupãtis
nouiter iurisdictionem, ac dominium, debet ci-
uitas occupata propriis regi constitutionibus,
quatenus illæ honestæ sunt, & nõ aliter. Et ista
est verissima de-
cisio, secũdũ Ro
ma. ibi, quã sequi
tur Phi. Deci. in
cõsi. 538. nu. 13. Et
istã opi. tenet Al
beri. de Rosa. in
tracta. statu. in. 1.
parte. q. 28. vbi etiam altercat, & finaliter dicit,
quòd si rex expresse, illas terras, vel loca coniũ
xisset regno eo animo, quòd esset idem regnũ,
quod expresse apparet, quando rex vult, quòd
seruentur statuta regni, tunc debet regi, aliàs ac
quisitio regis debet intelligi sine eorum præiu-
dicio. vt in. d. §. si quis à principe. & §. meritò.
¶ Isti augmentati regentur suo pristino iure. ar
gu. in. d. l. Prædus. §. titio. ff. de lega. 3. Et hanc
dicit tenere Guid. in. d. l. si conuenerit. in. §. si
nuda. & idem tenet Iohan. de Plat. per. d. §. si nu
da. in. l. vnica. C. de metropoli berito. lib. 11. nu. 4
dicendo, quòd regnum augmentatum, vt quia
additur noua prouincia, vel castrum, vel ciui-
tas, acquiritur vni, quòd ista terra supposita, &
acquisita debet regi legibus, & statutis propriis,
nisi vniatur, & addatur accessoria, ita quòd fiat
vnum regnum, & vnus cõmitatus: & tunc di-
cerem quòd si leges, & statuta sunt compatibi-
lia, & quodlibet seruatur in suo regno, seu villa,
aut non sunt compatibilia, & tunc seruatur statu
tum villę dominantis, prout, tenet Bald. in dict.
capitu. translato. de constitu. numero quarto, &
quinto. ¶ Angelus quoque in dicta. l. si fun-
dus. ff. de pignorib. altercat, an ille, qui habet
14 immunitatem à datiis, & collectis † cõmunis,
intelligatur habere etiam à nobis datiis indi-
tis postea? Et secundùm Dyn. dicit quòd sic:
quia sicut excusatur à consuetis datiis, etiam à
super inditis, quæ sequuntur naturã datiorum
cõsuetorum: quod dicit, videtur intelligi, quan
do collecta est imposita simpliciter: secus si per
nomina respectiua, & per modum augmenti.
Attamen Angel. ibi dicit, quòd licet dñs suus
istam distinctionem teneat, certè principium
dict. l. si fundum. licet non allegetur, valde pro
bat opinionem Dyni: nam quodcunque crescit
fundo pignorato per modum augmenti, purè
est pignoratum.

Summarium

Summarium.

1 IVdex dicitur quasi ius dicens.
2 An appellatione iurisdictionis, veniat iurisdictio ordinaria, & delegata.
3 An capitula ista correctorũ, magistratus municipales, & iudices pedanei, debeãt ea obseruare, & ad eos extendantur.
4 Magistratus municipales sunt infimi: & idẽ pedanei iudices.
5 Iudices ordinarij sunt, qui habent merum imperium.
6 Iudices qui habent summam taxatam, non possunt multare delinquentes, vltra eam, nec vltra eã iubere, nec prohibere: aliàs puniũtur.
7 Iudex ordinarius, vel delegatus, qualis debet esse.

Qualesquier. d Scilicet ius dicenti b⁹, quia iudex, qua
1 si ius dicẽs dicitur. † vt Bar. in. l. pe. ff. de iusti. & iur. & in cap. forus. §. omni. de verb. signi. & Specu. in titu. de positi. §. 7. versic. quia iura nu me. 30. tenet quòd iudex est quasi ius dicens, & ad eum pertinet, facto probato, discernere inter æquum, & iniquum, iustum, & iniustum. & iudex & ius dicens sunt synonima. vt in. c. 1. 23. q. 2. ¶ Et comprehenditur, nõ solùm iudex ordinari⁹, sed etiã delegatus: quia appellatione iurisdictionis, nec dum venit iurisdictio ordina-
2 ria, sed etiam delegata † glo. est in rubri. ff. de iu re. omn. iudi. in fine. & Alex. ibi. licet à doctori bus nõ ponderetur, quæ glo. est cõtra ea, quæ dicit Anto. de Butri. in. c. Sua. de offi. vicar. vbi tenet cõtrariũ, dicendo, ꝙ appellatione iurisdictionis intelligitur in dubio de ordinaria, nõ de delegata. Et facit quod tenet glo. in. l. imperium. ff. de iurisd. omn. iudi. & Ias. ibi in. d. rub. tenet opi. Anto. de Butri. & fortificat tali ratione, quia verba debent intelligi in dubio in actu potentiori. l. 1. §. qui in perpetuũ. ff. si ager. vectiga. vel emphy. sed sic est, quòd licet delegatus censeatur dignior ordinario in illa causa, tamẽ iurisdictio ordinaria est firmior, & potentior, quã sit iurisdictio delegata. vt Bald. in. l. Si vt proponis. la prima col. 3. C. quomodo & quando iud. & in. c. in literis. de offi. delega. & latè per Alex. in rub. ff. de offi. eius. ¶ Et dicit Ias. non obstare glo. in. d. rubri. quia sibi nil facit loquitur enim glo. capiendo iurisdictionem in genere, prout capitur in titu. de iuris. omni. iudi. quia tunc comprehendit nedum propriam iurisdictionem: & sic ordinariã, sed etiam habentes delegatã. ¶ Sed in casu istius text. ego tenerem contra Ias. per istum tex. ibi. Y otras iusticias qualesquier. & sic quòd non solùm leges istius voluminis extendantur ad correctores, & eorum locum tenentes: & sic ad ordinarios, verùm etiam ad iudices delegatos, qui in nostra Hispania vocantur Perquisitores, et per ea quę tradit Alexand. in dicta rubrica, quia ratio subiectæ materiæ iudicat, quòd debet intelligi de iurisdictione ordinaria, & delegata. arg. in. l. Si vno. in principio. ff. locati. & capitu. constitutus. de religios. domi. & sic potest intelligere dictã glos. & quia legislator: & sic reges nostri volunt hic perfectè tractare, & cõmuniter de omnibus, quæ debent obseruare, tam ordinarij, quàm delegati: & facere in gubernatione ciuitatũ, villarum, & locorũ. vbi tenet Alex. nu. 1. & in sequentibus, vide quæ sint iurisdictionis species, de quibus quoq; per glo. in. l. Si in aliquã. in ver si. plenissimã. ff. de offi. proconsul. & in authẽ. de defenso. ciui. §. nulla. & latè in. l. Imperiũ. ff. eod. de iur. omn. iudi. & ibi per moder. & antiquos, & ibi ponit Alex. in. d. rubr. ordines magistratuum, iurisdictionem habentiũ. ¶ An ista capitula, quæ debẽt seruare isti Correctores, & Prætores, debeant seruare magistratus munici-

> lesquier, d de todas las ciudades villas y

3 pales, vel iudices pedanei † cùm non habeant merum & mixtum imperium. Alexã. in. l. dies cautioni. §. si fortè. ff. de dãno infecto. videtur tenere ꝙ non: cum ea, quæ sunt mixti imperij iure magistratus, non competunt, nisi in tribus casibus. vt ibi per glos. & doct. & vt dicit Specul. in titu. de iurisdi. omni. iudi. in princi. versi. infimi. nume. 6. ¶ Magistratus municipales sunt
4 infimi, † sicut defensores ciuitatum, et locorum, qui non possunt cognoscere vltra summam taxatam. et idẽ dicit de pedaneis iudicibus, quia nõ possunt cognoscere nisi de paruis, vt in duobus aureis: et ibi versi. prædicti. nume. 7. tenet dictus Speculato. conclusiuè, quòd iudices ordi-
5 narij sunt, qui habẽt merum imperium, † exceptis defensoribus ciuitatũ, & magistratibus municipalib⁹: & sic videtur clarè, quòd capita ista ad istos iudices inferiores non extendantur, & quia isti iudices pedanei non possunt cognoscere de causis supià dictis, nec de contẽtis in istis capitibus, vt per Speculat. in titu. de iudice delega. §. 8. versi. Item quòd istis iudex pedaneus, nu. 24. ¶ Item adde quòd isti iudices, qui habẽt summã taxatam, nõ possunt multare delinquen-
6 tes, vltra eam, † nec vltra eam superimponere.

vt tenet Cyn. & Bald. & dicit memoratione dignũ.in.l.2.C.de sportul. & And.Siculus Barb. in.c.pastoralis. de officio delega.col.10. Quod facit ad istos iudices rurales,qui nõ possunt cognoscere vltra.60. dipondios , vel.600. quia vltra istam summã non possunt iubere, nec prohibere,nec multam

lugares de los nuestros reynos y seño

imponere:quia quãtũ quis habet de iurisdictione,tãtum habet de authoritate cõdendi legẽ, vel statuẽdi,nec vlterius extẽditur, nisi ij, quorum interest,cõsentiant,vt tenet Inno.in.c.1. de locato.& tenet Summa Syluestri. in parte, lex.4.q. ¶ Imò si extẽdũt suam iurisdictionem vltra suã summam & potestatẽ, puniuntur.tenet Iohã.de Plat.in.l.militaribus viris.C.de decurio.lib.10. nu.2. de quo vi. Ias. in repeti. l. omnes populi. ff.de iusti.& iur.nu.35. cui potest addi supradicta, in quãtum tenet, quòd quilibet populus potest condere statuta, cùm non sit iurisdictionis, sed permissionis,maximè super administratione rerum suarum,tamẽ huic statuto nõ possunt pœnam adiicere:quod intellige vt dictum est vltra summam, de qua possunt cognoscere. Secundò intellige,nisi hoc haberet populus ex cõsuetudine:& sic ex præscriptione talẽ pœnam imponẽdi statutis.vt Plat. in.l.1.C.de fiscali.vsur. lib.10.& Alex. sequitur in.l.1.ff.si quis ius dicẽti non obtempe.4.col.Quoq; intellige,nisi haberent potestatem statuẽdi concessam ab habente iurisdictionẽ:vel nisi tales statuẽtes obligarẽt se ad inuicẽ consentiẽdo sub pœna.vt glo.in.c. cũ aliquibus.de rescrip.in.6.in verbo,firmitate. ꝓut tenet Ias.vbi suprà:aliàs aũt qui faciũt statuta cũ non habeant potestatẽ,si dolo faciũt causa occupãdi iurisdictionẽ superioris incidũt in l.Iuliã maiest.aliàs pœna arbitraria puniũtur,vt dictũ est secundùm.d.Ias.ibi. ¶ Adde quoq; ꝙ
7 talis iudex ordinari9,† vel delegatus,debet esse fidelis,& bonæ opinionis,sine cupidine: & debet habere peritiã scientię,vel intellectus,ad iudicandũ,& mãsuetus, & boni sermonis erga venientes coram eo,timensq; Deum,& eum,qui in officio sublimauit:vt in.l.1.tit.15.lib.2.ordi.rega. & nõ debet esse fatuus, nec mutus, nec surdus, nec cęcus, nec habẽs aliquã continuã infirmitatẽ, ob quã iudicare impediatur,& dubitatur, an curabitur:nec infamis , nec religiosus , seu mulier,nisi sit Regina vel Comitissa,vel hęres existat alicuius regni,dominij, vel patrię. vt dictũ est suprà in glo.in parte, Reyna. & text. in. l.2. eod.tit.15.iam allega. in.d.ordi.regã. ¶ Et nõ debet esse minor, Imò debet habere ætatem.20.annorũ:quia iste talis, lex præsumit ꝙ habet ætatem,& sensum plenũ iudicãdi homines corã eo veniẽtes.Tenet tex.in.l.4.eo.ti.15 in ordi.rega. & idẽ tenet.l.5.tit.4.parti.3.in princi.Et istamet ætas requiritur in

rios, y a cada vno y qualquier de vos,

iudice delegato, vt ibi latè. & de intelle.d.l.par.et ordi. &.c.cũ vigesimũ.de offi.delega.vide Bar. in.l.quidã consulebat.ff.de re iudi.& ibi Alex. nu.3.vbi quoq; vide,an istamet ætas requiratur in arbitro.& glo.in.d.c.cũ vigesimum. ¶ Intantum maior.20.annorũ potest esse iudex,etiãsi sit filiusfamiliãs.text.in.l.cùm prætor.§.non autẽ. in fine.ff.de iudic. Sed iam ista iura cõmunia & regni corriguntur in ætate per quandã pragmaticam factam per istos nostros reges Barchinonæ, anno.1493. quæ est in volu. pragma. fo.63.l.58. vbi tenet, quòd ad hoc vt quis possit esse iudex ordinarius, vel delegatus, & relator,debet habere ad minus ætatem.26.annorũ: tamen minor potest iudex dari à principe:& videtur eũ tali minore dispẽsare.vt in.d.l.quidam cõsulebat.ff.de re iudi.& tenet Plat.in.l.1. in fi. C.de honor. & mune.lib.10. ¶ Et quia supradixi,ꝙ iudex debet esse legalis et fidelis,vide tex. in.l.3.tit.4.par.3.vbi idẽ tenet ꝙ.d.l.ordina.vbi in iudice requiritur intellect9, vt decernat verũ à falso:ratio,vt eligat bonũ.& reiiciat malũ. memoria,vt recẽseat acta causæ,& volũtas, quæ debet esse cũ libertate arbitrij, vt notat Bal.in.l.voluntas. C. de fideicõmiss. ¶ Et peritia scientiæ sufficit ꝙ sit mediocris,sicut in prælato. vt glo. in.§.1.20.distin.Et tex.in.d.l. 3.part.3.tenet ꝙ si non habet scientiã,sufficit ꝙ habeat vsum iudicandi per longum tempus. ¶ Sed hodie est pragmatica.58. in lib.pragmatica.fo.63. quæ disponit,ꝙ tẽpus debet studere ad hoc,vt possit quis esse iudex. quã vide.& tex.in.c.4. infrà,in glo. la prematica. & quę ibi dicã, quã intelligerẽ de iudicibus salariũ habẽtibus,& nõ de illis,qui in ꝓpria patria possũt esse iudices. ¶ Et quoq; dicit text.ꝙ debet esse mãsuetus,quia ꝑ nimiã iudicis sæuitiã priuatur iudex iurisdictiõe.vt in.l.2.ff.de his qui sunt sui vel ali.iur.Sed nõ debet esse multũ patiẽs:quia patiẽtia irrationabilis vitia seminat,et negligẽtiã nutrit,vt nõ solũ malos,sed etiã bonos inuitat ad malũ.vt Arch.in.c.sed causa.11. q.3. ¶ Et debet eẽ diligẽs:nã officialis ꝑ curiã seu negligẽtiã officij,punitur vt in.l.2. C.de cõd.in pu.hor.li.10. Et punit quoq; in amissiõe salarij. tex.in.l.iudices.C.de annonis. & tribu.lib.10.

Summarium.

Summarium.

1 SAlutatio fit minoribus per maiores.
2 Papa vel Rex,& eorum iudices debent salutari, magis reuerentur per suos subditos.
Nullus debet flectere genua nisi corā principe, vel maiestate Regia:& Papa osculatū in pede.
Quilibet nō admittitur ad salutādum principē.
3 Salutatio non solùm debetur Regi, verùm etiam literis,& prouisionibus suis.
4 Quando salutatur Rex à clarissimis personis, aliquantulum eis Rex assurgit.

Salud. e Nota text. quòd salutatio fit minorib9 per maiores: † & idē est
1 in Papa sicut in Rege, vel Imperatore. vt tenet Spec. in titu. de rescrip. præsentatio. in prin. vbi ait quòd Papa salutat,& mittit suam benedictionem. de qua & quomodo fit. vi. latè per. d. Spe. in. d. §. 4. ver. & nota quòd in salutatione literarum Papæ, nume. 1. ¶ Attamen magis reuerenter debet Papa vel Rex salutari per suos subdi-
2 dos,& eorum iudices, † vt tenet Specula. in tit. de aduoca. §. 5. qui incipit, dicendum. & in. l. fina. in fine. C. de officio diuersu. iudi. quia si iudex est Rex, episcopus vel comes, deposito birreto, vel caputio, vel genibus flexis, vel vultu ad terram demisso, vel cum alio signo humilitatis, debet salutari: & coram eo cōparere, vt in. c. Adrianus. 63. distin. & in cap. in capite. 50. distin. secundùm Specu. vbi suprà. ¶ Et Iohā. de Plat. in. l. decuriones. C. de Silentia. lib. 12. dicit quòd princeps adoratur: alij verò salutātur, vt barones: & quòd nullus debet se genuflecti coram alio, quàm coram principe, vel maiestate Regia, vel coram Papa: & Papa osculatur in pede. vt glo. in. l. 1. C. de domesti. lib. 12. & Plate. vbi suprà quoq; ait ꝙ nō admittitur quilibet ad salutandū principē: & facit quod tenet Bart. & Plat. in. l. Primicerium. C. de fabricē. lib. 11. vbi tenet quòd sicut Deus adoratur in cælis: ita princeps adoratur in terris, nec obstat ꝙ solus Deus adoratur, iuxta illud, Dominum tuū adorabis. quia adorare hic impropriè ponitur pro omni exhibitione reuerentiæ. vt glo. ibi. & in. l. pe. C. de consuli. lib. eod. quia princeps adoratur tūc. cùm salutatur. nā adorantur principes,& salutātur alij. C. de silētia. lib. 11. & ibi Plat. & quia imperator quoq; dicitur æternus respectu dignitatis & officij quod semper durare debet. licet impropriè ponatur, quia solus Deus est ętern9, vt Pla. in. d. l. Primicerium. aliam salutationem ponit tex. glo. & Plat. in. l. 1. C. de veteranis. lib. 12. videlicet Deus saluet te nobis, quia salus tua, salus nostra est: est enim salus principis, salus omnium subditorum. vt in authen. vt iudices sine quoquo suffra. in princ. col. 2. non tamē licet cuiuslibet salutare principē, vt glo. in. d. l. 1. nec est irreuerens loquella dicentis pricipi tu,& nō vos: vt ibi multo magis inferiori, nisi consuctudo regiōis aliter se habeat. vt ibi Plate. ¶ Et nō solū regi debetur ista salutatio: verùm
3 etiam literis & prouisionibus suis, † quia tales literæ debent reuerenter suscipi birreto deposito,& capite inclinato, eas osculādo. vt. d. Specu.
4 in. d. ti. de rescri. pręs in prin. ¶ Adde quoq; † ꝙ quādo salutatur rex, vel imperator à clarissimis personis, aliquātulū eis assurgit. vt Ange. in. l. cū salutatus. C. de sent. passis. & ibi refert, ꝙ Carolus quartus propter cardinalē de Coluna quotidie assurgebat,& cū eo nimis curialiter se gerebat,& tenet Barb. in tracta. de præstā. cardi. in. 1. q. basilica. col. 22. ¶ Et princeps debet benignè respondere. vt in. l. Respōsum. C. de transactio. & in. l. pręcib9. C. de impub. & aliis substit. & tenet Pla. in. d. l. 1. C. de vetera. lib. 12. nu. 3. turpiter tamē proponēti, turpiter respōdet. vt in. l. Mercalē. C. de cōdi. ob tur. caus. sicut iurisconsultus fatuè interrogāti, an tabellio computetur in numero testium acriter redarguit de facto à dubitatione. l. Domitianus labeo. ff. de testamentis.

salud e y gracia, sepades que nos entendiendo que cumple a nuestro seruicio, y ha descargo de nuestras consciencias f y

Summarium.

1 PRinceps tenetur reddere rationē pro subditorum iniustitia.
2 Rex contra iustitiam nullis parcat.
3 Rex debet cognoscere, amare, & timere Deum, per credulitatem, secūdùm fidē catholicam.

Consciencias. f Quia princeps rationē pro subdi-
1 torū in iustitia reddere tenetur Deo † vt in authē. vt iudi. siue quoquo suffra. §. scriptū est exēplar. versi. vos autē neglıgētes. colla. 2. & Paris de Put. in tract. syndi. in prin. à quo iudicabitur sicut iudicauit, vt est gl. in. c. cū ęterni tribunal. de sent. & re iudi. in. 6 in verbo, Deum. & facit tex. in. c. cū ex eo. de pœni. & remis. & tex. sing. in. c. qualiter & quādo. el primero, de accus. ibi apud iudicē districtū, in qua mēsura mensi fueritis

ritis remetietur vobis:quia ab eius ore rectissima debet exire sententia,qui cōtra iustitiā nul-
2 lis parcat† sed reddat vnicuiq; quod suū est,vt sedēdo in throno ex ore ei⁹ procedat gladi⁹ bis acut⁹.vt in.c.ex ore.de priuilegiis,nil enim est, ꝙ lumine clariore prẹfulgeat, quàm recta fides in principe.vt in cap. conuenior.

al buen regimiēto[g] y gouernaciō delas

23.q.18. & in.c.si imperator.96.distin. quia per Deum,Reges regnant:& potestates scribunt iustitiam. Prouerb.8. ¶ Et rex debet amare,cogno-
3 scere † & timere Deū per credulitatē, secūdum fidem catholicā,aliàs nec sciret semetipsum,nec regnum ad iustitiam faciendā cognoscere.tex. est in.l.1.tit.2. parti. 2. &.l. 7. titul.1. parti. 1.

Summarium.

1 VNde dicatur Rex.
2 Regis officium,quod est.
3 Rex est lex animata in regno suo.
4 Rex habet potestatem à maiestate cælesti.
5 Princeps est maritus reipublicæ.
6 Matrimonium spirituale contrahitur inter ecclesiam,& prælatum.
Ita contrahitur temporale matrimonium inter principem, & rempublicam.
7 Princeps est caput reipublicæ.
8 Princeps est quasi pater: & sicut subditi obligantur benè obedire, ita obligatur ipse bene imperare.
9 Princeps est vicarius Dei in regno.
10 Rex in suo regno dicitur Imperator.
11 Rex qui non bene regit, nomen amittit.
12 Regi datur curator,si nō scit suum regnum defendere, vel in eo iustitiam facere, & perdita recuperare.
Idem est in aliis Ducibus Comitibus,& iurisdictionem habentibus.

Regimiento.

g Et ideo dicitur rex quia populū & regnum regere debet:& dicitur à rete,& à regen-
1 do, † quia ipse regit,& gubernat regnū: & dicitur quasi regula: quia sicut per regulam indirecta,ita per regem iniusta cognoscuntur & emendantur.est text. singul. in. l. 6. titu. 1. parti. 2.& Montal.in.l.5.eod.titu.text.io cap.regū.23.q. 5.
2 vbi dicit ꝙ officiū regū † est proprium facere iudicium,atq; iustitiā,& liberare de manu calūniantium vi oppressos,& peregrinos,pupillos que,& viduas,quæ facilius opprimūtur à potētibus, & eis præbere auxilium: & vt curam eis præceptorū dei maiorē iniiceret intulit:& ideo dixit Bald.in authen. hoc amplius. C. de fideicōmiss. 2. col. versicu. quæro an filij regis. nu.
3 10. quòd rex est lex † animata in regno suo, & diuinit⁹ habet à deo potestatem in terris,vt in.c. si imperator. 92. distin.& in cap.

dichas ciudades, villas y lugares, aue-

quæsitum.23.q. 4. & quia habet gladij potesta-
4 tem † à maiestate diuina,& cælesti. vt in.l.1. C. de veteri iur. enuclean. in princi. & licet in labiis regis lex sit, tamen eius cor est in manu Dei,& vbi voluerit inclinauit illud. Prouer.21. & in epistola inter claras. C. de summa trinita. & fide catho. à cuius ore rectissima debet exire
5 sententia. ¶ Et quia princeps est maritus † reipublicæ iuxta illud, Lucæ.2. vbi pater; ibi maritus. nam sicut inter virum & vxorem, matrimonium carnale contrahitur & yconomicum, sic inter principem,& rempublicam,matrimonium morale contrahitur & politicum. Item si-
6 cut inter ecclesiā & prælatū matrimoniū † spirituale contrahitur & diuinū.vt in.c. Sicut.7.q.1. & in.c.quoniā.de immunit.ecclesi. lib.6.ita inter principem & rēpublicam matrimoniū temporale contrahitur,& terrenum,& sicut ecclesia est in prælato,& prælatus in ecclesia. vt in.c. scire. 7.q.1.quam ipse prælatus castè regere debet. c.sicut.21. q. 2. ita princeps in republica, & respublica in principe. & sicut vir est caput vxoris,vxor verò corpus viri.33. q.5. §.expensis. ita
7 princeps est caput † reipublicæ. & respublica est eius corpus,vt ait Plutarcus in institutione Traian.,& tenet Lucas de Pēna.in. l. Quicūq; C. de omni agro desert. lib.11. col.2. ¶ Et prin-
8 ceps quoque dicitur quasi pater,† nam sicut subditi obligati sunt bene obedire, ita ipse princeps est obligat⁹ bene imperare,& regere. tenet Bald.suprà. rubr.de rerū diuisi.& regnū,ciuitatem,& subditos debet in pace conseruare,& rumores impedire,& subditos acquiescere cōcordiam,non solùm hortari,sed cogere,quia plerūque status publicus ex priuato turbatur. vt in.l. Si quis Ingenuam.§. in ciuilibus. ff.de capti.& text.in.l. 1.§. qui es. ff. de offi.præ,vrb.vbi notat Bald. melior est bonus Rex,quàm bona lex. l. præsenti.C.de his qui ad eccle.cōfug.& Bald. in.l. Ex hoc iure.ff.de iusti. & iur.quia cùm rex iustus sederit supra sedem, nō aduersabitur sibi quicquā malignū. Prouer.20.c. & diligenter nō solū cū legibus, sed baculo ferreo tenetur populum

lum suũ defendere, nec cõtra eum dicatur, quòd absit baculus arũdineus rex Aegypti. vt in sum ma.23.q.3.versi. Item sicut legitur in Esai. ¶ Est
9 enim vicarius Dei † in regno. vt in.l. 1. in fine. ti. 1. Part. 2. & est caput & anima populi. vt in ead. Partit. & titu.l. 5 & debet esse talis, vt ridens timeri, & iratus possit amari: vt prælatus circa sub ditos, vt Archidi. in cap. disciplina. 45. dist. in. & Montal. in proœ. fori, in glo. Al rey. & in glo. ordin. regali. in parte, Rex. ¶ Rex enim in suo
10 regno dicitur † imperator. Bald. in.l. Exemplo. C. de proba. versi. quæritur. nu.4. & Alexã. in additio. ad Bart. in.l. Hostes. ff. de capti. & postlimi. reuer. in additione, quæ incipit, non recognoscunt. vbi vult hoc intelligere in rege, non recognoscente superiorem, vt rex noster Hispaniæ, vt dictum est suprà, in.1. glo. & sic quòd noster rex Hispaniæ & rex Galliæ sunt veri imperatores, quia non recognoscunt superiorem: & habent supremum imperium. vt Montaluus. in titulo primo. Partita. 2. in prima glos. ¶ Et si
11 non bene regit, peccando nomen amittit. † cap. scelus. 2. quæstio. 1. & Archidia. in dict. cap. regum. 23. quæst. 5. & tenet glos. in. d. l. 5. titu. 1. parti. 2. ¶ Quinimo dicit Inno. in. c. grandi. de supple. negli. prǽla. quòd si rex nõ scit suum re-
12 gnum defendere, † vel in eo iustitiam, & pacem seruare, maximè religiosis personis, & pauperibus, & etiã quòd plus est, si nescit perdita recuperare, iuste potest ei dari curator: & idem dicit esse seruandum in Ducibus, & Comitibus, & aliis, qui habent iurisdictionem super alios, & est speciale in Regibus, Ducibus, & Comitibus: quia aliis priuatis nõ datur curator, nisi sint furiosus, vel prodigi, quod dictum est singula. ¶ Et quando datur Regi curator, debet peti per subditos coram superiore, & si non habent superiorem, coram Papa peti debet, & causa cognita, debet dari, aliàs secus: & talis curator debet satisdare rem regis saluam fore: & debet facere inuentarium. vt ibi Innocen. & idem tenet Bald. in marga. Innocen. in versicu. regibus, & in aliis dominis. ¶ Et idem est sibi dandus curator si prorsus factus est inutilis. proba tex. in. d. c. grandi. & tenet Bald. in l. Post susceptam. ff. de excusa. tuto. & plenè Specula. in titu. de feudis. §. quoniam. ad finem, vbi dicit, idem esse in baronibus, & aliis iurisdictionem habentibus: & notatur singulariter in. l. prima. C. de tutoribus & curatorib. illustri. persona. & Bartachi. de Firmio. in suo aureo repertorio, in parte, Rex. versicu. 35.

Summarium.

1 Rex debet omnia ponderosa facere cum con silio procerum, & senatorum suorum.
2 Consiliarij principum, vel aduocati, debent de arduo dubio principi consulere.
3 Rex debet audire consilia, & verba prudentium.
4 Bono consilio inimici vincuntur, & sub tributo ducuntur.
5 Qui bono consilio non acquiescit dignitatem amittere debet.
6 Sine consilio nil est faciendum.
7 Consilium prouidi, placere debet regi.
8 Consilium quòd tendit ad malum, regi placere non debet.
9 Consiliarij regis, cùm prudentia debent temperare.
10 Quòd de consilio procerũ sit, ad beatitudinem imperij, & eorum gloriam redundauit.
11 Malum consilium, Deus conuertit super consulentem.
12 Consiliarius regis, qui de grauibus, tanquam leuibus, vel econtra consulit, punitur.
13 Rex debet habere probos, & honestos consiliarios, & expertos.
14 Quæ in consiliis tractantur, debẽt esse occulta, aliàs multa scandala possunt oriri.
Consiliarij, vel rectores ciuitatum, iurare debẽt de consiliis non reuelãdis, ad instar iudicum aduocatorum & testium.
15 Consiliarij regis, solùm Deo, & regi, & patriæ vtilitatem præ oculis habere debent.
16 Consiliarij per reges sunt vocandi, & in consilio sedere debent ad latus regis, & non ad pedes, quia honorem habent.
17 Consilium debet fieri ante ciborum esum.
18 Consiliarij debent esse senes, aut magistri, seu doctores.
19 Senex non dicitur quis per ętatem, sed per sapientiam.
20 Testator qui iussit, post obitum suum hæreditatem deuolui ad maiorẽ, intelligitur de ætate, non de maiori scientia.
21 Nemo negligat inquirere propter opprobrium senectutis, vel nobilitatem generis à paruis, vel minimis eruditis, si est aliquid vtilitatis, vel salutis.
22 Doctor antiquus, nõ debet dedignari sequi sententiã iunioris doctoris bene dicentis.
23 Senior in regno, est cõmodior populo.
24 Senex quis dicatur.

Acordado

Acordado. h ¶ Scilicet, cõsilio procerum, & senatorum
suorum, quia ipse solus sine consilij maturitate
facere nou potest, vt tex. & ibi Bald. & Ias. in. l.
Placet. in. 1. lectura. C. de sacrosanct. eccle. nu. 8.
vbi per text. ibi
in part. Rationa
bilis consilij, te-
net quòd prin-
ceps, debet om-
nia põderosa fa-
facere, non per
se, sed cum con-

mos acordado,[h] que de aqui adelãte vos los dichos nuestros Corregidores, &

1 silio procerum suorum, vel senatorum. † vt in. l.
non dubium. C. de decurio. ¶ Sicut econtra cõ
siliarij principum, vel aduocati, debẽt de arduo
2 † dubio consulere principi. vt Saly. in. l. fi. 1. no
tabili. C. de pact. & facit text. in. c. fi. de dilatio.
circa medium: quia si aliter fieret, magno labore
ipse Rex ac populus suus consummaretur, &
esset vltra vires suas, quod sustiuere nõ posset.
Exod. c. 18. & seipsum in consilio suo affligeret.
3 cles. 30. ¶ Rex † debet audire consilia, & verba
prudeutium, & erit Dominus cum eo. Exod.
c. 18. & Ieremi. 38. & bono consilio rex acquie-
scere debet. Prouerb. 1. Nam qui cũcta agit cum
consilio, regitur sapientia. Prouer. 13. & astutus
omnia cum consilio agit, vt ibi & iuxta illud au
di consilium, & suscipe disciplinam, & eris sa-
piens in nouissimis tuis. Prouerb. 19. ¶ Et quia
4 bono consilio inimici vincuntur, † & sub tribu
to ducũtur, et in potestate metalla auri & argẽti
redigũtur: & loca possidẽtur: & loca q̃ lõgè sunt
pacificãtur, aduersarij contremũtur, & in serui-
tutẽ deducũtur, regna obtinẽtur, & nomẽ regis
timetur, & exaltatur in gloria, ad instar Roma-
norũ, & hoc propter cõtinuũ multitudiuis pru
dentium consilium, vt legitur. 1. Machabęo. c. 8.
¶ Et quia qui bono consilio non acquiescit di-
5 gnitatem, amittere debet: † exẽplo Roboã, qui
senioribus non credidit. 3. Reg. c. 12. & Paralip.
2. c. 10. & in. c. Deniq;. 8. q. 1. & est ad instar vxo-
ris Loth, quę in statuã est conuersa. Gene. 19. &
6 sine cõsilio nil est faciendũ †, & post factũ nõ
pœnitebit. Ecclesiast. 32. vnde Salustius, Prius
quàm incipias, consulto, & postquàm cõsuleris
maturè, facto opus est. & Salomon, Palpebræ
tuæ pręcedant gressus tuos. i. consilia actus tuos
præueniant Cousilium, inquit, prouidi placere
7 debet Regi, † sicut consiliũ Ioseph placuit Pha
raoni, & propter id regnum eius fame, & penu
ria non periit. Genes. 41. Et bonum consilium
quàm plurimos à morte liberauit. Iosue. 9. circa
finem. ¶ Sed consilium quod tendit ad malum.
8 regi placeri nõ † debet. Hest. 5. Et non debet co
gitare consilia, quę uon possunt stabilire. p̃s. 20.
Et rex cum consilio vanitatis non sedeat: & cũ
iniqua gerentibus non intret. p̃s. 25. ¶ Cousilia-
rij quoq; eius,
debent tempera
re cum pruden-
tia, † nec de bo-
no faciant ma-
lum, & respiciãt
quid sit actum
cuiquã tempori

juezes de residen-
9 cia que fueredes pro
ueydos para en las
dichas ciudades, vi-

& videant quid debeant, & vbi, & quandiu, &
qualiter, & quando faciant, per discretionem
cognoscant causas rerum, cum omni diligentia
distinguant contra, quæ arguunt diligenter ex-
eogitent qualiter bonum incipiaut, et perficiãt,
teneant discretionem in omnibus actibus suis,
& cùm bene districxerint opus suum bonum
iusti erunt, quicquid boni fecerint cũ discretio-
ne virtus erit, quicquid siue discretione, vi-
tium erit, tenet Montalu. iu tractat. suo de con-
silio regis. ¶ Et quod de consilio procerum fit
ad beatitudinem imperij, et eorum gloriam re-
10 dundabit, † teuet Bald. in. l. humanum. C. de le-
gat. nu. 1. ¶ Malum autem consilium Deus con-
11 uertit super consulentes. † Hester. 14. Et consi-
lium prauorũ Dominus dissipat. Tobi. 5. Con-
silia itaq; improborum lõgè sint à rege. Iob. 21.
Nam beatus vir qui non abiit in consilio impio
12 rum. p̃s. 2. ¶ Cõsiliarius regis, † qui de grauibus
tanquam leuibus, vel econtra consulit, si est ho-
norabilis mittatur in exilium, et perdat bona, si
de minoribus moriatur. text. in. l. 7. tit. 13. Parti.
2. Sed cùm Deus est cum rege consilium malum
dissipabitur. Esa. 8. ¶ Ideo rex debet habere pro
13 bos honestosq; consiliarios †, expertos, qui te-
nentur præstare iuramentum, quòd bene et fide
liter consilium impendent secundùm formam
tex. in. l. 21. tit. 3. lib. 2. in ordinat. regal. quẽ vide.
¶ In simili facit quod tenet beatus Arch. Florẽ.
in. 1. parte. tit. 4. c. 8. de consilio. §. 4. vbi ait, quòd
14 ea quæ tractantur † in consiliis alicuius ciuitatis
vel vniuersitatis, debent esse occulta: quia aliàs
scandala multa possunt oriri, et debẽt facere di-
ctum iuramentum ad instar iudicum testium, et
aduocatorum. vt in. l. properandum. C. de iudi-
ciis, et in. l. rem non nouam. eod. tit. quia vt di-
cit d. Florent. vbi suprà, valde malè faciunt qui
talia reuelant, quæ in secreto ponuntur, et qui
quærunt ea ab ipsis. ¶ Et quòd isti consiliarij de
bent habere rectam intentionem in determinan
dis,

dis, vt non paſsione trahãtur ad complacendũ,
vel diſpliceudũ eis, qui proponunt ea, quę ſunt
ad bonum cõmunitatis, vel cõtraria, vt non de-
cliuẽt à regula rationis, vnde Eſther. c. 1. ſecũ-
dùm eundem dicit, quòd ſeptem ſapientes, qui
ex more Regio
ſemper aderant
regi Aſſuero, ſciẽ
tes leges, ac iura
maiorum illorũ,

llas y lugares, guar-
deys y cumplays y

faciebant cuncta cum conſilio. Et hæc eſt cauſa
frequenter multorum malorũ in regimine tem-
porali, & ſpirituali: quia quæ cõmuni conſilio
determinantur, nõ obſeruãtur. Vnde Ioſephus
& Azarias, qui non ſeruauerunt quod fuerat de
terminatum, ſcilicet, vt non exirent in prælium
contra inimicos, debellati fuerunt, & occiſis
duobus millibus de exercitu ſuo, & hoc, quia ſi
ne conſilio exierunt in prælio: vt habetur Ma-
chabæ. 1. cap. 10. ¶ Ideo dicitur, quòd omnes cõ
15 ſiliarij regis, ſolũ Deum † Regis, & patriæ vti-
litatem præ oculis habendo, conueniri debent,
quaſi vnus homo, vna mente, vnoq́, conſilio, ad
inſtar populi Iſraël. vt habetur Iudic. 20. cap.
16 ¶ Et per regem ſunt conſiliarij vocandi, † & in
conſilio ſedere debent. 2. Eſdræ. c. 3. Item ad la-
tus Regis ſedere, nõ ad pedes, vt notat Bar. in. l.
Iuris peritos. in prin. ff. de excu. tut. & in. l. 3. C.
de actuar. lib. 10. quia ij ſunt honorãdi. Eſt enim
honor, quãdo princeps reuocat quẽ iuxta ſe, vel
pro conſilio, vel alia cauſa publica, quaſi faciens
æſtimationẽ de eo, vt tenet Plat. per glo. ibi in. l.
fi. C. de dignita. lib. 12. Et iſti proceres, ſunt illu
ſtres, vel ſpectabiles, prout tenet Bart. in. l. Oẽs
populi. ff. de iuſti. & iur. nu. 10. & quoque pro-
curatores principis. i. Fiſcales. vt Saly. in. l. vni-
uerſi. C. vbi cauſ. fiſca. & Guillier. de Cu. ibi. &
Guiller. Roueli. in tracta. de iuſti. & iniuſti. to-
mo. 17. tracta. in. 3. lib. c. 6. nu. 4. fol. 106. per. l. Si
quis. eod. titu. ¶ Conſilium quoque debet fie-
17 ri ante ciborũ † eſum, ad inſtar teſtimonij dicẽ
di, vt in cap. 1. de teſtibus. quia venter pinguis
craſſum ſenſum generat. 44. diſt. §. fina. ¶ Con-
18 ſiliarij iſti debent eſſe ſenes, † magiſtri, ſeu do-
ctores. Vnde ait tex. in. c. de quibus. 20. diſtin.
Seniores prouinciæ congrega, & eos interroga,
facilius namq́ue inuenitur, quod à pluribus ſe-
nioribus quæritur. Nam licet canicies hominũ
eſt prudentia. Sapien. 4. & gloria ſenum eſt ca-
nicies: hoc non intelligitur per decrepitam æta
tem, nec de ſene inſenſato, & imprudenti, ſed de
prudenti, & ſapiente. vt Eccleſia. 25. Et hoc mo
do intelligo dictũ Bald. in. l. Seniũ. C. qui teſta.

facere poſ. in prin. vbi tenet, quòd plus valet vm
bra ſenis, quàm enſis iuuenis, vt intelligatur de
ſene ſapiẽti, & nõ de imprudẽti. Et idẽ intelligo
non habere locum in ſene diuturno: quia vt di-
cit tex. in authẽ. vt de appella. §. illud. & colla. 4.

executeys, y fagays
guardar, cumplir y

quòd licet ſene-
ctus ſit veneran-
da, non habet lo-
cum in ſenectute
diuturna, nec nu
mero annorum computata. vt legitur Sapient.
cap. 4. quià ſæpe mentiuntur antiqui. vt in. ca-
pitu. vnico. de ſacra vnctio. in fine. & Iohan.
Andr. in cap. cùm in iuuentute. de præſump.
¶ Et quia non dicitur quis ſenex per ætatem,
19 ſed per ſapientiam † ſeniores nominantur. vt
in capit. fina. 84. diſtinctio. & text. in capitulo
qualiter, & quando. el grande. de accuſa. iuxta
principium. & tenet Iohan. de Plate. in. l. Cùm
ob prouectę. C. de his qui nõ impletis impẽdiis.
lib. 10. in fine. vbi ait, quòd nomen ſenectutis,
maturitatem magis indicat ſapientiæ, quã cani-
cies corporis. ¶ Sed hoc non habet locum, quan
do teſtator iuſsit poſt obitum ſuum hæreditatẽ
deuolui ad maiorem: quia debet intelligi de æta
20 te, & non de maiori ſcientia, † dignitate, vel pe
cunia, vt tenet Feli. in. c. 1. de maior. & obed. fi.
21 col. ¶ Tñ propter opprobriũ ſenectutis, † vel
nobilitatem generis, à paruis, vel minimis eru-
ditis, ſi quid fortè vtilitatis, aut ſalutis eſt, nemo
inquirere negligat, vt in. c. fi. 38. diſtin. & vt di
cit iuriſcõſultus. in. l. apud Iulianum. ff. de fidei
cõmiſ. liberta. nam & ſi alterũ pedem in ſepul-
chro tenerem, tamen vellem diſcere. Quod ex-
tendit Alex. in. l. Si ſeruum ſtichum. §. ſequitur.
ff. de verbo. oblig. nume. 5. ab anniculo puero.
22 ¶ Facit in ſimili, quòd doctor antiquus † nõ de
bet dedignari ſequi ſententiam iunioris docto
ris bene dicentis, ſecundum eundẽ Alex. ibi. in
d. §. ſequitur. Et quia de iſto conſilio Regis, &
eorum conſiliariorũ, latè ſcripſit noſter Alphõ
ſus de Montal. in. d. tracta. ibi vide ſingulaliter.
& aliquid per docto. del Caſtillo. in. l. 1. de To
23 ro. in glo. ſabios. ¶ Tene quoq;, † quòd ſenior
in regno eſt cõmodior populo, vt dicit Bald. in
l. Cum antiquioribus. pe. col. verſi. 10. hoc pro-
batur. C. de iure deliberan. ¶ Quis autem dica-
24 tur ſenex, † Abb. in cap. Quoniã frequenter. vt
lite non conteſta. nume. 18. iſtã quęſtio. exami-
nat, & ibi ponit de pluribus ætatibus: ſed ego
crederem in puncto iſto, quòd relinquatur arbi
trio regis, & ſuorum cõſiliariorum. arg. eorum,
quæ tenet Bald. in ſua margari. ad Innocen. in
verbo,

verbo, senex. & Iohannes Andreas in capitu. nouit. de iudic. & Florian. in. l. Lex Aquilia. Si delectum: ff. ad legem Aquiliam. vbi dicit, quòd de hoc est summatim cognoscendum, & quòd relinquatur arbitrio iudicis. ¶ Et quę ætas excuset, vide tex tum, & ibi Plat. & doctor. in. l. Si vltra, C. de Decurionibus. libro decimo.

executar las orde-

Summarium.

1 REx condit leges generales in suo regno, vel alius, licentia, & mandato eius. nu. 5. & 6. & ibi quoq; vide, quis potest facere legē.
2 Rex, an potest facere leges sine consilio procerum suorum.
3 Papa, an debeat omnia facere cum consilio Cardinalium.
4 Rex, in facienda lege semper innitatur consuetudini.
6 Comites, & Barones, an possunt facere legē in suo territorio.
7 Regina, an potest facere legem.
8 Regina, quando facit legem, debet facere consilio suorum consiliariorum.
9 Mulier non potest esse de consilio, nec in legibus condendis debet interuenire.
10 Mulierum vsus, non inducit consuetudinem.
11 Consuetudo dicitur lex.
12 Mulieres, an possunt consuetudinem inducere.
13 Principis placitum, an sit lex.
14 Principis sententia, an sit lex generalis. num. 17. Et quid in contractibus.
15 Sententia lata à ciuitate non recognoscente superiorem, an sit lex.
16 Declaratio summi pontificis, ex singularis personæ postulatione facta, ad legem, vel ordinationem ius generale inter omnes cōstituit.
18 Declarare potest princeps leges, sicut potest eas condere.
19 Declarare, an potest iudex suam sententiam.
20 Declarare, an potest iudex sententiam sui prædecessoris.
21 Expensarum taxationem potest iudex successor facere.
22 Successor in officio, an possit reuocare confinia imposita à prędecessore pro libito volūtatis.

Ordenanças. [1] Nota tex. quòd rex condit leges in suo
1 regno generales. † tenet Bart. in. l. 1. ff. quod quisque iur. in princi. per. l. fina. C. de legi. Idem tenet tex. in. l. 8. titu. 1. parti. 1. vel alius eius autoritate, licentia, vel mādato, vt insti. in proœ. C. & in. d. l. parti. & summa Syluestri. in parte, lex. 4. q. ¶ Sed non debet princeps legē facere
2 † sine consilio procerū, & suorum cōsiliariorū, text. in. l. huma-

nanças [2] y capitulos

num. C. de legib. vbi debet facere cum deliberatione, interueniēte consensu hominum prudentium. Idem tenet tex. in. l. 1. ff. de legi. in verbo, virorum prudentium consultum. ¶ In hoc ego tenerem, quòd solus princeps, si vult, post leges condere; sed humanius faciet cum cōsilio procerū, vt tenet Bart. in. l. Omnes populi. ff. de iusti. & iur. num. 15. Et ibi num. 13. tenet, quòd potest facere motu proprio, & postea subditis diuulgare. per. l. 3. C. de legi. quòd sine consilio alicuius potest facere, tenet. d. l. parti. supra allegat. Et Bart. in. d. l. humanum. dicit, quòd veritas est, q̄ in condenda lege nō requiritur, quòd princeps faciat cum consilio: quia nō est ordo necessitatis, sed voluntatis: ideo omissio eius non vitiat. Idē vult tenere Ias. licet Bar. non alleget. in. l. 1. ff. de constitu. princip. num. 1. Bal. in. d. l. humanum. nu. 2. vbi ait, quod forma tradita ibi non est ita præcisè, q̄ per hoc princeps imponat sibi legem, quod patet: quia dicit, humanum, non autem dicit, necessarium: quia illa lex ponit formam de cōgruitate, & honestate, non de necessitate. Nec obstat. versi. illius. L. Scitote. quia ibi princeps loquitur enūtiatiuè, nō derogatiuè. Et idem tenet ibi Paul. de Cast. nu. 3. versi. vlti. vbi ait, quòd potest Imperator, seu Rex, recedere ab illa forma illius. l. Humanam. & videtur recessisse ex certa scientia, licet illa. l. habeat clausulam derogatoriā ibi, inquantum dicit, Scitote non aliter in posterum legem nostra clementia promulgandam, nisi supradicta forma fuerit obseruata: quia ista clausula nil operatur: nam non potest tollere sibi potestatē, quam habet à iure publico, & quia ad tollendā hanc tacitā derogatoriam dictæ legis, non requiritur clausula, non obstante: imò eo ipso quòd facit contrarium, ex certa scientia censetur eam tollere. per. l. fina. in princ. ff. de lega. 2. secundū d. Paul. de Cast. in. d. l. humanum. nu. 3. & 4.
3 ¶ Idē dicit ibi Paul. in fine esse in papa: † quia licet papa debeat omnia facere cum cōsilio Cardinalium, si tamen aliquando facit sine eis, valebit. vt ibi idem tenet idem Paul. in. l. 1. ff. de leg. nu. 4. & doctor del Castillo in proœ. ll. Tauri. tangit in glo. con ellos cōsultado, versi. idem dico in Imperatore. Sic quòd cōmunis conclusio est,

eſt,quòd Rex ſolus ſine conſilio procerum po-
teſt leges condere,ſed de humanitate videtur,ꝙ
non faciat ſine eo. ¶ In facienda autem lege ſem
4 per Rex innitatur conſuetudini : † vt tenet Lu
cas de pena.in.l.cautiones.C.de ſolu.& libera.
debito.ciuita.lib. 11. ¶ Sed quia ſuprà allegaui
d.l.8.part.quòd de licentia regis poteſt quis fa
5 cere legē,contrarium videtur:†quia poteſtas cō
dēdi legem,vel ſtatuta,non poteſt cōmitti:quia
eſt de maximo Imperio.vt notat Bar.ff.de iur.
om.iudi.l.Imperiū.& in.l.1.in prin.ff.de offi.
eius cui man.eſt iur. ¶ Sed tu dic, quod.d.l.par.
eſt vera : quia princeps ea quæ ſunt de Impe-
rio,poteſt delegare. Inferior verò à principe, ſi
quidem eſt magiſtratus,putà , epiſcopus, vel le
gatus,non poſſunt.ita tenet Pau.de Caſt.in.d.l.
1.ff.de legi.nu.7. ¶ Facit quod tenet Angel.in.l.
1.ff.quod quiſq; iuris.in prin. vbi ait,quod ma-
giſtratus iure proprietatis,vt ſunt cōmites †, &
Barones,poſſunt facere leges in ſuo territorio,
6 vt in titu. quæ ſint regalia.& in titu.de conſue-
tu.& ſtatu.contra liber.eccleſiaſti.colla.10.quia
habent à principe regalia in ſuis locis, & idem
dicit de epiſcopis . ¶ Attamen dicta poteſtas cō
dendæ legis ,ſolùm poteſt comitti , & delegari
per regē, & nō per inferiorē. tenet Paul.de Ca.
in.d.l.1.ff.de legibus.nu.7. ¶ Quinimo mihi vi.
detur,quòd lex poteſt fieri per ſenatores conſi-
lij regalis:quia id,quod fit per curiā principis,
dicitur factum per ipſum principem: & valet
ordinatio facta per curiam , licet non ſit nomen
principis,vt eſt glo.in.l.vnica.verſi. comitatui.
C.quando Impera.inter pupil.& tenet Iohan.
de pla.in.l.nemo.C.de dignitatib⁹.li.12.quòd di
cit procedere in alio,quàm in ſententia diffiniti
ua : quia cùm in libello & ſententia apponatur
nomen iudi.l.libellorum.ff.de accuſa.l.1.C.de
ſent.ex peri.recitan.apparet,quòd non eſt factū
per ipſum principem,vt Plat.ibi:quia curia eſt
Regis,& ille de eius ordine eſt.l.ius Senatorū.
C.eod.titul.de dignit.& Senatores pars corpo-
ris Regis ſunt,vt eſt tex.in.l. quiſquis.C.ad le-
gem Iuliam maieſta.glo.in.c.cùm dilectus. de
clericis non reſi. ¶ Vide tu quoque Montal.in
proœ.fori , in glo. leyes.vbi tenet,quòd popu-
lus Romanus poteſt condere leges . ¶ Contra-
riū tenet Bal.in.l.Imperialis.C.de legi.in fine.
quia populus Romanus eſt denudatùs genera-
li poteſtate,cùm illa trāslata fuerit in principē,
& per principem poſtea translata fuit in Apo
ſtolicum:& ſic videtur,quòd opi.Mōtal.ſit fal-
ſa,vbi dicit,quod poteſt facere legem,& depo-
nere Imperatorem : nam ad quæ non pertinet

creatio , nō ꝑtinet deſtructio. & idē tenet Pau.
de Ca.ibi.& vide Mōtal.vbi ſuprà,& latè Iohā.
Fa.in.§.Sed ꝙ principi.inſt.de iure gē. & ciuil.
vbi per eos vide quis poteſt facere leges . ¶ O-
mnia ſupradicta loquūtur in Rege.Quid in Re
7 gina,an poteſt facere legē? † videtur quod nō.
tenet Paul.de Caſtr.in.d.l.1.nu.4. ponderando
d.tex.ibi,eſt conſultorum virorum.Quia mulie
res in condendis legibus,non vocantur, nec eſt
exquirendum earum conſilium, propter earū
fragilitatē.Quod ſequitur ibi Angel.in pri.vbi
infert,quòd Auguſta non poteſt legem conde
re.per legem princeps.ff.de legibus.& ſic vide
tur quod iſta noſtra Regina Eliſabeth non po-
tuit has leges condere . ¶ Sed tu dic contra:
imò potuit,quia habuit Regnum iure proprio,
& non iure mariti:& ius,quod habuit ex perſo
na propria eſt, & fuit efficaci⁹, quàm ius quod
quis habet ex perſona aliena,& ſic ex marito.vt.
in.l.ſi filius.§.erit.ff. de fideicommiſſa. liber.&.
nō fecit eas iure mariti, ſed iure ꝓprio , ſcilicet
iure ſucceſsionis.vt dictum eſt:vnde nō eſt du-
bium,quòd poteſt iudicare,ſtatuere,& leges cō
dere.Ita tenet Ang.in.d.l.ſi princeps.ff.de leg.
& in.l.1.eo.titu.in prin.Quod dicit idem eſſe in
comitiſſa.quæ ſuccedit in aliquo Comitatu,
quæ poteſt in ſuo territorio leges condere: quia
venit iure proprio ,ratiōe ſui Comitatus.Et idē
tenet Paris de puteo in tracta. Syndica.in parte
dicitur. nu.6.7.&.8.quem ſing.vide. fol.28.
¶ Attamen debet has leges,& alias facere cum
conſenſu procerum,& doctorum & ſuorum cō
8 filiariorū.† per tex.ſingula:in.l.15.li. 2.in ordi.
Regali.in fine.ibi.y eſto por conſejo de hom-
bres ſabios: porque ſi en alguna coſa errare , la
ſepan conſejar . Et ſic fallit illa communis opi.
de qua ſuprà,quòd Rex.poteſt facere legem ſi-
ne conſilio procerum: quod non habet locum
in Regina:quia illa tenetur ſequi conſilium in
legibus condendis,vt eſt tex.in.l.4.titu.4.par-
ti.3. in fine . ¶ Sed regularitur non poteſt eſſe
9 † mulier de conſilio:nec in condendis legibus,
vel Senatuſconſultus, ſeu cōſtitutionibus mu-
lieres nō debent interuenire,ſecūd.Bar . in.d.l.
1.nu.6. ¶ Et non ſolùm ſupradicta ſunt ſibi in-
terdicta. ¶ Imò vſus mulierum non inducit cō
10 ſuetudinem † ſicut non poſſint condere legem:
quia lex,& conſuetudo æquiparantur .Bart.in
d.l.1.ff.de legi.in fine.& Ludo.Roma.in ſingu.
42.& dicit,quòd ſi millies cōtraherent, non de
rogant ſtatuto. Et ratio Bar.poteſt eſſe:quia con
ſuetudo non poteſt induci,niſi ab habentibus
poteſtatem legis condēdæ.vt in.d.l.de quibus.
ff.de

11 ff.de legi.& quia consuetudo dicitur † lex, vt
Abb.in rubr.de cósuetu.et idem quod Bar.tenet
Abb.referendo eum in.c.fi.de consue.nu.8. Et
quòd mulieres non possunt inducere consuetu
12 dinẽ.†tenet Ludoui.Roma.in singul.42. in fi-
ne.¶ Sed cõtra hoc facit text.in.c.illud. de præ
sumpti.ibi,sed mulier de more illarum,qui ven
dunt panes.¶ Sed non obstat:quia est intelligẽ-
dũ in actibus muliebrib⁹,vt firmia.in suo Re-
per. in parte,consuetudo inducitur. versicu.26.
& Ias.in.d.l.1.de legi.num.14.versicu.tertiò vi-
detur.vbi dicit, quòd videtur posse limitari in
his,quæ ad earum artem spectant, per.l.1.§.1.ff.
devari.& extr.cog.de quo ibi per eũ ampliatio
nes.¶ Et non solùm ad principem pertinet le-
ges condere, verùm etiam placitum principis
13 est lex.†in.§.sed et quod principi.institu.de iu
re natu.gen. & ciuil. Quod intelligit ibi glos.
quando placuit causa faciendi legem communẽ
& generalem,aliàs nõ esset lex communis: quia
non omnis vox iudicis,est sentẽtia: & sic nõ o-
mnis vox principis,est lex.Et idẽ tenet Specu
la.in titu.de accusa.§.4.in fine. & Iohã.Fab.in
d.§.sed et si principi.¶ Quoque sententia prin-
14 cipis est lex †,si est diffinitiua,lata inter partes,
habet vim legis generalis inter oẽs in similibus
causis.gloss.in.c.in Causis.de re iud.& Ias.in.l.
cum prolatis.ff.de re iudi. per tex.in.l.fi.C. de
legi.& Feli.in.d.c.in causis p.l.fi.ff.de constitu.
princip.vbi ait,quòd regulariter sententia prin
cipis facit ius generale.Idem tenet Alex.in.l.ci
uitas.ff. si cert. peta.nu.20.& facit tex.in.l.198.
in.ll.styli.ibi.q̃ las fazañas de Castilla son aq̃llas
porque deuen iuzgar de lo que el Rey juzgo, o
confirmo en semejãtes cosas.Quod dicit Alex.
in.d.l.ciuitas.num.20.procedere solummodo
in principe:secus in aliis habentibus potestatẽ
legis condendæ secundùm Angel. ibi. Quod
extende,etiam si talis sententia principis non
redigatur in scriptis,facit iui.est gloss.in.cap.in
stitutionis.25.quæst.2.quod intellige,si præces
serit talis diffinitiua præsentibus partibus.vt in
l.si Imperialis.ff.de leg.aliàs non fit ius ex sen-
tentia.l.qui repudiatis.ff.de inoffi.testa. ¶ Idẽ
dic esse in contractibus principis: quia habent
vim legis,& possunt allegari in aliis causis si-
cut lex.tex.& ibi Bar.in.l.pe.C.de dona. inter
vir.& vxo.ibi,Imperialibus contractibus. se-
cundùm Ias.in.d.l.prolatis.numero.4.¶ Quod
dicit Alex.ibi in.d.l.ciuitas.idẽ esse in ciuitate
15 nõ recognoscente superiorẽ,†quia tunc dicitur
tenere locum principis,& tunc potest facere le
gem.alleg.Iohã.And.in additio.ad Spec.in ti-
tu.de instrumẽ.edi.§.1.in additione,incipiente,
Hæc subscriptio.¶ Ideo dicit Ludouicus Ro-
ma.in consilio.260.quòd interpretatio,seu de-
claratio † summi pontificis,ex singularis perso 16
næ postulatione facta ad.l. vel ordinationem
aliquam præcedẽtem,ius generale inter omnes
constituit:per.d.l.fi.C.de legi.¶ Paul.de Castr.
in.d.l.1.de consti.princip.num.5.vult hoc limi-
tare,dicendo,quòd tunc epistolæ principis, &
sententiæ diffinitiuæ, vel interlocutoriæ ius fa
ciunt quoad omnes, licet fuerint directæ ad
certas personas singulares,quando ab ipso prin
cipe,traduntur vniuersitati † omnium,vt con- 17
tingit in.C.in quo fuerunt redactæ epistolæ
principum,& in decretalibus,& sic sunt inclu-
sæ in volumine iuris cõmunis, aliàs secus, quia
faciũt ius singulare,& non generale qđ mihi sa
tis videtur.Et eã comprobo authoritate cuiusdã
pragmaticæ factæ per nostrum Carolum inui-
ctissimum in curiis, quas habuit in villa de
Madrid,anno.1528.pragm.116.vbi fuit ab eo pe
titum,vt super ludis nõ procederetur.& ibi re-
spondit,quòd erat sufficiẽter prouisum per cer
tam epistolam per eum datam,quam volebat de
inceps custodiri pro lege,& quòd poneretur in
volumine illarum pragmaticarũ, prout est po-
sita,quæ incipit,Don Carlos. Ilico si epistola
Regis fecisset ius,nõ erat necesse vt iuberet cu-
stodiri pro lege generali: & quia non faciebat
ius nisi in ciuitate,vel prouincia, vbi fuit data,
iussit pro lege custodiri, prout custoditur: in
qua cauetur,quòd elapsis duobus mensibus, nõ
potest iudex procedere contra ludentes. Et idẽ
tenet Ias.in.d.l.1.ff.de constitutio.princip.2.co
lum,nu.10.vbi ait,quòd epistola principis ha-
bet vim legis,si est redacta in corpore iuris. Et
idẽ dicit de sentẽtia interlocutoria principis, q̃
facit ius, quando est redacta in dicto corpore iu
ris.per.l.metum.§.quod prætor.ff.quod metus
Cau.& per Bar.in.d.§.pe.C.de nouo.C.compo
nen.¶ Tamen dicit ibi Ias.in.d.l.1.nume.5.&.6.
quòd si sententia principis est lata cum causæ
cognitione,habet vim legis.vide tu Paulum de
Castr.in.l.leges.C.de legi.nu.4. vbi in essentia,
vult dicere idem,quod dicit in.d.l.1.de consti
princip.scilicet quòd si sunt redactæ in corpore
iuris,habentur pro legibus,siue sint diffinitiuæ,
siue interlocutoriæ, siue sint aliæ cõcessiones,
dummodo proprietas verborum hoc patiatur.
¶ Sed de his,quæ non sunt comprehensa in cor
pore iuris, distinguit:aut sunt sententiæ inter
locutoriæ,& non habent vim legis. Aut sunt
diffinitiuæ in certis casibus,vel inter certas per
sonas

folius: tunc si lata sit præsentibus partibus, &
cum causæ cognitione, & non sit contra ius ex-
pressum, tunc talis sententia habet vim.l.generalis,
altero eorum deficiente, secus. Quæ distin-
ctio videtur bona. ¶ Quoque potest Rex legem
18 declarare. † tex in.l.10.ti.1 par.1. quia cuius est
condere, eius est interpretare. vt in d.l.fi. C. de
leg. Tamen non habet locum, quando mens, &
ratio legis, est certa, & certũ habet significatum
verborũ: quia tũc debet stari verbis, & mētis: nec
est consulendus princeps, nisi fortè emergat iniquitas
vt in.l.ille aut ille.§.cũ in verbis.ff. de
lega.3. Tenet Bal.in.l.cũ de nouo.C.de legi.&
in.l. Imperialis.eius.ti. vbi tenet, quòd licet talis
interpretatio pertineat ad conditorẽ. ¶ Tamen
hoc dictũ nõ est restringẽdũ ad personã, sed ad
officiũ. Nam Imperator, vel Rex, qui nunc est,
potest interpretari leges Iustiniani, quia gerit illud
officiũ: sed in alia materia interpretatio restringitur
ad psonã. vt in.l.cũ Pũponius scribit.
ff.de rei vendi. ¶ Idem dico in iudice, quòd po-
19 test daclarare, vel interpretari † suã sentẽtiã. tenet
Bar.in.l.hæredes palã.9. si quis post.nu.6.ff. de
testa. & non solũ in continẽti, verùm etiam ex
interuallo. vt Bal.ibi.d.l.hæredes.§.sed & si notam.
& Roma.consilio.45.& tex.in.l.3.ti.33.par.
7. Quod extende, quòd potest declarare, nõ obstante,
quòd ab ipsa sententia fuerit appellatum.
vt tenet Guido pap.singul.349.versi. Et ex proxime
vide quæ dicã infrà in cap.17.in glo.emẽdar.nu.11.
Bar.tamẽ istã quæst.examinat in.l.ab
executore.ff.de appella.2.col.versi.primò quæro.
vbi concludit, quòd.d.glo.in.d.l.hęredes palam.in.d.§.est
vera. Sed dicit procedere in iudicibus
ordinariis, habentibus merũ Imperiũ: secus
in minoribus, & finaliter colligit ex illa glo.
distinctionem. ¶ Aut si quæritur de interpretatione
sententiæ delegati à se: & quilibet potest
hoc facere. ¶ Aut de interpretatione sententiæ
propriæ: & tunc aut est delegatus, & nullo modo
potest: aut est ordinarius, & tũc si est de maioribus,
& potest. aut de minoribus, & non potest.
Idem tenet Bar.in.l 2.C. de sentẽ.ex pericu.
recita. vbi tenet, quòd habẽs merum Imperium
potest suã sentẽtiã interpretari, aliàs secus. Alex.
in.d.l.ab executore. In additio.ad Bar.& ibi
Bar. versi. quæro secundo. dicit, quòd quando interpretari
assumitur pro correctione totali, qđ
istud non potest facere, nisi solus princeps: quãdo
assumitur pro extensione, istud non potest
facere, nisi circa accessoria ipso die. vt in.l. Paulus.
ff.de re iudi. Sed quando assumitur pro cõgrua
verbi, vel orationis expositione, istud potest
facere iudex: quia nil enim de nouo facere,
sed factũ declarat. vt in.d.l.hæredes palã. & per
Abb in.c.ex parte.de verbo.signifi.el.3.num.8.
¶ Et hoc, nisi velit facere interpretationẽ omnino
extraneam, quia nõ potest. Et idem est, si essent
omnino verba clara, & ipse velit aliter interpretari,
sed cõtra Bar. videtur facere dictũ Innoc.in.c.cũ speciali.de appella. vbi ait, quòd licet
inferioribus iudicibus non liceat cõdẽnare,
nec interpretari iura, vt in.c.inter alia .de sent.
excõ. sed solius principis: tamẽ in causis, quas
corã se habẽt inferiores iudices bene possunt
quantũ ad ius litigatoris super iuribus, & interrogationibus
interpretari. Quod dictum allegat
Abbã. pro singula.in.c.cũ venissent.de iudic.2.
22 tario, qui nunquam fuit creatus † tabellio, & facit instrumenta tanquam tabellio: quia est penitus falsus, & debet puniri pœna mortis. secus si fuit creatus notarius à principe, licet creatio fuerit inualida propter defectum personæ, tunc non punitur pœna mortis. Ita determinat Bal. singulariter in.l. data opera. C. qui accusar.non poss. in.16. colu. versi. sed dubium est. & ista opini. Bald. supradictam contra Barto. tenet dictus Ias. in dict.l. præsumptione, nume.19.& dicit, quòd licet Barto. cōmuniter reprobetur, tamē vult eum defendere per dictum Cardina.in dicto cap. super literis.& per text. in.d.cap.ex parte.eodem titu. & ibi Panor. 4.notabil.& dicit nunquam tradendum obliuioni, quòd vbi contenditur de omnimodo defectu iurisdictionis, ratione dubitationis constituitur in quasi possessione iurisdictionis. Et dicit non obstare adducta contra Bart. quia Bart. non negat istud: & quia ex quo semel ista exceptio fuit opposita, amplius opponi non potest.per.l. fina. C.de fide instru. & expresse Bal.in.d.l.1.& ego trãseo cum Bald. pro quo est cōmunis opini. cum quo stat Ias. licet postea istud dicat: quia de more suo est post cōmunem aliquid addere. ¶ Tenendo supradicta contra Bart. limita nō proce-
23 dere quoad respicientia salutem animarum, † vt notat Petrus de Ancharan. in clc. abusionibus. de pœnit.& remisi. vbi tenet, quòd indulgentiæ concessę à prælato penitus falso, qui putabatur verus, non minus operantur ad salutem animarum, quàm si essent concessæ à prælato vero. Et ibi infert ad quosdam quęstuarios, qui Venetiis multa extorserunt cum falsis bullis : quia idem est, ac si essent veræ bullæ, quãtum ad salutem animarum. contrarium tenet Oldra. cōs.76. & Philippus Deci. consi. 276.nume.1. Sed pro

Anchara.est glo.in cap.dudũ.de electio.in parte,deceptæ.& ibi Bald.num.5. dicendo,quod licet ille,qui non est prælatus,non potest absoluere, vel ligare:tamen illi,qui credunt in eum,non confunduntur: quia excusat publicus error, & bona fides,secundũ Bernar. & Innocen.ibi. quòd dicit Bald.nota. Quod dicit intelligendum quoad

Asistẽtes,o gouernadores, o corregidores miren biẽ todas las cosas que les mãdamos enlas cartas [b] de poder q̃ lle-

Deum: quia cor contritum & humiliatũ Deus non spernit. Sed quoad formm iudiciorum inspicitur veritas in litigando,& absoluendo, vel quasi possessio cũ iusto errore. vt in.l. barbari⁹. ff.de offi.procon. Et Bald.vbi suprà dicit,quòd fuit quæstio de facto,an cautio vsurarum præstita putatiuo sacerdoti,reddat vsurarium testabilem. Et dicit quòd sic: quia nemini præiudicatur,& prodest vsurario ad pœnitentiam,vel saltim quòd per eum non stetit. Facit quod notatur in.l.eum qui.§.in pupillaribus.ff. de iur.iur. &.l. quamuis.ff. de conditio. & demõstra. Sed si est verè prælatus,& excedat modum in concedendo, valet cõcessio in eo, quod potest.glo. in cap.fina.de pœni. & remisio.

Summarium.

1 Literas suæ cõmisionis debet potestas ostẽdere in concilio ciuitatis.
2 Præpositis non creditur sine literis.
3 Officiali principis non creditur sine literis.
4 Cõmisio,vel mandatum regis, non potest probari per testes.
5 Delegatus,an potest probare suam delegationẽ per testes,sicut procurator.
6 Casus, in quibus nõ requiritur scriptura.
7 In omnibus casibus,in quibus scriptura requiritur, si talis scriptura interfit,& esset perdita, admitteretur postea probatio per testes.
8 In casibus,in quibus scriptura requiritur, si est perdita solennitas eius, debet probari per eum,qui stat pro solẽnitate,& non per excipientem.
9 An iurisdictio,& mandatum de ea, vtendo,posit per testes probari.
10 In iurisdictionum officiis, tria requiruntur.
11 Rescriptum est super omnia custodiendum.
12 Rescriptum non prodest sine præsentatione,& antea quã præsentetur, non aufertur iurisdictio, nec confertur.

b Cartas. [b] Quas literas suæ cõmisionis & potestatis debet iudex ostẽ-
1 dere in concilio ciuitatis.† vt Montal.in.l.1.tit. 7.foro legũ.lib.1. in glo. enel concejo, vel iudici, vel maiori ciuitatis, & his, qui cum eo sunt præsentes:necesse,quòdmaior pars officialium ibi fuerit, vt est glos.in.c.si capitulo.de concessio.præben.in.6.& tenet Iohan. de Plat.in.l. obseruare. C.de decurio. lib.10. num.1. & tenet Montal.in glo.ordina.in parte,ciuitas.& Ang. in authent. vt iudic. sine quoquo suffra.colla. 2. vbi dicit, quòd potestas non habet iurisdictionem incontinẽti,cùm ingreditur ciuitatem, sed postquam iurat, & administratio sibi discernitur. & vide Iohan.de Plate. in.l.fina.C.de consulibus non spar.lib.12. vbi sola electio non tribuit ius,nisi postquam literæ electionis fuerint præsentatæ: quas literas debet ostendere in scriptis. tenet ipse Plate.in.l.a. C. de exemptorib. & exacto.lib.12.& idem tenet Bald. in cap.cùm contingat.de rescriptis.nume.8. dicendo,quòd affirmatiua, & negatiua iurisdictionis vel (pro priùs loquendo) renocatiua probatur per scripturam. l. Lucius. §. Sempronio. ff. de legat. 3. Et omnis scriptura, in qua fit mentio probationis,præsumitur posterior: vt notatur in. l. cùm proponatis. C. de codicillis. & facit tex.& ibi doct.in cap. super eo.el. 2. de appell. vbi tenet,
2 quòd iudex ante præsentationem literarum nõ recipit iurisdictionem. ¶ Aliàs enim † præpositis principis nõ creditur sine literis.tex. & ibi docto.in.l.palatinos. C.de collatio.fundo. fiscali. vel reipubli. lib. 11. Et idem tenet Iohan.de Plate.in.l.si quis decurio. C. de decurio. lib.10. loquendo in ambasiatoribus, qui debẽt portare literas suæ cõmisionis,& sine eis recedere non debẽt,aliàs nõ creditur eis. Et magis in expresso Iohan. de Plate.in. l. prohibitum. C.de iure fisci.lib.10. num.2. vbi tenet,quòd non creditur
3 † officiali principis, nisi literas commisionis, vel voluntatem principis ostendat,etiam si asserat sibi secretè cõmissum à principe.vt in.l. vnica.C.de manda.principum. & Angel.in consilio.182.in princip.& est tex. & ibi Plate.& docto.in.l. quicunq;. C.hęc est notiti. scri.memo. probato. lib.12 aliàs est de exactoribus & tributo. ¶ Et tale mandatum non potest probari per
4 testes,† licet regulariter contra. vt est glos.in.l. maritus.C.de procur.& per Bart.in. l.1. C.eod. & est

& est text.in.l.2.titul. 10. foro legum.lib. 1. quia speciale est in mandato principis, quod debet probari per scripturam.vt in. d. l. prohibitum. & tenet ad literam Paris de Pute.in tracta. syndica.in parte,an officialis successor.fol.250.quę vide in libro portatili. ¶ Quod dicit Plat. in.d. l. prohibitum. quòd fallit in persona nobilissima,authentica,& honesta.vt est Cardinalis.Sed hoc intellige,quando asserit se habere mandatū super eo,quòd principaliter non ordinatur,nec tendit ad præiudicium alienum,sed ad commodum papæ, vel principis,& ad cōmodum aliorum absque alieno dispendio, vt est in casu dispensationis,tunc sine literis creditur, non autem creditur si est inferior. Secus in his,quæ directò concernunt præiudicium alienum , tunc nullo modo creditur sine pergamante legationis. vt tenet Angel.in consi.182.vbi dicit, quòd sic intelligitur glo.in cap.nobilissimus.97.dist. ¶ Plate.in.d.l.prohibitum.dicit quoq;, quòd licet legato non eredatur,nisi ostendat literas suæ delegationis, tamen talis delegatus potest pro-
5 bare suam delegationem † per testes , sicut procurator,de quo per Bartol.in.l.1. C.de procura. Tamen contrarium tenet glo. in cap.1.de censibus.in.6. §. postquam. in verbo,in scriptis.vbi
6 ponit casus,† in quibus requiritur scriptura.& in vigesimoquinto casu dicit,quòd in delegato papæ requiritur scriptura.per text. in cap. cùm in iure.de offi.delegat.& per.d.l. vnicam. C. de manda. princip.& in aliis casibus. vt ibi per gl. Et Domi.ibi addit alios.10.casus, in quibus scriptura requiritur. Et Speculat.in titu.de instrumen. editio.§.restat.versic.casibus.nume.14.& ibi in.19. casu ponit idem,quòd in legatione,& delegatione scriptura requiratur. ¶ Sed vltra dictos casus ego addo alios,in quibus scriptura requiritur,scilicet in promissione de non meliorando aliquem ex filiis. vt tenet doctor del Castillo in.l. 22.de Toro.in glo.scriptura.versi.nota. ¶ Alius est in licentia iudicis de mittēdo aliquem in possessionem, intantū,quòd talis missio non potest probari per testes,sed de necessitate debet probari per instrumētum, seu scripturam. Est theorica Bart.in.l.fina.in fine.C.de edicto.diui Adria.tolle.& Ias.in.l. cùm proponas. la primera.C.de pactis.nu.3. Idē tenet Guid.papa in singula.275.vbi dicit,quòd si aliquis possidet,& dicit se fuisse missum in possessione auctoritate literarum iudicialium,quòd probat ita per testes,quòd talis probatio non sufficit, imò debet probare per instrumentum : sicut cætera acta debent probari per scripturam.per.d. Bart. in.d.l.fina. ¶ Hac de causa dico, quòd si aliquis in executione,vel venditione bonorum captorum pro dicta executione emit aliquid ab executore vendente,debet habere sententiā, & acta sufficientia, per quæ possit probare valere sententiam,& executionem. vt tenet Bartol. in. l.si cùm nulla.ff. de re iudi. quod nota. ¶ Alius est, quando nūtius vult facere executionem personalem:nam non potest familia potestatis aliquē personaliter capere,nisi ostendat licentiam iudicis in scriptis. ita est text. in.l.8.titu.14. lib.2.in ordina.regal. ¶ Quod dicit fallere,nisi inueniat delinquentem in fragranti delicto,quia tunc algazellus potest capere sine licentia iudicis malefactorem, & coram iudice ducere.vt text.in.l. 18.eod.lib.& titu.13.& idē tenet Montal.in.l.11. titu.13. foro legum.lib. 4.in glo. quæ incipit. de la carcel. in fine. & est tex.in.l. neminem.C.de exhiben. reis.& Ias.dicit hoc esse notandum in d.l. cùm proponas.C.de pactis.num.4. allegando Bald.in cap.cùm parati. 2.col.de appella. & in.l. consentaneū.C.quomo.& quando iudex. per tex.in.d.l.missi opinatores.C.de exacto. tribu.lib.10.& idem tenet Roderi.Suarez,in repetitio.l.2. titu.de los emplazamientos. foro legū. lib.2.in colu.3. in fine. ¶ Et inquantum. d.l.ordina.tenet quòd algazellus pōt capere sine licentia iudicis delinquentē quādo est in fragrāti delicto, extendo dictā.l. & iura similia,quòd non solùm potest capere in delicto fragranti, verum etiam post delictum cōmissum,quando est in fuga.vt tenet Bald.in.l.Lictus fustium.in fine. ff.de his qui not.infamia.tenet Hippol.de Marsi.in cōsi.137.nu.42.vbi tenet, quòd ille dicitur capi,qui post crimē cōmissum capitur in fuga. Quod dicit esse notandum. Et ex eo extendo.d. l. regiam.& vide quæ dicam infrà in cap. 35. in glo.mandado. ¶ Alij casus sunt in actibus iudicialibus,& in contractibus,& in alienatione rerum ecclesiasticarum, & in gratia principis,vel inferioris, & in emācipatione. & in emphyteusi,& in solutione canonis:in istis quoque requiritur scriptura, vt tenet omnia dicta Alex.in additio.ad Bartol. in.l. contrahitur. ff. de pigno. ¶ Itē est alius in protestatione,in qua scriptura requiritur.tenet Ang.in.l.si cùm venditor.ff.de euictio. & vide alios per Bertachi. de Fir.in suo aureo reper. in parte,scriptura. ¶ Sed in omnibus istis casibus, & similibus,in quibus scriptu-
7 ra requiritur,si talis scriptura † intercessit,& esset perdita,admitteretur postea probatio per testes.l. testium. in fi.C.de testi. Ita Bart.in.l.1.§. sufficit.ff. bonorū posse.secundū tabul. & in.l. emancipato.

emancipato. vbi etiam tenet Bald. C. de fideicõ
miſ. & Bald. & Salyce. in. l. litigatoribus. C. de
appella. & Iaſ. in. d. l. cùm proponas. C. de pa-
ctis. nume. 3. ¶ In omnibus iſtis caſibus, in qui-
bus. d. ſcriptura requiritur, ſi eſt perdita ſolẽni-
8 tas, † debet pro-
bari per eum, qui
ſtat pro ſolẽnita-
te, & non per ex
cipientem: dictũ
eſt Abba. vbi dicit eſſe bene notandum in cap.
quoniam contra. de probatio. num. 20. ¶ Atta-
men ego teneo, quòd in caſu iuriſdictionis, talis
iuriſdictio, & mãdatum de ea vtendo, non poſ-
9 ſit probari per teſtes, † niſi per literas principis,
vt tenet. d. Io. de Plat. in. d. l. prohibitũ. & in iu
ribus ſupradictis. & in. c. Lugduni. 9. q. 2. vbi ha
betur, ꝙ ſine literis nõ eſt adhibenda fides lega-
tis. & glo. in. d. c. nobiliſsimus. 97. diſt. Ad idẽ
facit. d. Bald. in. l. falſus. C. de furtis. 6. col. verſi.
ſed pone. nu. 17. vbi tenet, quòd quando alicui
eſt cauſa delegata, & nondum recepit literas ad
exercendum iuriſdictionem, quòd non poteſt
ea vti, niſi ante omnia fiat præſentatio reſcripti,
etiam ſi ſciat ſe delegatum: quia eius iuriſdictio
pendet ex productione reſcripti. quod dicit ibi
Bald. eſſe notandum. & ibi per eius additio. &
eſt tex. expreſſus in. d. l. prohibitum. Et facit no
ſter text. inquantũ dicit, cumplan las cartas de
poder. quia ſi mandatũ non apparet, quomodo
debet adimpleri? quia mãdatũ debet diligẽter cu
ſtodire. vt in. c. cũ dilecta. de reſcri. & in. l. diligẽ
ter. ff. manda. Et idẽ probatur in prouiſione offi
cij, vbi rex dicit, dende el dia q̃ por vos fuere re
cebido al dicho officio. &c. Et quia ſi non exhi
bet cõmiſsionẽ, vel mandatũ iuriſdictionis po-
teſt excipi contra eum, & eum nõ admittere ad
officiũ. tenet in expreſſo Specu. in titu. de iudi.
delega. §. excipi poteſt. verſ. itẽ excipitur. nu. 23.
quia in iſto caſu nõ poteſt probare per teſtes cõ
miſsionẽ, quia requiritur ſcriptura. tenet Specu.
in tit. de inſtru. editio. §. reſtat. verſi. illud quoq;.
nu. 20. ¶ Sed in hoc pũcto tenerem, ꝙ ſi manda-
tũ iuriſdictionis, quæ in Hiſpania vocatur pro-
uiſio, fuit pręſentata cõcilio, vel cõſiſtorio ciui-
tatis, & fuit receptũ in iudicẽ: quia tũc fuit exhi
bita, & pręſentata ꝓuiſio: ſi perditur, poſsit pro-
bari iuriſdictio & mãdatũ per teſtes. ſecus ſi nũ
quã fuit præſentatum mandatum, quia tũc non
poteſt probari per teſtes. Ita tenet Abb. in. c. cũ
olim. de priuileg. in fi. & dicit ibi hoc tenere do
cto. & ego iſtã ſolutionem teneo, licet ille aliter
ſentiat. & facit glo. in. d. c. nobiliſsimus. 97. diſt.

uan, y aquellas executen y cumplan ſe
gũ que por ellas les fuere mandado. ᵉ Y

in glo. magna. verſi. ſed pone. Et ſic intelligo di-
ctum Iohan. de Plate. in. l. probatorias. C. de di
uerſis offi. apari. lib. 12. vbi ait, ꝙ amittẽs literas
principis approbatorias, poteſt probare tenorẽ
literarũ per peritos, & amiſsionẽ, & ꝙ ſine vitio
ſuo amiſerit: &
ibi de materia.
¶ In iſtis officiis
iuriſdictionũ ad
de, ꝙ tria requi-
10 runtur, †. ſ. electio, & acceptio, & ingreſſus offi
cij. vt tenet Paris de Pute. in tracta. ſyndi. in par
te, in officiis. fol. 108. ante verò non poteſt gere
re. vt in. l. prædio. ff. de feriis. & quia iuriſdictio
nem ſemper debet præcedere exercitium: & in
ea exercenda collatio ſuperioris requiritur, vt
dictus Paris de Pute. vbi ſuprà. ¶ Vbi quoque
tenet allegando Bal. in. l. barbarius. & in. l. 1. ff. de
offi. præfe. auguſt. ꝙ poteſtas anteaquã ingredia
tur palatium poteſtatis, nõ poteſt exercere offi
cium: quia non dicitur eſſe in quaſi poſſeſsione
officij. Et Bald. dixit aliquid in. l. poſt aditam.
C. de impub. & aliis. & in. l. 1. C. de teſta. Et idẽ
Bal. in. d. l. vnica. C. de mãda. princip. dicit, quòd
quis probãdo quaſi poſſeſsionẽ officij, nil agit,
niſi probetur per literas concedentis. l. decerni-
mus. C. de epiſco. & cleri. & in. l. probatorias. &
in. l. ſi qua. C. de diuerſis offi. Et idẽ Bald. in. l. 1.
C. de tranſa. tenet, ꝙ differentia eſt inter officiũ,
& exercitium eius, prout tenet. d. Paris de Pu.
vbi ſuprà. & ſic ſpeciale eſt in literis principis.
11 vt gl. in. d. l. vnica, vbi Bal. dicit, † ꝙ reſcriptũ eſt
ſuper omnia cuſtodiẽdũ ne amittatur: quia ſi nõ
apparet de iuriſdictiõe, nullũ eſſet iudiciũ. per
gl. in. c. cũ in iure. de offic. delega. Et facit quoq;
dictũ Bal. in. l. 1. C. vt lite pendẽ. vbi ait, ꝙ reſcri
12 ptũ nõ prodeſt † ſine pręſentatiõe: & anteaquã
iudici pręſentetur, non aufertur iuriſdictio, nec
cõfertur: & dicit iſtã eſſe veritatem. Ad quod fa
cit, quod not. Inno. & Hoſt. in. c. ex cõqueſtiõe.
de reſti. ſpol. pe. colũ. & in. l. ea quę. C. de tẽpor.
app. in integ. reſti. pet. Et eſt gl. in. c. audita. de re
ſtit. ſpoli. & glo. in. l. eius qui in prouinciã. ff. ſi
cert. pe. & Bald. in. l. falſus. C. de furtis. in. 7. col.
vbi idẽ tenet in ep̃o depoſito, vel trãſlato. & idẽ
in tabellione. & glo. in authẽ. de tabellio. verſi. ſi
verò pręter. colla. 5. in parte, documentis.

Summarium.

1 Iudex debet ſeruare formam ſuę cõmiſsionis, &
ab ea non debet recedere: alioquin quod vl-
trà agit, non valet. num. 7.

Superior

2 Superior non poteſt ratificare geſta per illum, qui aſſerebat ſe eſſe iudicem.
3 Etiam non valent geſta, quæ fiunt præter, vel vltra mandatum.
4 Non valent geſta contra mādatum, etiam ſi partes conſentiant in tranſgreſsione formæ, vel mandati. nume.6.
5 Forma data à ſtatuto, non poteſt inquiſitus renuntiare.
6 Reſcripti forma, quæ eſt merè in fauorem partium, poteſt renuntiari. Secus ſi eſt data à lege, vel cócernit publicam vtilitatem, vel partes contradicunt.
7 Mandatum debet obſeruari in ſpecifica forma, amplia vt hic.
8 Forma mandati eſt ſeruanda, & ab ea non licet recedere, etiam ſi conditio mandantis efficeretur melior.
9 Iudex apponens manus ad annexa mandato, non dicitur excedere fines mandati. nu.27.
Extēde etiam ad caſus ſimiles, & æquipollētes.
Idem dic in mandato procuratoris, arbitri, & teſtis.
10 An vendita vacca, veniat vitulus.
11 An qui tenetur ad emendationem dāni, teneatur ad expenſas.
12 An trāſactio ſuper ſortē, operetur ſuper pœnā.
13 Liberatio ſuper principali, an extendatur ſuper annexa.
14 Arbiter, an poteſt cognoſcere de cohęrentibus, & connexis.
15 Sententia, an valeat ſuper non petitis.
16 Diſpenſatio, an extendatur ad contigua.
17 Sententia, an extendatur ad cōnexa.
18 Fideiuſſor, an cenſeatur obligatus ad cōnexa.
19 Tutor, an teneatur pro non geſtis.
20 Præbenda confertur canonicatui.
21 Mandatarius ad eligendum poteſt poſtulare.
22 Iudex datus ad teſtes recipiendos, poteſt recipere confeſsiones.
23 Iudex datus ad cognoſcendum de compromiſſo, poteſt inobedientem condēnare in pœnam compromiſsi.
Et contumacem in expenſis condēnare.
Et de fructibus, & de terminis ſolutionis iudicare.
24 Arbiter incidenter poteſt cognoſcere de reſtitutione in integrum.
25 Mandatū habens de vendendo, poteſt rem venditam tradere.
26 Procurator ad vendendum, poteſt vendere, & dominium trāsferre, habita fide de pretio.
27 An in mandato iuriſdictionis veniant conſequentia ad petita.
28 Commiſsio cum clauſula, cum incidentibus & dependentibus, quid importet.
29 Procurator licet poſsit neceſſaria ad cauſam, nō tamen groſſa.
30 Connexa vt ſint aliqua, quid requiritur ad hoc.
31 Iudex, vel perquiſitor, nō poteſt cognoſcere de rebus, vel perſonis in commiſsione non contentis.
32 Sententia lata contra formā reſcripti, eſt nulla.
33 Delegatus, qui in cōmiſsione excedit, ordinarius poteſt ſe intromittere.
34 Delegatus, qui delinquit in legatione, an poſsit conueniri coram ordinario loci.

c Mandado. c A quo mādato non debet recedere 1 & debet ſeruare formā ſuæ cōmiſsionis. † text. in l. quicunque. C. de exacto. & execut. lib. 12. & in cap. cùm dilecta. de reſcrip. & in. l. diligenter. ff. manda. alioquin quod vltra agit, non valet. vt ibi. & in. c. venerabilis. de officio delega. & tenet Specula. in titu. de iudice delega. §. ſequitur. & in. l. 20. titu. 4. partit. 3. vbi non debet excedere metas ſuæ iuriſdictionis, aliàs reputatur priuatus. & text. in. l. quicūq;. C. de exempto. & exacto. lib. 12. ibi, hoc tantùm poteſtatis arripiat, quòd mādatum curiæ ſuę ſpecialiter approbetur: per quem dicit ibi Plat. quòd nullus ergo officialis de palatio principis, miſſus ad aliquam prouinciam, non plus poteſtatis ſibi vſurpare poteſt, quàm in ſcriptura mandati ſibi officij continetur, & ſic tale mandatum debet in ſcriptis oſtendere. vt ibi. & dixi ſuprà in glo. cartas. in prin. Et præſumitur dolus in iudice, qui authoritatē ſuam interponit contra authoritatem legis. vt in l. 1. C. de fide inſtrumē. & iur haſtæ fiſca. lib. 10. Et quoque dicitur, per iniuriā fieri illud, quod fit contra ordinem. l. ait prætor. §. permittitur. ff. de minori. & Bal. in. d. c. cùm dilecta. in prin. Quinimo dicit Bald. in. c. ex parte. de reſcrip. nu. 3. quòd qui excedit fines poteſtatis ſibi conceſſæ, pręuaricator eſt mandati. per text. quem dicit laudabilem. in. l. militaribus. C. de decuri. lib. 10. Et quia quis nō habet plus de arbitrio, niſi quantum habet de mandato. vt in. l. qui Romæ. §. Calimachus. ff. de verbo. obliga. & Bald. in. c. abbatem. de reſcrip. nu. 2. vbi in nu. 3. quoque dicit quòd parendum eſt mandato expreſſo omni circuitu, niſi circuitus eſſet neceſſarius: quia ea quæ ſunt ordinis, non debent omitti. ¶ Intantum non valet, quòd ſi aliquis in aliqua cauſa cognouit tāquam delegatus, qui non erat licet

2 licet ille, qui delegare poterat, ratificet, † non valet processus, nec sententia. ita tenet Bartol. in l. obseruare. nu. 6. ff. de offi. procō. & lega. per glo. in l. licet. ff. de iudic. & Bar. & Paul. ibi. & Inno. in c. prudentiam. de offi. delega. num. 7. & tenet Oldra. in l. isthac. C. de iure fisci. lib. 10. n. 12. & tenet Syluestri. in parte, consensus. versi. 5. licet Angel. in d. l. obseruare. dicat, quòd de plenitudine potestatis papa potest ratificare sententiam latā à iurisdictione carente. de quo per Bar. in l. 1. C. vbi de crimi. agi opor. Et vi. singulariter Abb. in cap. significasti. de foro competen. nu. 21. vbi dicit, quòd cōmunis opi. est, quòd nō pōt ratificari per propriū iudicē. & ibi nu. 22. an sententia nulla confirmata à partibus valeat in vim pati. Et nec dum si aliquid fiat cōtra man
3 dati formā, sed etiam si prçter, vel citra. † vt Iohan. And. in d. c. prudētiam. supra, verbo, iura. dicens per illum tex. æquiparari citra, contra, & prçter. Intantum hoc procedit, etiam si partes
4 consentirent † in transgresione formæ datæ in rescripto Bart. in l. de his. ff. de trāsac. & Butrig. in d. c. prudentiam. 23. col. & Bald. in l. 1. C. qui admit. & in tracta. schismatis. 3. col. versi. prædictisquoq; accedat. posito in rub. C. si quis aliquē testa. prohib. Et ideo dixit Iohan. de Imol. in l. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig. 1. col. quòd si millies partes sint in cōcordia, vt forma non seruata habeatur pro expressa, nil operabitur talis conuentio, vel voluntas ipsorum: quia omnis solēnitas, seu substantialis forma, est publici iuris: vt in l. terna. ff. de testa. & in l. nemo potest. ff. de legat. 1. & ideo nō læditur pacto priuatorū. Et facit quoque: quia partes non possunt vti clausula, pro expressis habentes. &c. vt in c. qui ad agendū. de procura. in. 6. & l. sed si quis. §. quæsitū. & ibi Ange. ff. si quis cautio. licet, secus est in principe. l. omnes. & ibi Ange.
5 C. de præscrip. 30. anno. & quia forma † data ab statuto inquisitus renuntiare non potest. tenet Feli. in d. c. cùm dilecta. col. 11. Quod dicit nō procedere, quando forma rescripti esset merè in
6 fauorem partium. † vt Abb. in cap. fi. §. is autē. de offi. delega. quia tunc de consensu partiū potest omitti: imò sufficit tacitus cōsensus earum secundùm enm. per glo. notabi. in. c. olim. el primero. eod. tit. ibi, scientibus partibus. Quia prædicta procedunt, quādo forma est data à lege, vel in rescripto, & concernit publicā vtilitatem, vel partes contradicunt. & tenet Abb. in cap. super quæstionum. §. verum. de offi. delega. Et quia ibi Feli. ad istam regulā, quòd mandatum debet
7 obseruari in specifica forma, † ponit duodecim ampliationes in d. c. dilecta. ibi te remitto, quæ in summa sunt hæc. Prima, quòd debet custodiri etiā in eo, quod verisimile est de mente cōcedentis, sicut illud, quod est pro forma expressa. Secunda, etiam si transgresio formæ induceret faciliorem expeditionem commissionis. Tertia, etiam si partes cōsentiant, vt dictū est. Quarta etiam si solēnitas, quæ est de forma, sequatur actum. Quinta, etiam si alius subrogetur habenti expedire actum cum forma: quia tacitè censetur subrogatus, etiam quoad illam formam. Sexta, etiam in sententia arbitri, quæ est lata contra formam cōpromissi, quia est nulla, etiam si partes emologauerint. vt in c. examinata. de confirma. vtil. vel inutil. Septima, etiam in statutis. Octaua, etiam si solēnitas data pro forma, sit leuis. Nona, etiam si forma impleretur per æquipollens. Decima, & etiam si habens formam limitatam ad præparationē actus, vellet ipsum actum nedum præparare, sed expedire: quia actus non tenebit propter transgressionem. Quas ampliationes, & alias vi. per d. Feli. amplè. Sed ego vltra eas do tibi aliā singul. quòd forma mādati est seruāda: & non licet eam extendere, posito quòd excedēdo conditio mā-
8 dātis efficeretur melior. † tenet singulariter Andre. Sicul. Barb. in d. cap. prudentiam. de offi. delega. 8. col. per text. singu. in l. 3. §. in bello. ff. de re militā. & ego allego Iohan. de Plat. de quo oblitus est Barb. in l. Seruū. C. de delatori. lib. 10. nu. 1. & voluit sentire Feli. in d. cap. cùm dilecta. col. 11. Ampliatur prima, dum dicit, quòd mandato nil boni videtur addendum. Et narrat illud de Iulio Cæsare, qui cùm in domandis hostibus quinque annorum spatiū sibi permissum pertransisset, licet gloriosè triumphasset, honor tamen sibi debitus denegatus est, nec vrbem ingredi permissus est, eo quòd vltra terminum sibi præfixum moram traxisset. quod facit, secundùm Plate. vbi suprà contra nuntios, & ambasiatores, qui aliquid agūt vltra quod habent in mandatis, quòd etiam si bene gerant, sunt puniēdi per dict. §. in bello. Quod dicit ibi additio, quod obseruant Veneti, qui acriter puniunt suos ambasiatores, si agunt vltra, quòd eis mandatū fuerit, siue bene, siue malè agant. Quod facit contra istos procuratores, & nuntios ciuitatum, & villarum huius regni, qui mittūtur ab ipsis: qui aliquando excedunt mandatum, & instructionem, quā ab ipsa ciuitate portāt: quia debent puniri. etiam si bene gerant vtilitatem reipublicæ. Quod ego aliquando volui punire, saltē in amissione salarij. Et ibi glo. in d. §. in bello dicit, quòd

i.

quòd facit pro prælatis cōtra subditos: tenet illa
glo. non sit Accursij secūdū Bart. ibi. & facit in
simili quod tenet Angel. in cōsi. 225. quasi in fi-
ne. vbi tenet per. l. fi. C. de negotiis gestis. & per
l. si pro te. ff. mandati. quòd ingerens se domino
inuito, quantūcūq; domini negotia bene gerat,
& de suo expendat, non repetit per dicta iura. li
cet contrarium teneat glo. & malè. in. l. soluēdo.
ff. de negotiis gestis. de quo plenè per Barto. in
l. stichum. §. fina. ff. de nouatio. ¶ Si iudex po-
9 nit manus ad annexa mandato, † non dicitur ex
cedere fines mandati. est glos. in. c. licet ergo. 8.
q. 1. loquendo in iudice delegato: & quia tale mā
datum extenditur ad casus similes, & æquipol-
lentes. vt in. l. fi. §. fi. ff. manda. & tenet Alex. in
consil. 40. in. 5. volu. nu. 11. & Feli. in cap. trans
lato. de constitu. col. 5. vbi dicit, quòd idem est
in procuratore, & in arbitro. vt Inno. in cap. di-
lectus. de arbitris. & idem est in teste. vt Bal. in
l. perēptorias. circa finē. C. sent. recur. non poss.
& Hippoly. de Marsi. in cepeti. rubr. ff. de fide-
iusso. nu. 189. vbi tenet quod Felin. & Paul. de
Castro in consi. 28. & Abb. in consi. 62. in. 2. vo
lumi. pro quibus dicit Hippol. quòd est text. in
l. sed ades. §. si quis mulierem. ff. loca & Bald. in
cap. 1. de capi. qui. curiā vendi. & in. d. c. transla
10 to. vbi dicit, quòd vēdita vacca, † venit vitulus
qui est in corpore, & etiam vitulus natus, qui nō
dum pascitur herbis. Et faciunt alia plura sin-
gularia in materia dicta per Felin. in dicto capi
tu. translato. & in cap. causamque. de re iudi. in
2. & 3. colu. Et Hippoly. vbi suprà tenet, quòd
ille, qui tenetur ad emendationem damni, tene-
11 tur etiam ad expensas, † quæ fiunt occasione dā
ni. vt in. l. si seruus. §. rumpi. in verbo, verū sum
ptus. ff. ad. l. Aquil. & Alexan. in. l. 2. in princi.
ff. si quis cautio. vbi quoque dicit, quòd transa-
12 ctio facta † super sorte, operatur etiam super pœ
na tanquam super cōnexo. Quod sequitur Fe-
li. in cap. super literis. de rescrip. 13. col. vbi quo
que dicit, quod iurisdictio super principali, ex-
tenditur ad cōnexa. Et idem, quòd liberatio fa-
13 cta super principali, extenditur ad cōnexa, † &
dependentia, etiam non expressa secundū Feli.
ibi, & Abb. in consilio. 18. in. 2. volu. vbi arbi-
14 ter † potest cognoscere de cohærentibus, & con
nexis, etiam si in cōpromisso non sit dictum. Et
facit quod dicit Iohan. de Ana. in cap. licet heli.
de simo. vbi ait, quòd valet sententia super non
15 petitis, † quando non petita sunt cōnexa, vel de
pendentia: quia illud, quod est de appendiciis,
dicitur ad propositum, & pertinet ad articulum.
vt Bald. in. l. testiū. in. 3. col. C. de testi. & Ang.
in. l. iam dubitari. ff. de hæredi. institu. & quia di
16 spensatio † extenditur ad contigua. glos. in cap.
17 quia in tantū. de præben. Item sentētia † exten
ditur ad connexa. vt habetur in. l. si cùm tibi. C.
de iud. & ibi Bar. & Hippoly. de Marsi. in. d. re-
pe. vbi in num. 187. & 188. tenet quòd est idem
in fideiussore, quando obligatur pro aliqua ad-
18 ministratione, † censetur obligatus pro omni
actu cōnexo ad illā administrationē. argu. in. l.
lucius. §. Paulus respondit. ff. de administra. tu
to. & ibi Bar. ¶ Et facit quod dicit Bar. in. l. non
quasi. §. 1. ff. rem pupilli. salu. foc. vbi ait, quòd
si tutor quædam negotia pupilli gessit, & quæ-
19 dam non, quod tamē pro nō gestis etiam † tene
tur, & hoc propter conexitatem. Et potest esse
ratio: quia cōnexorum, & dependentium idem
est iudicium: & idem iudicamus de connexo,
quod de principali. vt in. l. perinde. §. si seruum.
ff. ad. l. Aquil. & Bald. in. l. quid ergo. §. sufficit.
ff. de iudi. cōtrar. tutel. ¶ Idem quoq; est de col
20 latione præbendæ consuetę † conferri canoni-
co, quia confertur canonicatus: nō quia sit acces-
soriū, sed ratione cōnexitatis. arg. in cap. si quis
obiecerit. p. q. 3. & Imol. in cap. cum. m. de con
stitu. col. 18. & Feli. in dict. cap. translato. vbi la
tissimè de iuribus illorum cōnexorum. & Hip-
poly. de Marsi. in. l. 1. §. frater diuus adrianus. ff.
de quæstio. nu. 8. vsque in finē. ¶ Adde quoq;,
quòd mandatarius ad eligendum potest postu-
21 lare. † glo. in cap. Innocens. 22. q. 4. & in cap.
cū in causis. de electio. Et quia iudex, seu execu
tor faciens id, quod non multùm differt à man-
dato, non dicitur fines mandati excedere. vt ibi
glo. in. d. c. innocens. Et sic iudex datus ad reci-
22 piendū testes, potest recipere cōfessiones, † &
dicetur confessio iudicialis: quia hoc est iuxta
mandatum, licet non sit mandatum. tenet Rota.
decisio. 24. in antiquis. in titul. de probatio. &
in antiquioribus in titul. de testibus. decis. 3. ¶ Et
idem Rota in decisio. 1. de arbitris. in antiquis.
dicit, quòd iudex datus ad cognoscendum de cō
23 promisso, ad finē vt obseruetur, † potest inobe
dientem condēnare ad pœnam compromissi.
¶ Item talis arbiter potest in sua sententia con-
dēnare contumacem in expensis. ita Inno. in. c.
ex parte. de arbitris. ¶ Itē iudicare de fructibus,
& de terminis solutionis: quia ista cōtigua sunt
compromisso, licet in eo non expressa. & sequi
tur Abb. in. c. cùm dilectus. de arbitris. colu. 5.
¶ Quoque arbiter potest incidenter cognosce-
24 re de restitutione in integrū. † Et est ratio: quia
non est extra compromissum, sed ipsi negotio
in hæc. & secundùm Angel. in. l. si vacantia. 28.
col.

col. C. de bonis vacan. lib. 10. & quia ratione incidentiæ ampliatur iurisdictio. vt Abb. in cap. 1. de in integr. resti. Et ideo dicit Butri. & Imol. in cap. cùm inferior. de maio. & obedi. quòd si mandetur iudici, vt aliquem capiat, & condemnet, certè potest eum absoluere, si meretur, quia hoc est contiguũ mandato, nisi esset merus executor. Et idem est in teste, vt latè Feli. in d. cap. causamq́; de re iudi. 2. & 3. col. vbi quoq; tenet, quòd habens mandatũ de vẽdẽdo, potest etiam
25 rem venditam tradere. † vt Angel. in l. si quis prohibuerit. ff. de publici. Et quòd procurator datus ad vendendum, potest vendere, & domi-
26 nium transferre, habita fide de pretio, † aliter non interueniente pecunia. tenet Abb. in cap. olim. el primero. de offici. delega. colũ. 2. exceptis casibus, vt ibi per Felin. & per docto. in l. à diuo pio. §. sed si emptor. ff. de re iudi. ☞ Et li-
27 cet mandatũ iurisdictionis † sit strictum, veniunt consequentia ad petita. vt Bald. in l. fina. 2. col. C. de fideicõmiss. liberta. & Innocen. in cap. episcopi. de rebus eccle. non alienan. dum dixit, quòd legatus datus vt reducat ad proprietatem malè alienata, potest cognoscere de possessione, tñ super extraneis nõ potest cognoscere. vt Bald. in dicto cap. causamque. ☞ Et Felin. in dict. cap. cum dilecta. col. 18. versicu. limita secundo. tenet, quòd quando iudex facit illud, quod non multùm differt à mandato, non dicitur excessisse fines mandati, dummodo sit vicinũ mãdato. Et quando dicatur vicinum mandato, vel connexum, tractat singulariter Felin. in cap. sedes. eodem titu. de rescrip. col. 4. versicu. & pro hoc vltimo. allegando Aegidi. de Bellame. de-
28 cisione. 328. vbi dicit, quòd si Papa † ad instantiã alicuius cõmisit causam, adiecta clausula (cum incidentibus, & dependentibus, & connexis) intelligitur de his, quæ sunt eiusdem naturæ, cuius est ipsa causa, scilicet de iudicialiter agitandis. de quo dicit. nunquam obliuiscaris. & quia concessa iurisdictione in genere, veniunt ea, sine quibus iurisdictio non posit expediri, etiam si sit maioris iurisdictionis. per. l. quotiens. C. de iudic. vt Bartol. in l. 2. colu. 2. ff. de iurisdic. omnium iudicum. Sed hoc intelligit Felin: vbi suprà, dummodo sint eiusdem speciei. Facit ad idem, quod tenet Rota. decisione. 23. in titulo de procuratorib. vbi ait, quòd licet procurator
29 posit necessaria ad causam, † nõ tamen grossa, quæ posit dominus: sicut offerre se ad spontè confitendum, consentire testium examinationi, sine citatione, & similia, quæ non veniunt in mandato: sicut ne donatio, aut liberalitas, secundùm Felin. vbi suprà in tertia col. versicu. & dicit Rota. ☞ Tu quoque nota singular. verbum Felin. in dicto cap. translato. de constitu. 5. colũ. vbi tenet, quòd ad hoc, vt aliqua sint connexa,
30 † non sufficit, quòd eodem tempore sint facta, nisi simul. Quod ego iam pluries inculcaui: & in quadam cõmissione Regia, virtute cuius, quidam perquisitor in ciuitate Placentiæ procedebat contra priuatas personas de causis, quæ non erant expressę in cõmissione, nec in ipsius petitione, & volebat eam extendere ad eas ratione verborũ contentorũ in dicta prouision, ibi, sobre lo annexo, y connexo: sed quia illæ iniuriæ non erant factæ tempore, quo iniuria principalis fuit facta, sed postea, non poterat ille iudex de hoc cognoscere: & non obstante allegatione partis declinãtis iurisdictionem, ille perquisitor protulit sententiam in eos: quæ sententia in causa appellationis fuit reuocata in curia regali: & iudex, qui eam tulit, fuit in expensis condemnatus, & in salariis. Quod ego ei dixi anteaquam pronuntiaret, & noluit credere mihi. Et allegaui quoque ei, quòd illæ iniuriæ non erant deductæ principi in petitione, nec habebat in mandatis, vt de eis cognosceret: quia iudex delegatus, seu perquisitor, non potest co-
31 gnoscere de rebus, † vel personis in cõmissione non contentis. vt in cap. 1. & glo. de offi. de lega. & in cap. cùm olim. eodem titul. tenet ad literam. Specula. in tit. de iudice delega. §. sequitur. versi. Item ad eius officium. nume. 2. & text. in l. 20. titu. 4. parti. 3. versicu. Otrosi dezimos, que el delegado no se deue trabajar en otro pleyto entre ellos, sino en aquel, que señaladamente le fue encomẽdado que librasse. Et rectè fuit condemnatus ille perquisitor in redditione salarij, & in expẽsis: & in sua sentẽtia fuit nulla pronuntiata. ☞ Et facit quòd sententia lata contra formam rescripti & commissionis, est nulla.
32 † tenet Paulus de Castro in l. cùm quærebatur. ff. de re iudica. & Paris de Pute. in tractat. syndica. in parte, iudex. an si iudex mandat. nume. 9. fol. 142. in libro portat. ait, quòd si iudex extendit iurisdictionem suam ad aliam rem, super quàm non est ei commissa, præter consensu partium, tenetur ad interesse. per text. in capi. sacro. de sententia excõmunicatio. ☞ Et inquantum tenet, quòd fallit, si de consensu partium iudicat, idem tenet dict. l. 20. partitæ. ibi, fueras ende por auenencia de ambas las partes. Idem tenet glos. in extrauagan. sedes apostolica. de concessio. præben. in parte, tenorem. vbi ait, quòd forma mandati, & tenor, est ex acta diligentia

ligentia obseruandus, aliàs processus non valeret iudicialis: secus partialis, idest per partes habitus, & factus. Quod intellige vt suprà dixi, quando forma rescripti est merè in fauorem partium, secus si ob publicam vtilitatem. ¶ Sed dubitatur, si delegatus, seu perquisitor in iurisdictio

q̃ durãte el tiẽpo q̃

33 ne excedit, † si ordinarius iudex potest intromittere. Quod videtur: quia ordinarius supplet negligentiam; seu malitiam delegati, quando ex tali oritur peccatum: sed in alia causa pecuniaria non intromittit, sed remittit eam ad superiorem. tenet Abba. in cap. significauit. de officio ordi. nume. 2. ¶ An delegatus delinquens in delegatione sua

34 † possit cõuenire coram ordinario loci: Doctores Legistæ hanc quæstionem tractãt in authenti. si qua in prouincia. C. vbi de cri. agi oporteat. Tamen Abb. in capitulo fina. de rescrip. fina. colũ. nume. 17. concludit, dicendo. Aut delegatus delinquit in non procedendo, quia tunc solùm excessit cõtra Regem, vel Papam in nõ parendo mandatis ipsius, non potest per alium inferiorem puniri. Aut delinquit ioiquè agendo, & tunc potest puniri per ordinarium loci: quia non conuenitur vt delegatus, sed vt criminosus. Tunc dicit ibi Abbas, quòd Iohannes Andreas ibi dicit se non credere, quòd pẽdente causa coram eo, possit puniri, nec conueniri coram ordinario, saltem vbi impediretur procedere in causa sibi commissa, & delegata. Nam respectu illius causæ duntaxat, est maior ordinario. vt in capitulo, si duisti. de offici. delegat. Vide glossam in capi prudẽtiam. §. adnicimus. de offici. delegat. in verbo, arguendus. Sed ego credo, quòd Abb. dicat verum, & glossa ibi intelligatur, quando delinquit in non exequendo mandatum, quòd tunc redarguatur, & superior puniet eum. Et Barba. transit cum illa glo. Et Montal. in. l. 4. tit. 7. foro legũ. lib. 1. in glo. fi. in fine, tenet indistinctè, quòd ordinarius potest punire delegatũ principis delinquẽtem in processu causæ, & abutentẽ iurisdictione. vt in authenti. vt iudices sine quoquo suffragio. §. volumus. collatio. secũda. Et Anchara. in Clementi. prima. de offi. ordina. sed summa Syluestri. in parte, iudex. primo. §. 7. transit cum Abb. vbi suprà. quam vide. ¶ Et vide Iasonem in. l. secũda. ff. de in ius vocan. numero. 2. versicu. adde. vbi tenet, quòd si delegatus Papę delinquat, potest accusari coram ordinario, & puniri postea finito officio. Et dicit esse glo. singulari, in dicto capitulo fina. de rescrip. & textus, & ibi Abb. in capit. fina. de statu monacho. Et vide singulariter Iohan. de Plate. in. l. siue ex prætoriano. C. de executori. & exactori. lib. 12. vbi expresse tenet, quòd si delegatus à principe delinquit in prouincia, præses cõtra eum cognoscit, licet aliàs de

tuuierẽ el officio[d] q̃

legatus maior præside reputetur.

Summarium.

1 AN plura officia quis potest habere. & numero. 6.
2 An potest quis esse in pluribus collegiis.
3 Habens iurisdictionem ordinariam in ciuitate, non potest legere, nec cathedram ordinariam habere.
4 Officia compatibilia, an potest quis habere.
5 Dispensatus vt quis habeat duo officia ex necessitate, intelligitur pro tribus annis.
7 Officia incompatibilia, quæ dicantur.
8 Quæ sit pœna habentis plura officia.
9 Quando quis eligitur ad duo officia compatibilia, duo salaria debet habere.
10 Idem in doctore vtriusque iuris, qui dat vocem in vtroque, duo salaria debet habere.
Idem dic in distributionibus quotidianis, quæ debentur duplicatę illi, qui duplici iure interest diuinis officiis.
11 Quando labor minuitur, salarium minui debet.
12 Qui habet duo officia, debet habere familiã pro vtroque.
Et pro vtroque debet stare ad duos syndicatus.
13 Si eligitur ad duo officia in eadem ciuitate, an retineat primum, vel secundum.
14 Doctor debet intendere in illa scientia, & perseuerare, quam semel elegit.
15 Rex potest de duobus officiis facere vnum, & alterum supprimere.
16 Officium an quis debeat habere pro vno anno: & an puniatur, qui vltra annũ habet officiũ.
An si fiat electio officij vno contextu, per triennium vitietur.

d Officio. [d] Rectè dicit, officiũ: quia nemo potest habere duo officia

1 † & sic duos magistratus, sed vnũ tantũmodo. tex. in. l. 2. tit. 16. lib. 2. in ordi. reg. in fi. & in. l. 14. ti. 2. lib. 7. in eisdẽ ordi. text. in. l. nemo. quæ est lex fina. C. de assesso. quia nemo potest subire vicem duorum vt ibi. quia cũ ad vtrunq; festinat, neutrũ bene peragat: & quia qui binos lepores

vna

vna sectabitur hora, vno quandoque, quandoq;
carebit vtroque. & in. l. si plures. ff. de pactis. &
in. l. quisquis. C. de postulan. & in. l. hac parte.
& ibi glo. & in. l. comperimus. C. de proxi. sa-
cro. lib. 12. & ibi doctor. & in. l. 1. C. de praeposi.
agenti. in rebus. eod. lib. & habetur in. l. si cõsul.
ff. de adoptio. Specula. in titu. de iura. calum. §.
tertio. versi. quicquid aliquid. per glo. & docto.
in cap. ex literis. de probatio. c. fina. de institu.
& in cap. per nostram. de iure patro. cap. debitũ
debeatis. tex. in cap. cùm singu. de praeben. in. 6.
vbi singula officia singulis personis committi
debent. & vna persona non debet habere duo
officia, sicut singula membra corporis, singulos
actus habent. vt in capitu. 1. 89. distinctio. & in
cap. praesbyteros. 16. quaestio. 1. ¶ Et in expres-
so tenet Angel. in. l. si quis decurio. C. ad legẽ
Cor. de fal. dicendo, quòd vnus non potest ad
duorum magistratuum officia deputari: quia nõ
est credendũ duabus causis tam necessariis vnũ
sufficere: quia exercendo vtrunque, ne vtrum
bene perageret. vt in dicta. l. nemo. Et sic non
potest habere quis duo correctoria, nec duas mi
litias, quae requirunt continuũ exercitium per-
sonale: cùm sit impossibile esse eundem in eis-
dem, eodem tempore militare. vt in dictis iuri-
bus cauetur: & in. l. his quidem. §. in posterum.
C. qui milit. poss. vel non. lib. 12. ¶ Vt in eo, qui
2 vult esse in pluribus collegiis † & societatibus,
ita quòd à seruitio vnius anocetur à seruitio al-
terius. Similiter nõ potest quis aspirare ad duo
officia, quibus noo bene sufficeret, secundùm
Angel. vbi suprà, vbi ait, ꝙ cum salario, nec sine
salario non potest quis aspirare ad dicta officia:
& quia si dicta officia & honores sunt magni,
per quos & amicis fauor, & inimicis timor pos
sit incuti. vt in. l. libertus. §. praescriptio. ff. ad
municip. & in. l. penul. ff. de assesso. ¶ Et ideo
3 dicit Bart. in. l. lecta. † ff. si certum peta. num. 33.
quòd habens administrationem iurisdictionis
in ciuitate, non possit legere ordinariè, nec ca-
thedram habere. Quod facit contra istos audi-
tores chancellariae Pincianae, qui habẽt audien
tiam & regũt cathedrã dicti studii: quod iam est
de remedio per nostrõ Carolũ prouidẽter con-
sultũ, vt vnũ tantũmodo habeãt officiũ, & fuit
in praxim deductum. Quod manifestè videtur
in splẽdidissimo doctore de Mãcauedo, qui cũ
vtrũq; habuisset, deposuit officium auditoris,
cathedrãq; amplexus est, siue delegit. Et vi. ibi
per Alex. in nu. 11. ¶ Tamẽ licet hoc sit verum,
si princeps, vel populus, qui habet authoritatem
principis eligat sciẽter doctorem legentem, ad
officiũ videtur dispẽsari: quia certa sciẽtia prin-
cipis aequiparatur clausulae (non obstantibus)
quãdo nõ tollitur ius tertii. Ita tenet Bal. in pro-
oemi. feudo. 13. col. & Archi. in. c. si eo tẽpore. de
rescri. in. 6. Tenet hoc Marti. Laudẽ. in tract. de
legatis principũ. tomo. 5. tract. q. 29. fo. 256. ¶ Ta
4 men si dicta officia sunt † compassibilia, & po-
test eis cõmodè seruire, bene potest ea habere.
vt in. l. fi. ff. de assesso. Et sic concordatur text. in
l. ff. quando appellan. sit. vbi praesens in ordine
decurionũ sederit consiliarius: nã illi duo hono-
res sunt cõpassibiles, nec sunt ambo cũ salario:
& solũ per vnum decurionatũ potest incuti fa-
uor, & terror, & nõ per aliam. licet Inno. timuit
illum tex. in. c. irrefragabili. de officio ordi. &
non soluit. ¶ Plura antẽ officia cõpassibilia po
test quis habere, si non sunt onerosa: quia nõ est
verisimile aliquẽ affectare, quia concurrit ambi
tionis suspitio. vt in. l. tria onera. ff. de excusa. tu
to. secundùm Ange. in. d. l. si quis decurio. ¶ Et
vide Iohan. de Plate. in. l. maior. C. de dignita.
lib. 12. nu. 2. vbi tenet, quòd licet quis vno tem-
pore non possit plures dignitates habere, nec
continuare, imò incidit in ambitum. vt in dicta
l. fi. de assesso. C. & in. l. fi. C. ad legem Iuli. de
ambitu. ¶ Tamen potest habere plures dignita
tes, & officia, & honores eodem tempore, si non
habent administrationẽ annexam, etiam si vna
habet annexam, alia non. vt in prima constitu.
C. §. ideoq́ue. ibi, consularem atque patricium.
& in. l. 1. & 2. C. consu. lib. 12. si autem habent
annexam, tunc si inter se continent repugnan-
tiam, siue per actũ vnius impeditur administra-
tio alterius, & sic non compatiũtur ad inuicem,
tunc non potest habere. vt in. d. l. eis quidem.
C. qui milit. non pos. lib. 12. & ibi Plate. secus
si compatiuntur ad inuicem. l. si consul. & l. se-
quenti. ff. de adop. & ibi per Barto. & Plate. in
d. l. maior. ¶ Et idẽ tenet Barto. & Plate. in. d. l.
cõperimus. C. de proxim. sacro. scrini. lib. 12. di
cendo, quòd licet non possit quis ad duo offi-
cia fungi, fallit si sunt connexa, & circa idem,
quae quasi pro vno reputentur. vt in dicta. l. eis
quidem. & ibi docto. Ex quo infert Bart. & Pla.
& Angel. in. d. l. cõperimus. ꝙ potestas potest
quẽ deputari vt sit iudex, & notarius maleficio
rum, cùm officia nõ sint diuersa, sed circa idem
tendentia. Et similiter si iudex, qui erat tabellio,
scripsit acta corã se facta, quòd ex illis iudicare
potest, & tenet sentẽtia: cum hoc casu possit ex-
ercere duo officia circa idẽ tendentia. Quod est
notandum. Vide quae dicã in. c. 36. infrà eod. in
scripto. nume. 3. ¶ Et licet quis nõ possit habere

officia incompatibilia, fallit, nisi aliud operetur
hominis, vel iuris dispēsatio. vt Ab.in.c.ex lite
ris.de probatio. ¶ Et causa vtilitatis, & necessi-
tatis. vt glo.ibi.& Bar.in.l.sancimus. C. de exe-
cuto.& exactori.lib.12.dicendo, quòd ex neces-
sitate potest quis suscipere duo officia simul, &
semel, sed non tria. Et idem tenet Plate.in.l.1.C.
quemadmo.ciuilia mune. lib.10. Et idem tenet
Plate.in.l.hac parte, C.de proxi.sacro. lib.12. &
in.d.l.his quidem. qui milita.nō poss.nu. 1.&.2.
¶ Quinimo dicit Felin. in.d.cap.ex literis.nu.
10. quòd non potest dispensare etiam ex causa,
vt quis habeat tria officia. ¶ Adde, ꝙ dispensa-
5 tus vt habeat † duo officia ex necessitate, intelli
gitur pro tribus annis. vt in.l. sancimus. C. de
executo.& exacto. lib.12.sequitur Alex.in ad-
ditio.ad Bar.in.l.si cōsul. ff.de adoptio. ¶ Quo-
que potest habere duo officia, quando non sunt
repugnantia. vt Cyn. in dicta.l. si quis decurio.
vel quando tendunt ad eundem finem. vt Bart.
in.d.l.comperimus. secus quādo sunt protinus
diuersa, vt ibi.& Paris de Puteo in tracta.syndi
catus.in parte.officium nemo.fol.192.nume.3.
¶ Et ansi dicta officia sunt publica, aut priuata, si
potest quis simul habere. vide singulariter Pe-
trū Antiboll. in tract.de muneri.in.3.parte, nu.
61.tomo. 6.tracta. foli. 24. ¶ Quoque non po-
6 test quis habere duas † iurisdictiones, vt dictū
est. Quod intellige in contentiosis, secus in gra
tuitis.vt glo.in.d.cap. ex literis.& ibi Felin.la-
7 tè. nume. 10. ¶ Quæ autem dicuntur † officia
incompatibilia, vel compatibilia, & non repu-
gnantia, in hoc non potest dari certa doctrina,
sed secundùm qualitatem, & varietatem facto-
rum, personarum, ac officiorum, potest iudicari
secundùm Abb.in. d.c.ex literis. ¶ Sed quæ sit
8 † pœna habentis plura officia. Bart.in.d.l.quis-
quis.C.de cohartali.princip.lib. 12.dicit, quòd
lex, seu statutum dictat; quòd habens vnum offi
cium, nō debet aliud accipere: quòd si accipiat,
ille qui sic accepit, careat officio accepto, & eius
effectu, & etiam punitur in hoc, quòd non de-
bebit habere stipendium primi officij. nec eius
priuilegium. Quod sequitur Ludoui. Roma.in
singula.388.vbi dictum Bart.cōmēdat. ¶ Sed tu
vide dictū Pari. de Put.in.d.tracta.in.d.parte.
officiū nemo.fol.192.vbi ait, quòd quando quis
assumit duo officia, & non potest habere nisi
vnum, nō potest habere salarium nisi primi of-
ficij tantùm. ¶ Sed tu dic, quòd quando quis eli
9 gitur ad plura officia † cōpatibilia, debet duo
salaria habere, sicut gerit duo officia. Ita Bald.
in dicta.l. binos. C. de aduoca. diuerso. iudi. &
per eundem in cap.1.vlti. col.si de feud. guar. &
Paul. de Cast.in.l.si eadem.de assesso. Ange. in
authen. vt determi.sit num.cleri.colla. 1. & in.§.
illud autē.in authen.vt iudi.sine quoquo suffra.
colla.3.& ibi quoq; Ange.& Feli. in.c. trāslato.
de constitu.nu.6.& Feli.in.c. cùm olim.de re iu
di.nu.1.vbi alia iura allegat. ¶ Vbi quoq; dicit
quòd si plura officia vniūtur, debentur duo sala
ria habenti vtrunq;, tanquā vnum. ¶ Et idem, si
archidiacono debetur procuratio visitationis: si
visitat vt vicarius, habebit duplicem procuratio
nem. vt docto.in cap.nuper.de censi.& Bald.in
dicta.l.si consul.de adoptio.ff. in fine.dicens, ꝙ
qui gerit vices plurium officialium, meretur sa
latium cuiuslibet. ¶ Et facit, quod tenet Iohā.de
Plat.in.l.quòd maior. C.de dignita. lib.12.nu.3.
vbi dicit, quòd cùm quis vtitur duplici officio
ex lege, vel statuto, vel superioris permissione,
habebit duplex salariū. per glos.in.d.§.illud.in
verbo, officiū. & est casus in.l.his scholaribus.
C.de eroga.milit.anno.lib.12. Quia quotiens iu
ra duorum concurrūt in personam vnius, idem
seruatur in personā vnius, quod in duobus. l. si
quis mihi & tibi.in prin.ff.de lega.1. &.l.titius.
§.qui marco.ff.de annuis lega.l.tutorē. ff. de his
10 quibus vt indig. ¶ Idē dic in doctore † vtriusq;
iuris, qui dat vocē in vtroq; duo debet habere sa
laria. vt tenet Bal.in.l.ad scribatū. C. de appell.
nu 2. Idem tenet Paris de Put.in.d.tract.in par
te, salariū. nu.2.fol.216. ¶ Et idē Bal.in cōsi.470.
in.4.vol.loquēdo in distributionibus quotidia
nis, quia debētur duplicatæ illi, qui duplici iu-
tur à parte. & Bar. in. l. dies cautioni. §. hoc autē.
ff. eod. titu. de damno infec. latè Alex. in. d. l. de
pupillo. §. ſi quis ipſi. ff. de noui ope. nuntia. &
Anto. in cap. venerabilis. de iudi. & Abb. in ca.
fi. de reſcrip. colum. fi. nu. 16. vbi omnes tenent,
ꝙ negligentia iudicis non præſumitur, niſi poſt
proteſtationem, & interpellationem: quia non
tenetur officium ſuum impartiri non poſtulatū
ad vtilitatem priuatam. vt in. d. §. hoc autem. &
ibi Bar. & docto. & latè Paris de pu. in. d. tracta.
ſyndicatus. in parte. an & quando. folio. 40. vbi
idem tenet. ¶ Ex quo infert Abb. in. di. c. fi. in
dict. nume. 16. quòd ſi ſtatuto cauetur, quòd ſi iu
dex non finiet quæſtionem infra certum termi-
num, debeat ſoluere pœnam certam: ꝙ iudex
non incidit in pœnam, ſi nō fuerit petitum, ſeu
interpellatum à partibus, vt decideret infra ter-
minū. Quod facit ad. l. 1. tit. 15. lib. 3. in ordi. re-
gali. quæ lex ponit pœnam iudicibus non pro-
nuntiantibus contra terminum illius. l. quia in
illam

illam pœnam non incidunt, si eis non fuit re-
quisitum, vel protestatio eis non fuit facta.
¶ Quoque facit pro iudicibus, qui vocantur,
del regimiento: quia si infra terminum sibi da-
tum postquam est appellatum causam non diffi
niunt. vt in.l.6.titu.delas appella.in ordina. re-
gali.& in pragmatica facta per nostrum Caro-
lum regem in curiis Vallisoletanis, anno.1523.
in ordine consi.in qua cauetur, quòd incidant
in pœna ibi contenta, & in interesse partis ap-
pellantis: intelligitur, si fuit eis requisitum, &
protestatum, aliàs secus per supradicta. Et idem
tenet Abb.in capitulo penu. columna pe.de iu
dic.& Cataldi.in trac.syndicat.in versiculo.42.
incipiente, Adde quòd iudex.& Barb.in capi-
tulo, consuluit. de offi.delega. columna.4.&
Hippolyt.de Marsi.in sua practi.crimi.§. nunc
videndum.numero.4. Pro quo dicit, quod fa-
cit textus in.l.prima.§.magistratibus.ff de ma-
gistra.conueni.vbi dicitur, quòd magistratus,
qui non dedit tutorem, vel curatorem minori,
tenetur. Quod est verum, si interpellatus fuit,
aliàs secus. Quod tenet Iohan.Calde.in consi-
lio.[illegible].titulo, de pœnis. vbi si per statutum impo-
nitur iudici pœna, si non administrauerit iusti-
tiam: si non fuit petitum per partem, non cadit
in pœnā. vt tenet Hippolytus de Marsiliis in.l.
vnius facinoris.§.cognituram.ff.de quæstion.
numero.4.cum sequentibus.& Iohan. de Plat.
in dicta.l.iudices.numero.4.vbi ait, quòd offi
cialis non præsumitur negligens, nisi fuerit pro
testatum.allegando Bald.in dicta.l.damni.§.sa-
bini & tenet idem quod Abb.in dicto capitu-
lo finali, de rescrip.de iudice non decidente cau
sam infra terminum, quòd in pœnam non in-
currit, si ei non fuit protestatum. Et faciunt no-
tata per Andre.Barb.& Anto. Fran. in additio.
ad Abb.in capitulo, licet ex suscepto. de foro cō
44 pe.in prima additione.vbi idem tenent, allegan
do plura iura. ¶ Ad quod facit. quia iudex † sem
per præsumitur paratus reddere ius: quod pro-
batur eo ipso, quòd non probatur contrarium.
vt glossa in.l.prima.C.de testament. mili.& sic
pro iudice præsumitur. vt in.l.2.C.de offi.ciuil.
iudic.& quòd si non appareat de interpellatio-
ne, præsumitur iudex paratus reddere iusti-
tiam. ¶ Quæ interpellatio debet fieri post con-
clusionem in causa, quando fit super processu
concluso. vt in dicta.l.ordina.vt in authentica,
Item si appellatum.& ibi Bald.C.de tempo.ap-
pella.& per eundem in additio.ad Specul. in ti-
tulo de appella.§.primo.versi.mora.& per Iohā.
de Imol.& Philip.Fran.in capitulo, ex ratione.
de appellatio.& Alexand.in dicta.l.de pupil-
lo.§.si quis ipsi prætori.prout tenet dict. Anto.
Fran.vbi suprà. ¶ Vbi quoque ait, quòd iudex,
qui non facit id, quod ab eo petitur per par-
tem, non allegata ratione quare non facit, di-
citur esse negligens. Et hac de causa semper
ego soleo respondere protestationibus factis cō
tra me, quæ in nostra Hispania, requerimien-
tos, vocantur, ne videar negligens, & consen-
tire. Quia vti ait Bald.in capitulo primo de mi-
lit. vasa.qui contu.est in vsi.feudo.numer.pri-
mo, qui non loquitur, & obmutescit, iustitiam
denegare videtur. Et sic, quòd iudex requisi-
tus de iustitia, vel de expeditione causæ nil
respondens, dicitur esse in mora, & iustitiam
denegare. Quod etiam voluit Philipp.Fran.in
dicto capitulo, ex ratione.in.2.quæstione. circa
§.impedimentum.& quòd ex isto casu poterit
ab eo appellari, vt Abb.in capitulo, dilecto. de
appella.& Alexand. in.l.de qua re.ff.de re iu-
dica. ¶ Supradicta intelligerem, quod iudex
45 requisitus, si est negligens puniatur, procedat
† quando lex ponit pœnam iudici aliquid
non facienti ad vtilitatem priuatam in dictis
ll.regalibus, & similibus. Secus in his, quæ
nō ponunt pœnam, nec præcipitur per legem:
quia iudex in his, quæ expediuntur, ex offi-
cio suo requisitus, non tenetur in syndicatu,
licet denegando possit ab eo appellari, vt di-
xit Ias.in dict.§.præterea.& hoc in ciuilibus.
vt textus.& ibi Paul.de Castro in.l.non quic-
quid.ff.de iudi. Quia illud, quod per legem ar-
bitrio iudic.committitur, non compellitur; nec
tenetur iudex facere, si non vult, licet facere
possit: & ideo si non facit, non tenetur: secus
si per legem iudici præcipitur, vt in exemplis
ibi positis per eum, & per doctores. Quod
intelligo, quando est quæstio inter priuatos:
quia vtilitatem priuatam iudex non tenetur in-
terponere officium suum non petitum, si non
respicit reuerentiam alterius iudic. vt in.l. eos.
in fine.& in.l.iudicibus. C.de appellat. Et licet
respiciat vtilitatem partis, si non respicit mise-
rabiles personas, vel actum pium, si iudex non
prætendit probabilem ignorantiam, tenetur in-
terponere. licet non sit petitum inter misera-
biles. vt in dicta.l.prima.§.magistratibus suprà
allega. Tenet Bartol.& Alexand. latè in dicta.l.
dies cautioni.§.hoc autem.ff.de damno infe.nu
mero secūdo, vbi vi.quę dicantur causæ piæ.&
Angelus de aret. in dicto.§.præterea. Institut.

dç actio.numero. trigeſimo nono .vbi dicunt,
quòd ſecus eſt, quando tale.officium reſpicit
principaliter publicam vtilitatem, quia ex me-
ro officio illud tenetur imponere. vt in dicta
l. congruit.ff. de officio præ. Idem tenet Ab-
bas in capitulo, prout. de dolo & contuma.
numero, decimonono. ℣ Et etiam in crimi-
nalibus ſi non ſit petitum, tenetur procede-
re, aliàs tenetur prout latè dixi ſuprà verſicul.
tene regulam generalem.& tenet dict. Pari. de
puteo in dicto tracta.in verbo, negligentia.in-
fra quantum tempus.in principio. Et Bartol.in
dicta. l.congruit.numero.3.dicit, quòd iudex
debet facere inquiſitionem generalem facti, &
iſta eſt permiſſa: quia debet generaliter inqui-
rere, vt malis hominibus prouincia purgetur.
Et dicit, quòd iſta eſt practica, quam in prin-
cipio ſui regiminis rectores faciunt generalem
inquiſitionem: ſed ſpecialis inquiſitio contra
certam perſonam,eſt prohibita regulariter:quia
ſine accuſatore nemo punitur. vt in dicta.l.re-
ſcripto.§.ſi quis.ff.de muneri.& honori. Quod
dicit, quòd fallit in caſibus notatis in dicta. l.
1.§.ſi publico.ff.ad.l.Iuli. de adulte. & ibi Bar-
tol.quos ſuprà poſui. ℣ Tamen in illis ſecundū
eum non debet iudex inquirere, niſi indiciis
præcedentibus, aut fama publica, vel ad rela-
tionem nuntij iurati. ℣ Sed tu tene.quòd iudi-
ci eſt permiſſum de iure ad publicam vtilita-
tem & vindictam de quolibet crimine inquiri,
quicquid ſenſerit gloſſ.in.l.ea quidem.C.de ac-
cuſa.quia accuſatio de quolibet crimine eſt per
miſſa, ergo inquiſitio, quæ ſuccedit loco eius.
vt in capitulo, licet heli.de ſimo.& in.l.cùm pa-
tronum.§.primo.ff.de iure patro & ſic ad eun-
dem effectum, ne delicta remaneant impuni-
ta. licet Salyc.in dicta.l.ea quidem. dicat, quòd
hoc ei non placet. ℣ Vide tu Angelū de are.in
tracta.malefi.in parte, hæc eſt quædam inquiſi
tio. verſiculo ſecundo, principaliter. numero
30.vbi in hoc ponit veram conclusionem, di-
cendo, quòd aut iudex procedit faciendo in-
quiſitionem ſpecialem cōtra certam perſonam,
nullo alio præambulo præcedente, propter
quod iudici verè, vel præſumptiuè ſibi conſtet
de aliqua præſumptione legitima illam perſo-
nam delictum perpetraſſe, & tunc non poteſt
procedere: & hoc modo dicit eſſe intelligen-
dam gloſſ.in dicta.l.2.§.ſi publico. Et poteſt eſ-
ſe ratio, vt iudicum malitia refrænetur. vt in
l.a.in fine.ff.de cuſto.reorum. ℣ Si verò præ-
ambulo legitimo præcedente, propter quod
apparet iudici verè, vel præſumptiuè illam
perſonam perpetraſſe illud delictum, poteſt
formari ſpecialis inquiſitio: & quando cla-
mor validus peruenit ad aures iudic.quòd eius
ſubditus diffamatus ſit de aliquo delicto. vt in
capitulo, qualiter & quando.de accuſatio. & in
l.tertia.ff. de officio præfecti prætoris. ex eo,
quia contra diffamationem ex inquiſitione
generali iudex deueniat ad ſpecialem. vt in. l.
quarta.ff ad.l. Iuli.repetitio. Quia tale delictum
non poteſt amplius ſub diſſimulatione tranſ-
ire: maximè quando ſcandalum poteſt oriri.
vt in dicto capitulo, qualiter & quando. Quod
dictum Angeli ad literam ſeruatur. Quia
ſtatim, quòd delictum ad noticiam iudic. per-
uenit, ilicò facit ſuam informationem, & pro-
cedit contra delinquentes, aliàs teneretur in
ſyndicatu: quia diceretur ſtare per iudicem,
quando ſibi liquet, vel in ſuam notitiam venit,
& non procedit. Secus ſi ſibi non liquet, ſe-
cundùm Bald.in.l.ſi de meis.§.ex compromiſ-
ſo.ff.de arbitris. & Paris de puteo in dict tra-
cta.in parte, negligentia.numero octauo. ℣ Quo
modo probatur negligentia cōtra iudicem. Vi.
Bartol.ſingulariter in conſilio.102. & latiſſimè
dictum Pari. de puteo in dict. tracta. in parte,
qualiter arguatur negligentia iudicis. & ibi vi.
caſus negligentiæ. & quoque quomodo iu-
dex probat diligentiam ad hoc ne teneatur in
ſyndicatu.

℣ Ad ſupradicta adde, quòd quando iu-
dex tenetur ex negligentia, intelligitur quan-
do eſt leuis, vel lata. Secus ſi eſt leuiſsima,
vel caſu fortuito, vt Amodeus iuſti. in tracta.
ſyndicatus.folio quinto. capitulo de ſecundo
ad bannum iuris. Et ibidem folio.16. columna
tertia.verſiculo, ſimiliter tenet, quòd non ſyn-
dicatur officialis de negligentia, niſi ſit diſſol-
luta, & dolo proxima, & ita dicit quòd ſer-
uat conſuetudo: quia inquiſitio de negligen-
tia, dicitur ſcrupuloſa. Sed quia ſupradictum
eſt, quòd ad hoc, vt iudex teneatur. debet
46 requiri, vel proteſtari, Quæritur, an † ſit ne-
ceſſe, quòd pluries requiratur, vel ſufficiat vni-
ca interpellatio? Bartolus in.l. mora fieri.ff. de
vſuris tenet, quòd ſufficit vnica interpellatio,
nec requiritur quòd ſemper inſtet & ibi An-
gelus idem tenet in fine colum.per gloſſam ibi.
quā dicit notabil.& idem tenet Iohā.de pla.in
di.l.iudices.numero.4.C.de anno.& tribu.lib.
10. per

in per l.titia scio.§.vsuras.ff.de legatis secundo. vbi Barto.idem tenet, dicendo, quòd sufficit, quòd quis semel interpelletur per iura suprà allega.imò in tali requisitione, sed interpellatione non tenetur quis dicere peremptoriè: cùm qualibet interpellatio sit peremptoria, sunt in dilationibus, quæ dantur ad probandum. Et interpellatio, quę fit iudici, sufficit quòd interpelletur semel, vt perpetuò videatur stare per iudicem: nec habet necesse singulo die iudicem interpellare. vt ibi tenet ad literam Barto.& Abb. in consilio.7.in secundo volu.& Paul.de Castro in consilio.27. Et Iohan.de Imola ibi, in d. §.vsuras.sequitur opinio. Barto.dicendo, quòd vnica interpellatio sufficit. Quod tenet Amodeus iusti.in tracta.syndicatus folio.6.in parte, de tempore.sequendo Barto in dict.§.vsuras. Et idem tenet Alexan.in.l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.ff.de noui operis nuntiatio.numer.3. cum sequentibus, vbi dicit, quòd regulariter ista est communis opinio.& hoc est tenendum. Licet Iohan.de Ana. in capitu.si quis. de accusatio.in fine.videatur contrarium dicere, dum ait, quòd quando monitio fit in iudicio, requiritur trina monitio, aliàs sufficit vnica: quia intelligitur, quando talis monitio fit parti à parte: secus quando fit iudici per partem, per supradicta.

¶ Quod fallit in petendo libellos dimissorios: vt in cle. quamuis.de appella.& quando in causa appellationis interpellat iudicem vt causam finiat, quia requiritur, quòd summa ope instíterit, quòd causa terminetur. vt in.l.fin.§.illud, Versi.summa ope.C.de tempo.appella. & sic ꝙ opi.Barto.in dict.§.vsuras.habet locum in causa principali, non in causa appellationis: quia vltra hoc regulariter vna monitio sufficit. Et vltra allegata per Bartol.est gloss.in capitulo, cupientes.in verbo, proposita. de electio.in.6. & gloss.in capitulo primo in verbo, requisierit.de hæreticis.& gloss.in capitulo, si episcopus.18.distin.& Innoc.in capitu.cùm nobis olim.de electio. ¶ Præterquàm, quando vnus iudex requireret alium iudicem sibi parere, quia tunc requiritur trina. vt est glossa in capitulo, causam. de officio delega. ¶ Vi.alias fallentias per dict. Alexand.in dict.§.si quis ipsi prætori.numero.5. &.6. ¶ Modò sciamus, si illud, quod iudex soluit propter suam negligentiam, si potest à par-

47 te recuperare. † Angelus in dict.l.mancipia.C. de serui.fugi.in principio, tenet, quòd quando iudex facit litem suam, faciendo scilicet malè sententiando, non potest habere recursum contra illum, in cuius fauorem tulit iniquam sententiam, quia sui delicti pœnam sustinet. ¶ Secus autem si facit litem suam negligendo: tunc si soluit id, quod in obligatione versabatur, habet recursum cōtra eum. Casus est secūdùm eū in.l.missi opinatores. C.de exacto. tributo.lib. 10. Quod dictum Angel.sequitur Paris de put. in tracta.syndi.in parte, lis sua.numero. 5.folio 160.vbi per eū.& Amodeus iusti.in tracta.syndicatus.in parte, item in eo quòd plures innocētes.a.colum.versic.Item tenetur si tulit. vbi ait, quòd si malè iudicat, tenetur: & si soluit, non repetita parte pro qua iudicauit: quia soluit pro sui quasi delicto. licet contrarium teneat Angelus in.l.si fideium.§.si mādato.ff.de solutio.vbi ait, quòd debent cedi actiones ab eo cuius soluit. ¶ Sed cōcordatur vt suprà: si per dolum iudicauit, actiones non debent cedi. Secus, si per imperitiam, culpam, vel negligentiam, quia tūc debent cedi.& ita procedit opi. Angel.& idem tenet latè Cataldi.in tracta. syndica.quæstione 44.quæ incipit, Adde an officialis.& idem ꝙ Angelus, tenet Bal.in. d. capitu.iudices. de pace iura.firma.in vsi.feud.nume.2.& idem tenet Angelus in.l.sed eximendi.§.hoc iudicium. ff. nec quis eum qui in ius voca.vi exi.& ibi magis latè Alexan.numer.2.& in.l.si quis dolo.§. primo.ff.de re iudica. Et quoque tenet idem Alexan.in additio.ad Bartol.in.l.prima.ff.de appella.in additione magna, quæ incipit, habet regressum.in fine.vt tenet, quod iudex, qui in syndicatu condemnatur, & soluit expensas litis, in quibus negligenter omisit condemnare partem victam calumniosè litigantem, possit eas repetere.vt est dictum singul. Specula.in titulo de impen.§.postremò.versicu.illud.per dictā.l.missi opinatores. ¶ Quod Imola impugnat, & bene secundùm Alexan. vbi suprà per.l.si tertius.§. celsus.ff.de aqua pluui.arcen.& ante eum contrarium tenuit Bald.in.l.sancimus.ad finem.C. de iudic.tamen secundùm Alexan.opini. Specula.potest esse salua in vno casu, secundū Roma.in dict.§.celsus.scilicet quando expensæ litis essent promissæ in contractu, quia tunc etiā post iudicium finitum iure actionis peti possunt secundùm glossam in.l.non solū.ff.de rei vendi.& in.l.3.§.si rem. ff. de legat.3.meritò ergo iudex illas repetere potest. Quod Alexand. vbi suprà dicit esse notabi.de quo vi.latè dict. Pari.de puteo in dict.tracta.in parte, an iudex, qui facit litem suam.& soluit expensas litis.folio.163.& Alexan.an additio.ad Bart.in dict.l. missi opinatores. ¶ Sed hoc intelligit Alexan. in dict.§.hoc iudicium.quando soluit illud,

E 2 quod

quod tenetur, tunc à debitore principali repetit. secus quàdo soluerit illud ad quod tenebatur, sed aliam rem. Et facit quod tenet Angelus in l. stichum. §. si mãdato meo. ff. de solutio. vbi ait, quod quando ex negligentia condemnatur iudex, quòd ei sunt cedendæ actiones contra debitorem, vt recuperet. & Paul. de Castr. ibi dicit, quòd ita consuluit, & totum collegium Florentinum. & sic debet intelligi dict. Paul. de Castr. in. l. filiusfamiliàs iudex. ff. de iudic. numero. 8. & Montal in. l. 2. titulo. 2. for. ll. lib. 2. in glossa, pierdalo que ouiere. vbi indistinctè tenent, quòd iudex non repetit illud, in quo fuit condemnatus. Quod intellige, quando fuit condemnatus propter imperitiam, & propter malam sententiam, & sic in agendo: secus quando cõdemnatur propter negligentiam. Et ita quoque tenet Alexan. in additio. ad Barto. in. l. fina. ff. de variis & extraordi. cogni. in additione magna in medio. Et miror de nostro doctore de Pala. Ruui. in repeti. capituli, per vestras. de dona. inter vir. ex vxorem. folio. 107. numero. 10. vbi indistinctè tenet contrarium, dicendo, quod si iudex, qui malè iudicauit virtute suæ iniquę sententiæ pars, pro qua lata fuit, aliquid obtinuit, quòd si postea tempore syndicatus petitur à iudice, quod poterit iudex dicere parti petenti, dirigas actiones, & remedia tua contra illum, ad quem pecunia in condemnatione deducta peruenit meis sumptibus, & meo periculo, quòd audietur, & interim ab instantia absoluetur. Et dicit ita tenere Pari. de puteo in d. tracta. in verbo, iudex malè iudicans. fo. 56. versiculo, attamen ego. in libro magno, sed in portatil. est foli. 150. qui in expresso tenet di. Pala. Ruui. & loquitur, quando malè iudicauit, & non in negligente. Sed hoc ego non tenerē, quia est contra opinionem communem.

Summarium.

1 Iudex qui rectè iudicat, stateram habet in manibus, ita quòd condemnet condemnãdum, & absoluat absoluendum.

2 Iudex non debet declinare ad dextram, nec ad sinistram.

3 Iudex in vtroque penso iustitiam & misericordiam debet habere.

4 Iudex puniens aliquem, misericordiam facit.

5 Iudex sine causa an potest mitigare pœnam, vel multam à canone, vel à lege inflictam.
Et quid ante sententiam, vel post.
Et quid si est iudex inferior. numreo. 18. 21. &. 12.

6 Iudex, an potest remittere pœnam propter paupertatem.

7 Bannum an potest remitti propter paupertatem.

8 Infamiæ pœna post sententiam non potest remitti.

9 Leges ex causa licitum est transgredi. numero 11.

10 Causæ, propter quas pœna minuitur.

12 Dans alapam potestati, potest suspendi.

13 An pro vno furto magno posit quis suspendi. & num. 15.

14 Propter seditionem leges transgrediuntur: & suspenditur sine processu, & ordine iudicij.

15 Repertus in crimine, non potest appellare, & ad executionem proceditur contra eum.

16 Fur absconditus in domo, an debeat mori.

17 Ponens scalas ad domum, vel muros alicuius, punitur.

19 Propter inhumanitatem criminis punitur animal, & homo rationalis.

20 Propter inhumanitatem criminis corpus mortuum suspenditur.

22 Iudex, qui ex aliqua euidenti vtilitate venit contra statuta, non tenetur in syndicatu.

23 Iudici debet constare delictum, quando ex causa excedit leges.

24 Iudex quando procedit per denuntiationem, vel inquisitionem, potest ex causa leges trãsgredi: secus si per accusationem.
Hic ponuntur aliæ fallentiæ.

25 Iudex ita debet iudicare magnum, sicut paruum.

26 In pœna pecuniaria plus puniuntur maiores, quàm minores: nobiles, quàm ignobiles.

27 Plus punitur inferior, quàm superior ex codē delicto.

28 Nobiles, & honestiores ciues decapitantur, plebei suspenduntur.
Fallit, vt hic.

Derechamente.

f Derechamẽte. f Rectè iudicãdo, stateram in manu
1 gestat.† glo.in cap.cùm æterni tribunal.de re iu. in.6.in verbo,stateram.& cap.omnis qui.45.di stin.& sic, quòd condemnet condemnandum, & absoluat absol uendum. ¶ Vnde Aristol.vt refert Cicero,Magistratus virum ostendit,si ritè, & rectè gesserit.i.seruato iuris ordine, & iustè iudicauerit, præmia digna fert, vt Amodeus iusti.in tracta.syndica.in præfatione dicti tractatus. ¶ Et iusto non aduersabitur quicquam malignum.vt in epistola.inter claras.& in capitul. in iustum.11.quæst.3.& cap.rectè.& iustus est, qui iustitiam facit.vt in dict.ca.in iustum. ¶ Et
2 non debet declinare† ad dextram vel sinistram. vt in cap.qualiter & quando.el.1.de accusa.& in l.vbi.C.ad.l.Corne.de fal.& in capi.cùm inter. de excep.& ideo vocatur sedens in medio.vt in capitulo,quoad consultationem.de re iudica. & tenet Specula.in titu.de aduoca.§.5. versiculo. Item de iustitia.numero.13.& idem tenet Specula.in dict.titu.§.6.versicu.cũ suũ bonũ.numero.33.vbi latè vide. ¶ Quia non est iudex, si in eo iustitia non est,vt in capit.1.22.quæstio.2. & gloss.in.l.2.titulo.2.for.ll.lib.2.in glossa.2. ¶ Et
3 in vtroque penso † iustitiam & misericordiam in criminalibus debet habere. Misericordiam dico,& rigorem debet seruare: non quòd simul exerceat ea circa aliquem,sed quia si opus fuerit,& causa subest, debet esse misericors in dispensando: si causa non subest,debet rigorem seruare in iudicãdo: vel quòd semper habeat misericordiam etiam occidendo hominem: & si non per mitigationem pœnæ, saltem per compassionem.vt est textus in.l.41.titulo.5.parti.1. in fine. vbi tenet,que la verdadera justicia con duelo se deue hazer.& vi.que dixi infrà in gl.el derecho alas partes,in principio. ¶ Quia ex hoc
4 facit misericordiã, † cùm facit,vt quis conteratur inter flagella,& nec fiat deterior: vnde eoipso, quòd iudex punit aliquem, misericordiam facit.vt in capitulo,ei qui.eadem distin. & qui facit finem peccato misericors est,de pœnit.distin.vlti.capitulo vlti.in fine.vt tenet gloss.singula.in dicto capitulo.omnis qui. ¶ Quia iudex
5 sine causa † nõ potest pœnam mitigare à canone vel lege inflictam.vt in capitulo,si quem pœnituerit.2.quæstione.3.ibi:tamen legis potestas aduersus eum exercebitur:nam facti quidem quæstio, in arbitrio est iudicantis; pœnæ verò persecutio, non est eius voluntati, mandatur, sed legis authoritate reseruatur. vt in capitulo iudicet.3.quæstione.7.& in.l.si operis.C.de pœnis.& in.l.prima.ff.ad turpili. ¶ Sed illum textum intelligit ibi gloss.in dict.capitulo.si quem pœnituerit.in verbo,voluntati.sine causa: cum causa verò potest, vbi ex causa,ex persona, & ætate, & ratione scandali potest iudex arctare, vel pœnã augere.vt in.l.aut facta.§.vlt.ff.de pœnis ex persona.vt in.l.capitalium.§.vlti. ff. eodem. Aetate,vt in capitulo,tãta nequitia.86.distin.ratione scandali, vt in capitulo,in primis.prima quæstione prima. Quas causas, & alias, ponit textus singula.in.l.8.titulo.31.parti.7.quem vi. & Pari.de put.in dict. tracta.syndica. in parte; cõpositio,folio,96.numer.4. in libr. portatil.vbi ait, quòd ex causa videlicet, ex persona, ex ætate, & tempore, & ex loco,ex rei conditione ex delictorum vniuersalitate pœna mitigatur. ¶ Et hoc ante sententiam, vel in ipsa sententia, non autem post.vt in.l.cùm quærebatur .ff.de re iudi.& in.l.pœnam. C.de pœnis.& textus in l.2.titu.22.parti.3. versicu.la tercera.& textus in l.5.titu.13.for.ll. lib.2.& ibi Montal.vbi post latam sententiam nil potest facere iudex, qui eam tulit,sed textus.in.l.3.eodem titu.& Parti.suprà allegat. ponit casus,in quibus iudex post latam sententiam potest moderare, & minuere sententiam ex causa, scilicet quando condemnatus in centum cameræ regis, est pauper, quia
6 propter paupertatẽ† potest minuere,quòd ego pluries feci.Et est singularis lex ad misericordiã faciendam cum pauperibus delinquentibus, si post latam sententiam pauperes reperiuntur, & tantam pœnam non esse soluendo. ¶ Sed.d. l.parti. semper solitus sum intelligere in multa:secus in pœna à iure statuta.vt tenet Bartol. hunc intellectum in.l.prima.ff.si quis ius dice. non obtem.numero.14.& l.finali. C.de modo mult.in fine.& tenet summa Sylvestri. in parte, sententia.numero.5.& in.l.illicitas.§. fina.ff.de officio presi.& vbi suprà per Syluestrum.& tenet ad literam Alexan.in.l.iudex.ff.de re iudi. numero 43.vbi ait, quòd pœna, quæ imponitur per viam accusationis, tunc officium iudicis est mercenarium, deseruiens actioni intentatæ,ideo expirat lata sententia super pœna:vnde iudex pœnam per suam sententiam impositam remittere non potest, etiam pauperi.& idẽ tenet Abb.in capitul. licet.de pœnis, numero 6.&

6.& idem Alexander in l.acta.§. de amplianda. ff.de re iudi.numero.3. vbi dicit, quòd est verum in pœna, secus in multa. ¶ Ex quo infert Ias.in.l.si quis id quod.ff.de iurisd.om.iudi.nu. 28.quòd licet sit regula, quòd qui non habet in ære, luit in corpore. vt per gloss.ibi.& multa iura similia: est verum in pœna, quæ imponitur à iure limitata, & certa. Secus est in multa, quæ imponitur extra ordinem, arbitrio iudicis, quia illam potest index remittere propter paupertatem. vt in dict.l.partitæ. & Barto. in.l.prima, in fine.ff.de pœnis.& Bald.in.l.certa ratione.in fine. C.quando prouocan.non est necess.& ita tenet Montal.in dict.l.parti.in prima gloss.& sic dicit, quòd intelligitur capitul. si res.14.quæstione.6.& capitul. Odoardus. de solu.& notat Abb.in capitulo, si specialis. de officio delega. numero.6.vsque in finē. vbi idem tenet, quòd potest ex causa paupertatis remittere multam, etiam iam impositam ¶ Quod dicit

7 idē esse in bāno, †quòd potest remitti propter paupertatem, etiam ex postfacto. Quod ego iam feci, per istum dictum Abb. & iussi tollere & remittere exilium, per me impositum ad tempus antequàm compleretur propter dictā paupertatem.& per dictum Barto.in dict.l.illicitas.& idem tenet Bar.in dict.capitulo.7.si specialis.colum.5.& Ias.in.l.centesimis.§.si ita stipulatus.in fine.ff.de verbo.obliga.numero.17. ¶ Secus est in pœna, quia post sententiam non potest remittere, nec diminuere. Quod dicit procedere, etiam si simpliciter condemnauit de delicto,& nil dixit de pœna, quia immediatè venit pœna iuris, vt in.l.prima.ff. ad Turpilia. & in capitulo, si quem pœnituerit. licet omnes allegent.§.notandum, illius causæ. & quæstione 2.q.3.quod dicit esse verum, post factum minuere non potest, quando est talis iudex, qui non potest dispensare in illo delicto, vt in capitulo, at si clerici. §.de adulteris. de iudi. ¶ Et quòd pœna imposita per diffinitiuam sententiam iudex minuere, vel augere non potest, sine licentia principis, est textus expressus in dicta.l.acta. §.de amplianda.ff.de re iudi.& ibi Bartol.dicit, quòd secus est in multa.& per Bald.in authentica, interdicimus. C.de episc.& cleri.& Paul.de Castro in.l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui not. infa.numero.11.& Angel.ibi in fine.& idem tenet Feli.in capitulo, qualiter,& quando. el grande, de accusa.colum.20.verficulo, ex hac Fallentia.& est textus singula.in.l.9.titu.31.parti.7.¶ Quod dicit Bartol.in dicto.§.de amplianda. quòd est idem in ciuitatibus, quæ non recognoscunt superiorem, & in alio dominio, ad cuius bursam pœnæ fiscales veniunt, vt Comites, & Barones, qui habent regalia in aliquo

8 loco, vel Comitatu. Sed pœnam infamiæ, †vel aliā non possint remittere, & tūc est necesse, quod iudex rescribat principi, secundùm Angelum ibi.& sic alius quàm princeps non potest restituere famam, vid. Bartol. & Paul. de Castro. in l.prima.§.de qua re.ff.de postulatio.& in.§.ait prætor. Secus in iudice inferiori, vt dixi: quia iudex non debet pœnas statutas à iure differre. vt in.l.fetuos.in fine.ff.de vi publica. aliàs punitur. vt in. l. prima, de priuatio. delict. & in.l.finali.C.nec fanc.Baptis.reit.quòd non debet esse clementior lege, vt in authentica, de iudic.§.oportet. ¶ Quod est intelligendum verum, vt dixi, post sententiam. Ita quoque tenet Paris de pute.in dict.tracta.syndica.in dicta parte, compositio. folio.96.numero quarto, ante sententiam, vel in ipsa sententia secus: quia potest augere, vel minuere ex causa. vt ibi tenet dictus Paris de puteo. Quæ causæ colliguntur ex.l.si quis aliquid.§. instrumenta.ff. de pœnis. ¶ In criminalibus leuibus iudex debet leuitatem exercere, in seuioribus seueritatem cum temperamento. vt in dicta.l. respiciendum.ff. de pœnis. quia in pœnis legalibus iudex potest dispensare, & misericordiæ gratiam facere. vt Archid.in capitulo, omnis. 45.distinctio.& Specula.in titulo.de lega.§.generaliter. ¶ Vnde obnoxium est virum statim pro vno delicto punire: quia magis est expectandus, & corripiendus, quàm puniendus. vt in capitulo, plerique.65.distinctio. ¶ Et omnis iudex terrenus debet imitari Deum: vt in authentica.vt omnes obedi. iudi. prouin.§. eripiat. Sed natura diuinitatis pia est. de consecra. distin. prima. c. quia diuinitatis. ¶ Et hac de causa consulit Hippolyt.de Mars. magnus practicus in sua practic. criminali.§. final. qui incipit occurrunt.nume.7.quòd iudex semper peccet magis in clementia, quàm in crudelitate, & atrocitate: in dubiis potius absoluat, quàm condemnet: nam maiorem honorem consequitur iudex in absoluendo, quàm in condemnando. vt tenet Paul. de Castro. in consilio. 197. incipiente, Visa inquisitione: in fine. Et faciunt ea, quæ tenet Aricharan. in consilio. 23. incipiente, Visa inquisitione. vbi inuehitur contra iudices maleficiorum, qui anhelant ad condemnationem, quando

per

per viam inquisitionis procedunt, & ita tenet Philipp decius.consilio.189.&quia Iustius peccatur in absoluendo,quàm in condemnando.l. Item Mela.§.si plures.ff.ad.l.Aquili.& Philip. decius consilio.175.colum.vlt.& vi.l.7.ti.1.lib. 1.foro iusgo.& in.l.1.titu.1.lib.12.eod.libro. Et hac de causa dicit Pari.de put.in.d.tracta.syndi. in ver.compositio.num.5.quòd quando crimē, non est liquidè probatū, licet iudici pœnam à lege statutam minuere ante sententiam, vt in ca. circunciliationes.23.q.5.& in capit. Innocens. 23.q.4.& etiam si esset pœna mortis:post latam verò non,nisi soli principi.vt Archi.vbi suprà. & quia in condemnando minor pœna est eligē da,vt voluit Cardi.Alex.in cap.rursus.qui cleri, vel vouen.5.colu.& Cepola.in.l.si fugitiui. 6.&.7.colū.C.de seruis fugi.& Nouazi.in sua syluanuptiali.in vlti.charta. Et ideo consulet dictus Hippolytus de Marsi.vbi suprà, quòd quando eris iudex maleficiorum, ne cures seueriter procedere,nec semper imponas reo pœnā mortis,etiam lege permittente:quia Christusdixit, Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur,& viuat.vt in.d.c.quia diuinitas.de pœnit. distin.1.& facit tex.in authentica.vt nō luxu.cō tra.nat.post principiū. vbi dicit tex. misericordia Dei non perditionem,sed conuersionem,& salutem vult: & quia melius est errare in misericordia remittendi,quā in veritate vlcisci,text. est in cap.a ligant.26.quæst.6.& quia scientia, quæ misericordiam vetat,fugienda est, vt in ca. licet.45.distin.vt late tradit dictus Hippolyt. Fatetur tamen supradicta non habere locum in committente enorme delictum, nec in famoso delinquēte,seu in aliis. Et debet iudex recordari,quod ipse est homo humanus, & non sanctus, & ante oculos habeat iustitiam cum charitate mistam,& reminiscatur se moriturum, iuxta illud, Memorare nouissima tua, & in æternū non peccabis. Et iudex habeat misericordiam, maximè in nō enormibus delictis, quia est sibi arbitrium antequàm imponat. vt in.l.hodie.ff. de pœnis. Qui a sicut potest imponere grauiorē quàm lex potest imponere minorem. vt in dict. l.& si seuerior.C.eod.de his qui not.infamia, & Paul.de Castro in dict.l.quid ergo.§.pœna grauior.quādo iusta causa facit, secus si in iniusta.vt in exemplis positis in gloss.magna illius.§.pœna grauior. Debet iudex tamen cauere, vt nō pareat malis: quia parere malis, dicitur nocere bonis.gloss.in authentica.de manda.princip.§. quòd si delinquenti.in verbo,supplicium.colū. 3.& probat textus in.l.16.titulo.4.par.3.& tenet Iohan.de Plat.in.l.omnes iudices.C.de delato. lib.10.vbi quoque dicit,quòd iudex debet esse seuerus,& grauissimis afficere pœnis eos, qui in consuetudinem deduxerūt delinquere: quia propter consuetudinem delinquendi, potest alterari pœna à iudice de pecuniaria in corporalem,etiam si esset pœna imposita ab statuto ciuitatis, vel castri. vt per Saly.in di.l.&.si seuerior. &.dict.Plat.vbi suprà. Et ideo dixit Innoc. in capitulo primo de constitu.quòd ex causa licitum est leges transgredi. † & Paul. de Castro

9 in dicto.§.pœna grauior.numero.2.dicit,quòd propter bonum publicum: quia multis grassantibus in eodem delicto,ad terrorem oportet aliquem grauius punire, vt alius abstineret,vt in dict.l.aut facta.ff.de pœnis. Sed cautus sit iudex,si in sententia facit mentionem de causa, vt non puniatur, secundùm Paul.de Castro.vbi suprà,numero.15.& Feli.in.d.capitu.primo, de constitu.columna.29.versicu,ex prædictis adde.& Ludoui.Roma.in consilio.184.incipiente,dubitatur primo.pe.colum.allegando Innoc. in capitulo.præterea de dilatio.& Oldra.consilio.287.& Roma.singula.77.Et idem tenet Feli.in capitul,qualiter.& quando.§.ad corrigendos.de accusa.colum.7. vbi tenet, quod quando iudice reperitur alteraesse pœnam iuris cōmunis,præsumendum est in dubio,quòd hoc fecerit ex causa. Ita Specula.in titu.de accusatio.§. primo. versicu. quid si iudex ipsum.& hoc credo,licet Paris de puta.dicat, quòd non præsumitur in dict.tracta.syndica.in parte, licet dicatur.folio.200.in numero 4.vbi dicit,quòd talis Causa debet apparere ex actis, vt non faciat litē suam: quia si non apparet ex actis, non præsumitur pro iudice ad ipsum excusandū. Et tenet Specula.in titulo de senten.§.primo.ver.est autem.numero.8.vnde dicit gloss.ordina.in capit. iudicantem.30.quæst.fina.quòd quando iudex supplet ex officio, incumbit ei probatio causæ. Sed causæ quare pœna minuitur, sunt hæ,scilicet senectus, vt in.l.secunda.ff.de termi.amot. & in capitulo,tanta.86.distin.& gloss.in dict.§. pœna grauior.quia nimis senex, habet sensum puerilem.glo.in.l.senectus.C.de donatio. Itē ratione ebrietatis.vt in dict.l.aut facta §.delinquūt.ff.de pœni. Itē est causa minorandi pœnam, quando multùm regi seruiuerat,vel coniurationem detexit. argument.in.l. si quis.§. hoc quoque.ff.ad Sillenia. Etiam si est minor ex defectu ætatis.vt in.l.auxilium.ff.de minori. §.in delictis.& capitul. fina.de sent. excommu. in verbo,ætatis.& in capitulo primo,de delictis

puerorum. Et hoc eſt in ſe verum, quòd licet
minor poſt delictum efficiatur maior, debet pu
niri vt minor, de illo delicto facto tempore mi-
10 noris ętatis. †glo. eſt in. l. ſciant. & ibi doctores.
C. de legiti. hære. & Hippolyt. de Marſi. in. l. in
fans. ff. ad. l. Corne. de Sicar. numero. 15. & in. l.
de minore. vlti. columna. ff. de quæſtio quia æ-
tas facit differentiam pœnæ. vt in capitulo. hoc
fit. 26. quæſtione vlti. ¶ Item ſi magiſter in diſci
pulum peccauit. vt in. l. itē quæritur. §. Iulia. ff.
locati. ¶ Vel ſi coniunctus in coniunctum, non
tamen ex inimicitia, vel odio. vt in. l. prima. C.
de emendatio. propinquo. Et Bartol. in. l. vt
vim. ff. de iuſti. & iur. numero. 4. tenet quòd o-
mnis iniuria, quæ fit à parente vſque ad ſepti-
mum gradum, non præſumitur animo inferen-
di iniuriam, ergo non poteſt dici niſi licita. Et
idem tenet Sebaſtia. ſapia. in additio. ad Abb.
in capitulo, cùm contingat. de foro. compe. in
additione, quæ eſt in. 5. columna. numero. 20.
in parte, ordinarium. Quod extendit, etiam
ſi iniuria fiat fratri ſeniori. vt per Bald. in dicta
l. prima. C. de emenda. propin. ¶ Tamen Paul.
de Caſtro in. l. cùm oportet. C. de bonis que li-
be. numero. 3. tenet, quòd grauior reputatur in-
iuria, quæ infertur à coniuncto, quàm quæ fit
ab extraneo. Idem tenet Angel. in. l. conducto-
res. C. de delatori. & procuratori. ſiue autori.
prædiorum fiſcalium. lib. 11. vbi quoque tenet,
quòd plus punitur delictum conſanguinei,
quàm extranei. Sed hoc intelligerem, quan-
do procedit ex inimicitia, vel odio. vt in dicta
l. prima. C. de emenda. propinquo. & tenet Pa-
ris de puta. in dict. tracta. ſyndica. in parte, quot
ſunt. quæ faciunt pœnas à iudicibus alleuiari:
folio. 201. vbi ſuprà dictas cauſas ponit, & quæ
infrà ſequuntur. Sed in dubio ratio ſanguinis
tollit præſumptionem iniuriæ. vt tenet Ange-
lus in. l. veſtem. ff. de iniuriis. de quo vi. Ange-
lum de Are. in tracta. malificio. in parte, verba
iniurioſa. columna ſecunda. ¶ Quoque pœ-
na minuitur, ſi nobilis ex virtute, vel digni-
tate peccet in ignobilem ex vitio, vel gradu. vt
in. l. ſed ſi vnus. §. quædam. ff. de iniuriis. ¶ Item
ſi maior in ſubditum ratione poteſtatis: vt
dominus, pater, vel maritus. 11. quæſtione. in
capitulo, ſi dominus. ¶ Item cùm plurimi ſunt
precantes, quia tunc pœna eſt alleuianda. capi-
tulo, non poteſt. 23. quæſtione. 4. capit. & quo-
tiens. prima quæſtione. 7. ¶ Item perſona pu-
nientis, vt quia Pręſidens eſt debilis, & imbe-
cillis potentiæ, vt nequeat ſæuiorem impone-
re pœnam. vt in capitulo, quidam. 33. quæſtio-
ne quarta. ¶ Item ratione perſonæ, vt quia
receptauit conſanguineum, vel affinem. vt in
l. 2. C. de recepta. vel aliàs peccauit pro ſalute
proximi. vt in capitulo, ſi quilibet. 12. quæſtio-
ne ſecunda. & in. l. 2. ff. de recepta. quia affectio
ſanguinis multùm operatur. vt in. l. prima. §.
largius. ff. de ſucceſſo. edicto. & idem tenet Gan
di. in tracta. malefi. in parte, de furi. & latro. 7. co-
lumna. numero. 14. loquendo in receptante affi
nem delinquentem, quia mitius punitur. &
idem tenet Hippolyt. de Marſi. in ſingula. 210.
vbi tenet, quòd pœna receptantis bannitum,
non habet locum in receptante affinem. & Ale-
xan. in conſilio. 144. in ſecundo libro. ¶ Quod
ego extenderem in amico: quia ratione amici-
tiæ pœna minuitur: quia idem operatur maxi-
ma amicitia, quod operatur affinitas, ſeu con-
iunctio ſanguinis. vt Barb. in capitulo, niſi ſpe-
cialis. de officio delegat. columna. 8. & Bartol.
in. l. Titia. ff. de verbo. obliga. & vi. quæ dicam
infrà in capitulo. 44. & quòd ratione amicitiæ
poteſt iudex remittere pœnam. vt in capi. cleri-
co. 50. diſtin. & capitu. veniā. 30. q. 9. de quo per
Barb. vbi ſuprà in. d. c. niſi ſpecialis. Quod de-
bet intelligi de pœna, quæ applicatur ſibi, vel
pendet arbitro ſuo ſine magno detrimento ad-
uerſarij. & vi. gloſ. in. l. cùm allegas. C. de caſtrē.
peculio. lib. 12. & gloſſ. in capit. pe. de teſtamen.
nu. 6. & gloſſ. & ibi Abb. in capitulo. relatum.
de teſtamen. Cy. Alexand. & Iaſ. in. l. exigendi.
C. de procurato. & Hippolyt. de Marſi. in repe.
l. vnicæ. C. de raptu virgi. numero. 206. ¶ Ego
etiam extenderem in ſeruitore alicuius domini,
vel famulo: quia ratione delicti commiſsi per
eum, dominus eius mitius punitur: cùm talis
famulus, & ſeruitor, reputetur amicus: quia arbi
tro iudicis relinquitur quis dicatur amicus. vt
tenet Barb. in dict. capitu. requiſiſti. de teſte. co-
lumna. 25. ¶ Item pœna mitigatur, vt quis ad
meliorem vitæ frugem reducatur, capitu, conue
nientibus. prima. q. 3. ¶ Item ratione perſonæ in
tercedentis, vel intercedentium, qui ſunt multi
vt in capitulo prodeſt. 13. quæſtione. 5. ¶ Item
ratione eius, in quem peccatur, vt ſi eſt excom-
municatus zelo eccleſiæ. ¶ Item ratione pieta-
tis, non ſolùm præſentis, ſed futuræ: vt propter
filios nutriendos. vt in. l. 2. de his qui filios occi
de. C. & in. l. qui in prouincia. §. primo. ff. de ri-
tu nupti. ¶ Item ratiōe neceſsitatis: vt ſi ex prę-
cepto ſuperioris peccauit, quem aliàs iuſta po-
teſt ratione timere. vt in capitulo, presbyteros.
50. diſtin. & in capitulo, ſicut dignum. §. illis. de
homicid. tunc enim pœna mitigatur, licet aliàs

non teneatur ſibi in atrocioribus obedire, vt
in.l.ad ea.ff.de re indica.& in.l. liber homo.ff.
ad.l. Aquiliam. ¶ Item cauſa vniuerſalis rei-
publicæ vtilitatis.vt in.l. ad beſtias. ff. de pœ-
nis.& in cap. ſcias.7.quæſtio.1.& per dictã.l.ad
beſtias. tenet Hippolyt.de Marſi.& per alia iu
ra in ſua practi. crimi. §. opportunè.nu. 6.quòd
mors poteſt differri alicui,ſi eſt inſignis artifex.
& idem tenet Barba.in.d.c. niſi ſpecialis. de of-
fi.delega.col.5. ¶ Et Iaſ.in.l.debitoribus.nu.16.
ff. de re iud.tenet quòd dãnatus ad mortẽ,ſi po-
pulus petit dimitti propter aliquã eius præſtan
tem virtutem,& magnã peritiam artis, vel ſcien
tiæ,propter quã eſt valde vtilis ciuitati, tunc iu
dex debet ſuperſedere ab executiõe,donec prin
cipi,vel ſuperiori conſulat.& Ludo. Roma. in
ſingu.441.& idẽ tenet Iaſ.in.l.1.ff.de legi.nu.11.
&.12.& dictus Hippoly.de Marſi.in.l.vnius fa
cinoris.§.cogniturum.ff. de quęſtio.num.86.&
Feli.in cap. illud.de maio.& obediẽ. ¶ Item eſt
cauſa minuendi pœnam,ſi delinquens , vel eius
progenitores pro republica multùm labora-
uerunt arg. in.l. honor. ff. de pœnis. ¶ Item
cauſa ſimplicitatis, vel boni zeli, quibus delin
quens inductus exceſsit. vt in capitulo,ex tua-
rum. de ſortilegi. nam ſimplicitati venia datur.
capitu. ſcriptura. de conſecratio. diſtinctio. 2.
¶ Item cauſa ruſticitatis.vt in.l.ſi quis id quod.
ff. de iuriſdi.omnium iudicum.& in.l.ſecunda.
ff. de in ius vocan. ¶ Item cauſa nimiæ & im-
portunæ humilitatis, quam peccans exhibet in
ſupponendo pœnam ſibi remitti. vt in cap.im-
portuna.de pœni.diſt.1. ¶ Item cauſa vnitatis,
quia peccans vna vice tantùm exceſsit.vt in.c.li
cet plerũque. 45. diſtin. ¶ Item cauſa infamiæ,
& leuitatis.vt in.l.prima.C.ſi quis impera.male.
¶ Item cauſa irę.vt in.c.ſi quis iratus.2. quęſt.3.
¶ Item cauſa debilitatis probationũ:vt quia de-
lictum nõ plenè probatur,ſed per indicia indu-
bitata. vt.d.Pari.de Pute. vbi ſuprà,cum verſic.
ſequentibus.vbi latè,an minuatur pœna ratione
loci,tẽporis,& conſuetudinis,& ignorantiæ. Et
de pluribus aliis in propoſito, quæ per te vi-
de.& per Montaluum in dict.l.octaua.titulo.31.
partita ſeptima.vbi in fine illius gloſſæ. ¶ Quo-
que tenet, quòd cauſa ſubleuandi pœnam , &
mitius puniendi eſt , ſi poſt delictum commiſ-
ſum ſtetit multum tempus in carcere: vel ſi cõ-
miſit delictũ,& iam eſt multũ tempus elapſum,
quia mitius debet puniri, quàm ſi delictum eſ-
ſet recens.vt notat gloſ. in.l.ſi quis diuturno.ff.
de pœnis. Nam ibi non ex delicti frequentia ex
cuſatur,ſed carceris,& accuſationis longinquita
te releuatur.& ibi Bar.& aliquid per Hippo.de
Marſi.in cõſil.87. ¶ Et ibi vi. an delicti accuſa-
tio præſcribatur. glo. & ibi docto.in.l.querelã.
C.de falſis.& Abb. in.c. illud. de præſcriptio.
nu.23. & in.c. licet.de proba. Et Roma. in ſin-
gula.182.& Abb.in.d.c.licet.nu.28.&.29.tenet,
quòd actio criminalis non clauditur tempore.vt in
cap.ecce.24.q.3. vbi habetur, quòd crimina vbicun
que claruerint, puniẽda ſunt. & Bald. in. l.fina.
penultima colum. C.qui accuſar. non poſ. vbi
vult, quòd in pœnis ſpiritualibus nulla currit
præſcriptio. & Roma. in dict. ſingul.182. alle-
gando dict.Specula. in titul. de ſententi.§.quo-
niam.verſicu.& nota ſecũdùm canones.& tex.
in cap.vere omnis.30. quæſti.2. quòd dicit eſſe
notabil. & idem tenet Bartol.in dicta l. fina. &
Angel.& moderni. in.l. diuus. ff. de re iudica.
& idem tenet Mõtaluus in dicta.l.parti.in fine.
¶ Alias cauſas, propter quas mitigatur pœna,
ponit Bonifaci. de vitali . in tracta. malefic. in
parte,de pœnis condẽnationis & bannis.num.
58.cum ſequentibus.& has ponit Felin.in dict.
cap. qualiter & quando. el ſegundo. de accuſa.
in.§.in corrigẽdis. colũ. 6. verſicul. ſed pulchrè
dubitari poſſet. ¶ Et non ſolùm poteſt mitiga-
re pœnam legis ex cauſa, verum etiam pœnam
ſtatuti. vt tenet Abb.in cap.2.de emptio.& ven
ditio. in fine. & Speculato. conſcien. in primo
tracta. cap. 99.& expreſsius idem Abb.in cap.
fina. de conſtitu.fina. colũ. nume.12. & in cap.
de cauſis. de offi.delega.nu.16. vbi ait, quòd iu
dex ordinarius ex cauſa poteſt augere , vel mi-
nuere pœnam à iure ſtatutam, etiam ſi ſit præ-
fixa ab ſtatuto municipali. & idem tenet Fran-
ciſcus de Aretio. in conſilio. 131. incipiente,
Spiritus ſancti gratia. ¶ Quoque tene. quòd iu-
51 dex propter atrocitatem, † & enormitatem de-
licti, poteſt tranſgredi leges , & contra regu-
las iuris pronuntiare. dictum eſt Innocentij,in
cap.1. de conſtitu. commendat eum Angel . in
l. quòd ſi nolit.§.quia aſsidua.ff. de ædilitio edi
cto. & Bal.in. l. prima. C. de preci. impera of-
feren.& in.l.& ſi ſeuerior.& ibi Salyc. C.de his
qui not. infami. ¶ Sed Ludoui. Roma. in repe
titio. l. ſi vero.§. de viro.46. fallen.ff. ſolut.ma-
trimo.non tenet dictum Innoc.ſed quòd tunc ſupe
rior debet conſuli.per tex.in.l.diuus.in verbo,
imperatori reſcribere.ff.de ſalſ.& facit tex.in.l.
1.§.ſi quis vltro.ff. de quęſtio. ¶ Sed tu tene di-
ctum Innocen.quia eum tenet Iaſ. in.d.l.1.C.de
preci. imper.offe. & pro eo allegat text, in.l.ſi
quis filio exhæredato. §. hæc autem omnes. ad
finem. vbi Bald.& alij notãt.ff. de iniuſto rupt.
&

& text.in cap.felicis.§.cæterum.de pœnis.in.6. & text.valde folēnis in l.ſi hominem.ff.manda ti. quæ lex eſt vnica & ſingula.ſecundùm Bald. in cap. 1. 8. col. vt lite non conteſtata. & per illum text. notat Bald. in.l. omnes populi. ff. de iuſti.& iure. 6.col.& limitat omnia iura canoni ca dicentia, quòd epiſcopus nil poteſt ſtatuere contra ius canonicum:quia inferior diſponeret contra.l. ſuperioris. quod limitatur, niſi ex magna cauſa. & iſtam limitationē ſequitur Panor. & exclamat de ea in cap. dilecti.el vltimo,de ap pella.& in cap.aliàs ſi clerici.§.de adulter.5. col. de iudic. & in capi. ſtuduiſti.de officio delega. & per.d.l.ſi hominem.tenet Bald. in rubri. C. qui admitt.ꝙ poteſtas ex cauſa poteſt transgredi ſtatuta,etiam rata. Et per illam .l.tenet gloſſa in cap.tempora plenitudinis.26. quæſt.7.quòd ſi Papa iniungit alicui pœnitentiam,epiſcopus quamuis inferior poteſt diminuere. & idem tenet glo. in cap.latorem.22. quæſt. 3. ☞Et per.d. Innocen. tenet Bald. in cap. 1. §. iniuria.de pace iura. firman. in princip. ꝙ ſi aliquis dedit alapam † poteſtati, poſſet poteſtas facere eum furca ſuſpendi: quia tam magna cauſa licitum eſt leges trāſgredi.ſed Iaſ.in.d.l.1. dicit, ꝙ ipſa poteſtas caueat, ꝙ hoc non poſsit, ne ſi iudex in cauſa propria.per text.& ibi Innoc.in cap.dilectis. de pœnis. & idem tenet Iaſ.quem vide in.l.qui iuriſdictioni.ff. de iuriſdi.omni.iudi.nu.3. eum ſequenti. ☞Quinimo pro tali caſu poteſt facere nouam furcam,& in loco cōmiſsi delicti,vel ante portam delinquentis eum ponere,& ſuſpendere eum. vt tenet Paris de Put,in.d.tracta.ſyndi.in parte,contumacia.fol.89.num.7.& Ange. de maleſi. in parte, vſque ad locum. & Hippoly.de Marſi.in.d.l.vnius facinoris.§.cognitorū. ff. de quæſtio. nu.90. Et idem, ꝙ ſuſpendatur, ſi dedit alapam poteſtati, tenet Anto.Corſet. in reperto. ad Abba.in verbo,iudex.col.13. allegā do Bal.vbi ſuprà.Et nō ſunt plures anni, ꝙ ego ita in praxim deduxi, & iuſsi ſuſpēdere quendam hominem nigrum in villa de Carmona in Vandalia me iudice in ea eſſente per noſtrū regem Carolum anno. 1530.quia expilauit crines & barbam algazelo,qui vocabatur Figueroa, & fregit ei virgam iuſtitiæ,& accumulaui cū hoc, ꝙ ille ſuſpenſus erat homo malæ famæ, & ſeditioſus.per.l.1. C.de ſeditio.& erat quoq; raptor mulierum.per.l.vnicā.C.de raptu virgi.& motus fuit per.d.Bald.in.l.data opera.C. qui accuſa.non poſ. & per dictū Bonifa.de Vitali intra cta.maleſi.in tit. quibus de cauſis poſsit ad mortem condēnari.in.2.col. vbi tenent,ꝙ poteſt cō-

dēnari ad mortem,qui manus intulit ſuo centurioni. & idem dicit de poteſtate, & capitaneo. arg. à ſimili in.l. milites. §. reuertens nullos. ff. de re milit. ☞Item per.d. Innocen.in dict.cap. de conſtitu.tenet Bald.in authen.ſed nouo iure. C.de ſerui.fugiti.quòd licet pro vnico furto nō poteſt quis furca ſuſpendi,ſed tria requiruntur, 13 ſi tamen eſſet vnum furtum † multùm enorme, poſſet furca ſuſpendi, cùm æquipolleat tribus. arg. & ibi Bald.in.l.ſi quis tres. §. fina.ff.de excuſa.tuto. quia ex cauſa licitum eſt leges trāſgredi.& idem tenet Bald. in cap. 1. §. iniuria. nu 8. de pace iura.firman. in vſibus feudo.& Angel. in.d.l.ꝙ ſi nollit.§.aſsidua.ff.de ædilitio edicto. & Angel.Areti. in.§. ex malefic.Inſti.de actio. 2.col.& idem Angel. in tractat. maleſi.in parte, veſtem cæleſtem abſtulit.verſi. nunc ſumpta occaſione.nu.13. vbi dicit, ꝙ ita ſemel practicauit Peruſij. & Abb.in cap. inter alia. de immunit. eccleſi. vlti.col.nu.31. vbi dicit, ꝙ dictum Bald. eſt notabile. ☞Sed contra Bald. tenet Iohā. Baptiſta Gazialupus in. l. cùm ſeruus.ff.de conditio. ob cauſ. vbi ait, ꝙ pro vno furto magno quis non debet ſuſpendi.& dicit ꝙ ita fuit conſultum.& contra Bald . tenet Fulgoſ. Salyce.& Paul.de Caſtro in.d.authē.ſed nouo iure.& Iohan.de Ana. in.c.fina.de furtis. & Bar.in.l.eum qui emit.§.idem dicitur.ff.de furti. & idem contra Bald.tenet Auguſti.de Arimi.in additio. ad Angel.de Are.in tracta. malefic. vbi ſuprà, vbi ait,ꝙ ſentētia Bald. nunquam ſibi placuit. & ita obſeruaret, ſi ſibi caſus obueniſſet: quia non eſt vrgens cauſa,ꝙ imponatur pœna mortis, tamen ſi iudici videbitur,poterit minuere illam pœnā ſtatuti,& cōmutare in aliam pœnam minorem circa mortem. Et iſtam partē contra Bald. tenet Iaſ.in.d.l.1.num.4.C.de preci.impera. offeren. & dicit,ꝙ eſt tenenda in conſulendo & iudicando. Quia quando in criminalibus reperiuntur variæ opiniones doctorum,debet teneri mitior legis interpretatione. vt in. l.ſanctio legū.ff.de pœnis.& idem tenet Iaſ.in.§.ex malefic. nu.12. Inſtitu.de actio. quia conſideratur conſuetudo furandi.& non furtum. & per alias vrgentes rationes,quas ponit dictus Iohan.de Ana. in.d.c. fina.de furtis.& ideo ſi quis faciat vnum furtū, ſtatutum indulget ſibi,& ſic ſecundò idem, ſed tertiò non:quia certè pro vno furto non inducitur conſuetudo furandi. vt in.l. 3. C. de epiſcoaudi.& glo.in rubr. C.quæ ſit longa conſuet.& contra Bald. eſt text.in.c.furtum. 14.q. vlti.vbi eſt text.ſolēnis, quòd magnum obiectum ex cauſat. & in.§. ſi vero.in authen. vt nulli iu [illegible] vbi

vbi text.dicit, quòd non vult, quòd omnino vn quã quis moriatur.& contra Bald.tenet Aeneas de Falco in additio.ad Abb.in cap. at si clerici. de iudic.in additione, quæ est in num.8.in parte, mensurã dum.vbi dicit esse contra Bald. tutiorem opinionem.& idem tenet Cepola, vbi dicit ꝙ contra Bal.est vera opinio in repeti.illius authen. Sed nouo iure.col.42. in fine, cum aliis sequentibus. Et idem tenet Alexã.in additio.ad Bald.in.d. authen.sed nouo iure. nu.2.in parte, enormi.& dicit hoc verius: quia vt dictum est, dicit consuetudine ponderari furandi, & non furtum: & ꝙ enorme furtum dicitur, licet modicum, si tamen sit valde scandalosum. ¶ Et dictũ Innocẽ.in.d.c.1. de constitu.per quod mouetur Bald. dicit Saly.in. d. authen.hodie.C. de iudi. non obstare. quia intelligitur, & procedit in causis arduis concernentibus statutũ publicum reipublicæ, putà, si fuerit via seditio in ciuitate,
de ma-

de malo futuro, vel scandalo. vt Cardi. in consi
lio.147. per tex. in. c. & si illa. 1. q. 7. & Innoc. in
c. inquisitioni. de sent. excõmuni. ¶ Et Iohã. de
Liuia. in. c. ad apostolicam. de regula. 2. co. tenet
ꝙ si papa mãdat monachis, vt aliquem recipiát
possũt tamẽ ciop
ponere crimina
vel defectus.
Quod facit con-
tra istos rectores

nos les ẽbiaremos.
Y si estuuieren en

ciuitatũ, vel villarũ: quia quãdo rex mãdat, vt a-
liquẽ recipiant in rectorẽ, dũ cõfert illi regimẽ-
tum. possunt opponere cõtra eum defectus, de
quibus latè in pluribus legibus huius regni, &
eũ non recipere, & supersedere, supplicãdo co
ram rege. ¶ Tamẽ ad supradicta adde, ꝙ iudex
exequẽdo mandatũ regis post triginta dies nõ
peccat. vt tenet Angel. in. d. l. si vẽdicari. ¶ Quo
que fallit in mãdato regis, quod infert alteri in-
21 iustitiã, † quia nõ tenetur parere. vt Archidi. in
c. rescripta. 25. q. 2. vbi tenet, ꝙ vbi præceptũ pa
pæ parũ aut nil nocet, obediendus est, secus vbi
multùm, quia debet expectari secũda iussio, ni-
si ponat clausulam, non obstante canone, à quo
causatur ius tertij, quia tunc videtur eũ abroga-
re. vt in. c. ex parte. tit. 2. de offi. delega. secundũ
Feli. in. d. c. si quãdo. 5. col. versi. dicta per istum
22 tex. ¶ Ad quod facit, ꝙ † mandatum principis,
quod tollit debitum alterius sine causa, non de
bet adimpleri. vt est tex. in. l. 32. tit. 18. partita. 3.
& text. in. l. venia. C. de in ius vocan. in fine. &
ibi glo. & docto. ¶ Attamen quãdo in mandato
23 supersedetur iudex obediat, & quãtum † ad im
plementum supplicet carã eo. secundũ Andreã
sicul. Barb. in. d. c. si quando. col. 8. versi. glo. vlti.
quod dicit esse bene notandum. & Feli. ibi. col.
6. & sic vtitur. & durante ista supplicatione, nõ
dicitur quis contempsisse mandatum, nec inci-
dit in pœnam. vt ibi. & in. d. l. si vendicari. Licet
glo. in. c. ex literis. de in integr. restitu. in verbo,
supplicauit, dicat ꝙ supplicatio nõ suspẽdit exe
cutionẽ sicut appellatio, nec quoq; suspẽdit pro
cessum causæ. vt Bal. in. l. 1. C. vt lit. pẽdẽ. & Spe
cula. in ti. de supplica. §. differt. n. 2. vbi Ioh. An.
in additio. ponit rationẽ diuersitatis, ideo vide-
tur, ꝙ nõ obstante supplicatiõe, debet adimple-
ri mandatũ. Sed ibi loquitur generaliter, & inter
partes: secꝰ est in mãdato regis sine causæ cogni
tione emanato. vt in. d. l. si vẽdicari. & gl. singu-
la. in. c. præceptis. 12. distin. in verbo, nõ dura. &
similibus, in quibus executio supersedetur.
24 ¶ Quia idẽ est quãdo dãnatus ad mortẽ † popu
lus petit dimitti propter aliquã eius præstantẽ

virtutẽ, & magnã peritiam artis, vel scientiæ pro
pterquã est valde vtilis ciuitati, quia tunc debet
iudex supersedere ab executiõe, donec princi-
pẽ, vel superiorẽ consulat. tex. est singula. in. l. ad
bestias. ff. de pœnis. & Cepola in cautel. 3. &
Hippo. de Mar.
in sua practi. cri-
mi. §. opportunè
n. 6. & Barba. in
c. nisi specialis.

nr̃a corte quãdo les
ꝓueyeremos de los

de offi. delega. co. 5. & Ias. in. l. debitoribꝰ. ff. de
re iudi. num. 16. & eund. Barb. in. c. de causis. de
offi. delega. colum. 8. & Ias. in. l. 1. ff. de legibus
nume. 11. & Hippolyt. de Marsi. in. l. vnicus fa-
cinoris. §. cogniturum. ff. de quæstion. numero
86. & Feli. in capitulo, illud. de maio. & obedi.
25 ¶ Idem est, quãdo damnatus ad mortem † esset
in aliqua dignitate constitutus, putà esset decu-
rio ciuitatis, quia tũc executio quoque debet dif
ferri, donec princeps consulatur & rescribat. vt
in. l. pe. ff. de sicariis. & Ias. in. d. l. debitoribus. n.
26 17. ¶ Quoque supersedetur, † quando condem-
natus accusaretur de grauiori delicto, ex quo ve
niret grauior pœna imponenda, putà pro crimi
ne maiestatis læsæ: quia interim debet superse-
deri ab executiõe condẽnationis, donec cogno-
catur, & sententia proferatur super tali grauiori
delicto. tex. in. l. 1. §. fi. ff. nil noua. appella. pend.
& Barto. in. l. 2. §. fi. ff. de custo. reorum. & Ias. in
dict. l. debitoribus. numero. 18. ¶ Item superse-
27 detur, † quando post latam sentẽtiam corporalẽ
cõstaret de innocentia condẽnati: quia tũc exe-
cutio differtur, donec principi rescribatur. text.
& ibi Bar. in. l. 1. §. fi. ff. de quæst. ita tenet Ang.
in. §. appellatur. instit. de exceptioni. n. 11. quod
dicit esse notandum. Et facit quod notat Innoc.
in. c. 1. in gloss. mag. de confirma. vtil. vel inutil.
¶ Sed hoc procedit in sentẽtia criminali, in qua
imponitur pœna capitalis: secus si imponeretur
pœna pecuniaria. vt Ias. in. d. l. debitoribus. nu.
19. vbi per eum. vsque in fine. & Alex. ibi. n. 16.
& Hippolyt. de Marsili. in sua crimi. practi. §. vl
tima quæst. n. 13. tenet. & additio Abb. in. c. pa-
storalis. §. quia vero. de offi. delegat. ¶ Itẽ execu
28 tio suspẽditur, † quando dãnatus suspẽsus fuit,
& laquꝰ se fregit, & viuꝰ cecidit in terrã, qa vide
tur ex diuino miraculo hoc actũ, & est executio
differẽda donec principi referatur. Ita tenet sin-
gulariter Lucas de pẽna: post lõgã disputationẽ
ꝓ vtraq; pte factã. in. l. 1. C. de desertori. lib. 12. in
6. columh. ver. sed pone dãnatus. ¶ Sed quid si
29 damnatus ad mortem velit ducere † in vxorem
meretricem in lupunari publico existentem,
& illam

& illā à peccato extrahere, an executio debeat impedire. Paris de puteo in d. tracta. syndica. in parte, an si iudex aliquem. folio. 196. nume. 2. dicit, quòd Hispani practicāt quòd sic, tamē de iure dicit, quòd non reperit, sed facit text. in capit. inter opera charitatis. de sponsa. & relinquit cogitandum. & ibi quoque tāgit quæst. supradictā de illo suspenso, qui laqueum fregit.

dichos officios, hagan juramento[l] en el nuestro consejo

l Iuramento.[l] Est text. in l. 6. titul. 4. par. 3. & in l. 4. tit. 15. lib. & in ordinatio. regali. & vide quæ latè dixi suprà in proœmio in glo. y hagays juramento. in principio & in fine. vbi dixi, quòd non vtitur, vt in consilio regis iuretur.

Summarium.

1 An clausula in fine vel in medio apposita, referatur ad omnia præcedentia.

m Lo suso dicho.[m] Text. noster vult, quòd solùm in casibus supradictis iudex iurare debeat, dum ad officium recipitur, & non ea, quæ sequūtur, inquantum tenet hagays juramento de guardar y cumplir todo lo suso dicho. quę clausula ad omnia superiora tantùm refertur, & non ad sequētia. vt in capi. causamque. vbi latè per Feli. & docto. de rescrip. & Franciscus de Aretio in l. 1. ff. de verbo. obliga. 9. colum. vbi tenet, quòd clau-
1 sula† in fine vel in medio apposita, refertur ad omnia præcedentia, nisi quatenus apparet, rēm non posse referri ad aliqua. vt in l. 1. C. de liber. præteri. & in l. talis scriptura, cum materia. ff. de legatis primo. ¶ Sed contrarium cauetur in isto tex. ibi, & que no pidira, ni lleuara mas salario. quæ dictio. &, copulatiuè ponitur. vt in l. hæredi. §. gaya. ff. de fundo instru. & 10. l. cùm vtrunque. ff. nec quis cum. qui in ius voc. vt exima. & in l. titię textores. §. in l. ff. de legatis primo. & de sui natura illa dictio. &, debet ęqualiter copulare, & simul & semel vocare. vt Ias. in l. Paulus. §. quidā rectè, ff. de liber. & posthu. & sic quòd sequentia quoque debet iurare. vt i. text. in capit. 55. infrà eodem. & quia ista dictio, &, est similitudinaria. vt gloss. in. §. item lapilli. institut. de rerum diuisi. Sed tu vi. capi. 5. in capitulis iudicum syndicatos. vbi tenet, quòd solùm, debet iurare in casibus expressis in dictis capitulis, vt patet ibi. y en los capitulos que mandamos que para el complimiento dellos hagays juramento. ¶ Et ait, clausula in fine apposita, referatur ad omnia, vel ad supra proxima superiora. vid. regulā cum limitationibus per Ias. in. d. l. 1. C. de liberis pteri. & aliquid per Seguram in repet. l. 3. §. 5. ff de liber. & posthu. column. 22. & per doctorem del castill. in. l. 6. de Toro. in glo. el fuero dela tierra. versi. item quæro. ¶ Sed tu vi. Alexand. in consilio. 161. in. 3. volu. nu. 10. vbi vnum singula. tenet, scilicet, quòd etiam in materia odiosa clausula in fine. vel medio apposita, refertur ad omnia præcedentia per tex. in. l. 3. §. filius. ff. de liber. et posthu. & per. d. l. 1. de liber. præte. ¶ Vide tu Ias. in. l. titia. §. idem respondit. in fine. ff. de verbo. obliga. vbi ait, quòd clausula in fine apposita, non refertur ad illa capitula, quæ ex tali ratione fierent inutilia. per dict. l. talis scriptura. de qua materia vide quæ posui infrà in cap. 2. in glo. so pena.

de guardar, y cumplir lo suso dicho[m] a todo su leal poder.[n]

n A todo su leal poder. Tex. in capitu. cùm æterni tribunal. de re iudi. in. 6. & de hoc latè scripsi suprà in glos. vsen del bien y fiel. vbi ad plenum.

Summarium.

1 Iurat iudex, quòd excepto salario, nil penitus recipiet in administratione, quàm post officium depositum.
2 Salarium Correctori debet solui ex propriis ciuitatum, & villarum: & si ciuitates proprium non habent, debet fieri collecta, seu contributio inter consuetos contribuere.
3 Salarium cōsuetum intelligitur sicut habuit prędecessor.
4 Salarium Correctori nec alio non debet solui, nisi specialiter à principe sit concessum.
5 Officiales licet possint eligere decuriones, tamen eis non possunt constituere salarium de communi, ne sequatur læsio reipublicæ.
6 Procuratio rerum quamuis alicui concedatur, non tamen eius remissio, nec alienatio.
7 Maior est potestas tutoris in re pupilli, quàm administratoris reipublicæ in republica.

Casus

8 Casus, in quibus permittitur decurionibus sala rium dare.
9 Valet proclamatio, vel bannimentum factum à potestate vnà cum consilio ciuitatis, quòd quicunque ceperit malefactorum, habeat cen tum de pecunia cõmuni, id est de proprio ciuitatis.
10 Salarium potest constitui de publico imminente iusta causa pro necessitatibus publicis.
11 Expensa, quæ fit ex multis appositis per potestatem, expendi potest. Et alias fallentias vi. hic.
12 Corrector, qui se absentat, vel in officio non residet, an ei salarium debeatur.
13 Clericus, qui de licentia superioris se absentat, fructus suæ præbendæ percipere debet.
14 Rectores ciuitatis licentiam concedentes Correctori se absentandi vltra terminum nonaginta dierum, de suo salarium debent Correctori soluere.
15 Potestas dans licentiam portandi mercantias in ciuitate sine solutione gabellæ, tenetur de suo resarcire damnum conducenti, si propter hoc fuit damnificatus.
Idem dic de iudice licentiam dante extrahen di contra statuta.
16 Salarium potestatis non debet defalcari.
17 Si Corrector est mortuus anteaquam officiũ ad impleat, an hæredi suo debeatur salarium totius temporis.
18 Quid in hæredibus aduocatorum.
19 Salarium, an debeatur iudici infirmo.
20 Famulo infirmo, an salarium debeatur.

o Salario. * Habuit ortum à tex. in. §. oportet. ver. potrocinium. & ibi Bart. in authentica de manda. princip. colla. 3. vbi idẽ 1 habetur, quòd iudex inter alia † iurat exceptis salariis se nil penitus tam in administratione, quàm post depositum officium pro aliquo præ stito beneficio tempore administrationis, quã gratuitum meruit, accepturum: quòd si secus fecerit nõ solũ recipiens, sed etiã dans in quadruplum tenentur. & tenet Mõtal. in glo. ordi. rega. in parte, iudex cum salario. quinimo vt dicit tex. in. c. nõ satis. 86. distin. circa finem. loquendo in istis officialibus, quòd debent esse cõtenti stipẽdiis suis. & vi. Hippolyt. de Marsi. in singulari. 190. & vi. quæ dixi infrà in glo. pueros. ☞ Quod salarium hodie, vt patet in prouisionibus Correctorum & iudicum syndicatus, non est in eis taxatum, sed solummodo dicit rex, quòd habeat salarium consuetum dari per illam ciuitatem aliis Correctoribus, & iudicibus. Quod salarium sic deputatum authoritate principis nõ potest illud mutari in nouũ statum, vel reuocari. tenet Bart. in. l. prima. C. de annonis ciuilibus. lib. 11. ☞ Et hoc salarium de-

Y no pidiran, ni lle uaran mas salario •

2 bet solui ex propriis ciuitatum, † & villarũ: & si ciuitas propriũ nõ habet, debet fieri contributio, seu collecta inter consuetos contribuere ad soluẽdum. vt in. l. 7. ti. 16. in Ordina. rega. & lib. 2. tenet Frã. Luca. in tracta. de fisco. in. 3. par. n. 4. tomo. 6. tractat. fo. 12. ☞ Et licet concedatur officium cũ salario con 3 sueto, & salarium † fuit varium retroactis tempo ribus, verba illa, secundùm salarium consuetum debent intelligi in dubio sicut habuit prædecessor suus. vt tenet Bald. in. l. viuos. circa finem. C. de aduocat. diuers. iudi. & Ias. in. l. diem functo. colum. 4. num. 12. ff. de officio assesso. & vi. Bald. in. l. licet. cap. de loca. & con. in fine, vbi tenet, ꝙ salarium deputatum semper videtur tacitè constitutum electo ad illam sedem, non facta mẽtione salarij. Et idem dicit in salariis potestatis, & aliorum officialiũ. Sed secus est in salario, quod constituitur difformiter secũdùm merita personarum. vt in. l. salarium. C. mãdati. & idem tenet Bal. in. c. cùm. m. Ferrariensis. de constitu. nu. 11. dicendo, quòd sicut concesso officio videtur cõ cedi præbenda, & prouisio, & correspondens de consuetudine, vel de iure: ita concessa lectura ali cui doctori, videtur ei promissum salarium illi lecturæ tribui consuetum. Secus si pendebat ex arbitrio electoris. argu. d. l. licet. nam quæ incerta sunt, promitti non videntur. l. salarium. C. mã dati. & l. seia. §. medico. ff. de annuis lega. Et tene quòd semper cõsuetudo regulatur à posteriori. l. mela. ff. de alimentis lega. §. 1. & l. mater. C. nec de statu defuncto. ☞ Tali enim Correctori, seu iudici, nec alio non debet solui salarium, nisi spe 4 cialiter † à principe sit concessum. vt in. l. vnica. C. de præben. salar. lib. 10. nisi ob liberalem artẽ, vel medicinam. vt gloss. ibi. ☞ Et hoc, etiam si de- 5 curiones † possent eligere officiales. vt in. l. 2. C. de decurio. eod. lib. quia nõ possunt cõstituere salaria de communi, ne sequatur læsio rei publicę. arg. in. l. officium. §. 1. ff. de re mili. & sic, ꝙ quan uis alicui concedatur electio officialis publici, non conceditur salarij constituto secundùm Io- 6 han. de plat. in. d. l. vnica. ☞ Vbi quoq;, dicit † ꝙ quamuis alicui procuratio rerum conceditur, nõ tamen earum remissio, & alienatio conceditur.

vt in.l.3.§.nō tamē.versi.planè.ff.quovi aut clā. qui tex.semper allegatur, quod maior est pote-
7 stas † tutoris in re pupilli, quàm administratoris reipublicę in republica, quia ille potest soluere.
8 ¶ Sed fallit in dictis casibus, in † quibus permittitur decurionib⁹ de publico soluere.s.magistris, & del que les fuere tas medicis.vt in.d.l.archiatri.C.de professo.& medi.lib.10.& in.d.l.vnica.C.de præben.sala. & in l.ambitiosa.ff.de decret.ab ordi.faci. Et quoque potest dari salarium, vel alimenta concedi de publico ei, qui totum suum patrimonium exhausit pro republica.textus in.l.decurionibus.ff.de decurio.tenet Plat.in.l.ordinis. C.de decret.decuri.lib.10.& cum eis specialiter est concessum à principe. Et quoque potest statui certum salarium, seu præmium de publico plantanti arbores in ripa fluminis, vt ageres consolidentur ad continendum aquam, ne rumpat, & prædia circūstantia lædat.tenet Plat.in.l.2.C.de cupres.lib.11.non autem sufficeret generalis concessio, vel generale arbitrium, vt dicit ibi glo.in dicta.l. vnica, de præben. salario.& ideo non sufficeret, licet rex, vel alius dominus dicat in instrumento, vel scriptura, quòd promittit se habere ratum & firmum, quicquid per eos factū erit: quia per hoc non conceditur libera administratio alienā di.vt in.l.quam tuberonis.§.primo. ff.de pecul. secundùm Bartol.in.l.prima.ff.de offi. procura. cessa.& Plat.in dict.l.vnica. ¶ Sed videtur, q. d. l.vnica.C.de præb.salario.intelligatur in republica romanorum, seu imperij, quia hæc est propriè respublica.vt in.l.eum qui vectiga.ff.de verbo.signi.cęteræ verò ciuitates abusiue dicuntur respublicæ.& loco priuatorum habētur, vt ibi. ¶ Tamen gloss.ibi in dict.l.vnica.videtur sentire de republica omnium ciuitatum. Pro quo facit, quòd ille titulus situs est inter materias aliarum ciuitatum, ergo de his, quę ad alias ciuitates pertinent, statuisse videtur.ar.in.l.imperatores. in fine.ff.de in diem adiectio.Sed Lucas de pena ibi in dicta.l.vnica.dicit, quòd sibi videtur verius, quòd solùm in republica imperij sit ille titulus, & lex intelligenda, & ipsa gloss.malè excipiat casum.vt in.l.ambitiosa. ff.de decret.ab ordi.faci.in qua dant decuriones salarium de publico propriè ciuitatis.vt in.l.prima.C.de decretis decurio.lib.10.& quia sequeretur absurdum: quia fortè pro modico negotio, quod habent ciuitates expedire, longissima interdum via distātem principem adire oporteat, & sic pro nihilo publica ciuitatum negotia deperirent. vt.ff. de vaca.l.prima.in principi. & quia plus haberet dispendij cōsensus principis impetratio, quàm salarij constituendi summæ foret illatio, quod lex abhorret.vt in.l.mediterraneæ . C. de annō. & tribu.lib.10. ¶ Facit ad idem.ff.de iudi.l.si longius.& capitulo, sado en la carta de baptizari.§.dist.& de consecra.d.4.cap.quando quis.&.c.ne absit. vnde in publicis huiusmodi ciuitatum quod facit princeps in vrbe Romana facit ea præsens in eis.vt in.l.fluminum.versi.quid ergo.ff.de dāno infecto.&.l.sacra.§.per.si.ff.de rerum diui.& hoc est satis instā secundum Lucā de pēna.vbi suprà.ne dū nimia subtilitate circa res publicas ciuitatum vtimur, subtilitas in earum perniciem reuertatur.vt.ff. ad trebell.l.pe.in priu.& sic res ipsæ depereant. vt in.l.pe.C.de verbo.signific. Et ista opi.Lucæ de pēna, seruatur.quia ciuitates, & villæ huius regni sine licentia regis salaria constituunt officialibus, & venientibus de nouo ad habitan-
9 dum in eis. ¶ Et ideo valet proclamatio, † seu bannimentum factum à potestate vnà cum consilio ciuitatis, quòd quicūque ceperit malefactorem, habeat centum de pecunia communi.i.de proprio ciuitatis: sed ipse potestas solus facere non potest.tenet Barto.in.l.prima.ff.de iusti.& iur.num.3.& in.d.l.vnica.& ibi Iohan. de Plat. ¶ Sed Paul.de Castro io.d.l.prima.nume.11.intelligit hoc in iudice, qui habet administrationē bonorum communis, non in iudice simplici, qui de cōmuni nō potest disponere.vt.C.de sal. non præsta.lib.11.in rubro & in nigro. ¶ Sed licet habeat administrationem bonorum communium, debet facere iudex cum consensu decurionum.vt Francis. Curti.in addi.ad Paul. de Castro ibi.in dict.l.prima. ¶ Vbi quoque tenet, quòd illud præmium primum est soluēdum de bonis ipsius bāniti: & si bannitus non habet bona, de bonis offensi.aliàs de bonis fisci.ita Ang. in.l.si quis libellum. ff.de iniuriis. ¶ Angel.tamen in.l.cùm nauarcorum.C.de nauicul.lib.11.
10 † tenet contrarium, dicendo, quòd pro necessitatibus publicis potest rector ciuitatis imminēte iusta causa constituere salarium. Et sic dicit, quòd valet præconium, quòd qui ceperit malefactorē, & pręsentauerit, habeat à cōmuni tantū. Sed non econtra. quia Bar.& sequaces in.d.l.1. loquūtur necessitate nō imminēte, aliàs secus.vt Ang.vbi suprà.q.a necessitate cogēte ille sol⁹ potest facere bānimētū sine cōsensu decurionū. & ita limitat Ias.in.d.l.1.o.11.ff.de iust.& iu.allegā. Bal.ibi. ¶ Vbi quoq; limitat suprapositā doctrinam

nam, vt procedat, quando occasione talis proclamationis venit aliquid expendendum de publico, quia tunc cõsensus decurionum requiritur, aliàs secus, & ita dicit q loquitur Barto. in. d. l. 1.

51 ¶ Tertiò limitatur, † quando talis expensa non fit de publico, sed ex multis, quæ à potestate ponuntur. secũdum Bar. in. l. multarum. per illum tex. C. de modo mult. & in. l. diuus. ad finem. ff. de bonis damnat. ¶ Quartò limitatur, nisi ipse iudex solus statuat salariũ super eo, quod debet sumptu publico expediri. vt in. l. mulier. ff. de capti. secundùm Ang. in. l. 1. ff. quòd quisque iuris. quod dixit, quòd vidit de facto Perusij in deputatis ad prouidendum cõtra rebellẽ. ¶ Quinto limitatur vt procedat in rectoribus tẽporalibus positis ad regimẽ ciuitatis: secus in magistratibus perpetuis, qui regunt proprio nomine. vt in Marchionibus, & Comitibus, & similibus, iuxta doctrinam Bar. in. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. in. 4. q. primæ. q. principa. & Alexan. in consilio. 507. sn. 1. volu. Sed ego illum consilium nõ inueni, licet allegetur. ¶ Tamen de ista materia si potest dari aliquid pro inuentione, seu captura, vi. l. filius. §. qui alienum. ff. de furtis. & Angel. de Areti. in tracta. malefici. in parte, fama publica præcedente. column. 27. versicu. tertiodecimo. & Paris de puteo, in tracta. syndica. folio 34. in parte, an si tempore sententiæ. & Hippolytus de Marsili. in. l. quæstionis habendæ. ff. de quæstio. numero. 49. & 55. ¶ Sed quid si Corre-
52 ctor se absentat, vel in officio nõ residet. † an sibi salarium debeatur? dic quòd in prouisionibus officiorum cauetur, quod resideat, & non se absentem faciat. aliàs soluat vnam doblam pro singulis diebus absentiæ. Sed istam pœnam nunquã vidi obseruari. Attamen circa hoc est text. in. l. 10. titu. 16. lib. 2. in ordi. regali. vbi cauetur, quòd Correctores non debent absentiam facere, aliàs non percipiunt salarium, nisi pro tempore residentię. Et Amode. insti. in tracta. syndica. in parte. Item in eo quòd dictus potestas & officiales non fecerunt continuam residentiam. vbi idem tenet, dicendo, quòd potestas, & eius officiales, tenentur de iure communi facere continuam residentiam in loco officij, & quousque durat officium, non debent exire extra fines suæ iurisdictionis, nisi causa adimplendi votum: & non debet pernoctare extra prouinciam. vt in. l. illud. ff. de offic. præsi. & si durante tempore officij potestas, vel officialis sine licentia recedunt, & aufugiunt, incurrunt in pœnam statuti in electione contenta, & sic in illa dobla, & debent perdere salarium totius temporis. vt tenet Bal. in. l. si hæres generaliter. §. etiam si partis. ff. de lega. primo. dicendo, quòd ibi est argumen. q si potestas recedat per vnum mensem anteaquã debeat, quòd nil debet habere de salario totius temporis. & facit text. in. l. miles ita. §. quod diximus. ff. de excusa. tuto. Et intantum hoc est secundùm Amode. vbi suprà verum, quòd etiam si habeat iustas excusationes, quæ causentur ex parte ipsius potestatis, vel officialis. argumen. in. l. miles ita. §. primo. ff. de testa. mili. Sed tu vid. Pari. de puteo in tracta. syndica. in parte salarium. numero. 2. folio. 556. vbi tenet, quòd licet iudex sit salariatus, & deinde pro seruitiis ciuitatis mittatur ad regem extra prouinciam. debet habere aliud salarium. Et licet hoc sit, tamen de iure regni contrarium cauetur, vt patet per quandam pragmaticam factam per nostrum Carolum en Madrid a. 7. de Hebrero de. 1535. años, por la qual prohibe, que los Corregidores, y justicias, ni sus tiniẽtes, ni officiales vayã ala corte a negocios de la tal ciudad, o villa, o lugar ni a sus audiẽcias con salario, ni sin el. quę lex certè est singularis ad tollendã concupiscentiam aliquorum iudicum. ¶ Attamen si ciuitas concedit licentiam potestati, Correctori, seu alteri officiali se absentandi vsque ad certum tempus, debet pro toto tempore absentiæ habere salarium: quia dicitur esse præsens, qui licito commeatu est absens. vt in. l. hac lege. C. de pxi. sacro. scrinij lib. 12. & ibi Bartol. & Iohan. de Platea. & gloss. & tenet Montal. in sua glossa ordina. in parte, iudex cum salario. & idem tenet Alexand. in. l. diem functo. ff. de offi. asse. fina. columna. numero. 33. vbi ait, quòd si doctor, vel stipendiarius, per aliquod temporis spatium cessauerit ab officio, debet habere salarium etiam pro illo tempore, si illud fecit cum licentia. per. l. si desertorem. §. si ad diem. ff. de re milit. & per alia iura, vt ibi per eum. & tenet Iohann. de Plat. in. l. nec ipsi. C. de incolis. lib. 10. numero. 4. vbi officialis clericus, vel stipendiarius, qui cum licentia superiorum se absentat per aliquod tempus, habetur pro præsente, & debet habere salariũ, ac si fuisset præsens. & idem tenet. d. l. ordina. in fine. versic. pero bien permitimos. ¶ Vbi quoque iam est limitatum tempus absentiæ, quod est. 90. dierum, quos potest habere interpolatim in quolibet anno, vel continuos, vt ibi. Et ita seruatur, quia quando Corrector vult se absentare, cõuocat concilium ciuitatis. i. regimentum, & licentiam petit se absentandi, & assignat causam: & rectores ilicò concedunt dictam licentiam per dict. tempus. 90. dierum. per. d. l. & est

gloss.in.d.l.si desertorem.§.si ad diem in verbo,
commeatus. & Bald in.l.si ea C.de condi. insertis.
vbi dicit, quòd dict. glossa. in dicto.§. si ad
diem, est singula ad hoc. Et facit quod tenet
Bald.in.l.diuus Marcus. ff.de offi.præ.vbi dicit,
quòd rectores locorum, & rerum, non possunt
inde recedere sine licentia superioris, etiam
si velint stare per vnum diem tantùm, & debet
eam habere à prioribus. Sed vide tu dict.pragmaticam
factam per nostrum Carolum in villa
de Madrid año.1535.vbi cauetur, quòd Correctores
residentiam faciant in suis officiis: aliàs
si fuerint absentes vltra tres menses, amplius
officiis nõ vtantur, nec deinceps habeantur per
prætores. vt ibi latius per dicta.l.quam vide.
13 ¶ Idem est in clerico,† qui de licentia superioris
est absens, quia debet interim percipere fructus,
& commoda suæ præbendæ, ac si præsens
esset. vt notatur in dict.glossa dictę.l.hac lege.&
dictus Iohann.de plat.& Bartol.ibi. & notatur
in capitulo, relatum.& capitulo, de cætero.&
capit.dilect⁹.cũ similib⁹.de cleric.nõ resid.&.c.
licet canõ.& quod ibi nota.de elec. in 6. ¶ Sed
si rectores ciuitatis concedũt Correctori licen-
14 tiã se absentãdi † vltra numerũ illorũ.90. dierũ,
& Corrector est absens vltra illud tẽpus, salariũ
perdit, sed potest recuperare à dictis rectoribus
ciuitatis, qui dederũt ei licẽtiam, quia dederũt
causam perdẽdi salariũ, & tenẽtur satisfacere de
suo. vt tenet Iohann.de Plat.in .l. per hanc diuinam.
quæ aliàs incipit, iubemus .C.de eroga.
mili.anno.lib. 12.§.non danda.& idem Bartol.
ibi, in principio. Et ratio quoque est secũdũ additio.
Bartol.ibi, quia dederunt licentiam vt se
absentaret contra formam statutorum, & legis:
& ideo per illud tempus Correctores, & stipendiarij,
non debent habere stipendium à ciuitate,
vel communi, sed à rectoribus. quod nota.
& idem tenet Paris de pute.in tracta.syndica. in
parte, licentia.folio.184.per dictã.l.primã. C. de
comme. lib.12.& Iohann. de plat.ibi. & in .l.
hac lege.C.de præpo.sacro. scrini.lib.12. ¶ Vbi
quoque dicit quòd facit contra potestatem, qui
15 dedit alicui licentiam † portandi mercantias in
ciuitate sine solutione gabellæ, & propter hoc
conducens sit damnificatus à gabellariis, quod
potestas tenebitur ei restituere, & resarcire illud
damnum, per notata in. l.annonas. C. de eroga.
mili.anno.lib.12.& quia non erat officium eius
facere conduci sine gabella, per nota.per Angelum
in.l.pars literarum.ff. de iudic. & idem tenet
Montal.in glossã ordina.in parte pœna. loquendo
in iudic. dante licentiam extrahendi
contra statuta.& per Plat.in dicta.l.prima de cõme.
¶ Et quòd isti portantes mercantias etiam
cum licentia à iudic. puniantur, facit quod in
simili tenet Bartol.in.l.2.C.de agricolis & censitis.
lib.11 s. quòd quando venditio rei inhibetur
alicui propter publicam vtilitatem, quòd sicut
priuata pactione non potest fieri venditio,
ita nec authoritate iudic. Secus si ob vtilitatem
priuatam. quod sequitur ibi Plate. Et facit in simili:
quia quis non excusatur à pœna virtute decreti
iudic. inualidi. vt Bartol.in.l.iuste. ff.de acqui.re.
posse. quia lata culpa punietur. allegat
tex.in.§.primo, Institu. vi bono.rapto.&.l.prima.
§.primo.ff.si mens. falso modo. quod sequitur
Alexan.vbi alia iura allegat, consilio. 135.in
16 6.volu. consiliorum. ¶ Quod salarium † debet
potestas habere integrum, & non debet defalcari,
vigore statuti disponentis soluenda esse capita
solidorum de quibuscunque pecuniis soluendis
per communem. vt tenet Paul. de Castro
in consilio.319.incipiente, visis & consideratis
omnibus. Quod facit contra istos computatores
dominorum, qui percipiunt computationẽ.
i.cõtaduria de decima parte vnã de dictis
salariis iudicum. Et an si isti computatores. secretarij,
& alij officiales dominorum possunt
recipere & habere istam computationem? vi.
Archiepi. Florenti.in secunda parte. titulo secundo,
capitulo quinto.§.2.& Specul.conscienciæ
in primo tracta.capitulo. 37. & aliquid per
Abb.in capitulo, cũ ab homine.de vita & hone-
17 stas.cler. ¶ Sed tu dic, quòd si Corrector† mortuus
est anteaquam officium adimpleat, hæredi
suo debetur salarium pro toto tempore. vt
Alexand.& doctores latè in dicta.l.diem functo.
ff.de offici.assessor. etiam si non stetit in officio
nisi per mensem. vt Bartol.in.l.prima. §.diuus.
el.2.columna.3.versiculo tertio.quando ex
dispositiõe.ff.de variis & extraordina.cogni.de
quo vi.Barto.in.l.si quis.C.de proximi.sac.scrini.
lib.12.& idem tenet Iohann.de plat.in.l.commoda.
C.de primipilo.lib.12.in principio.& numerò.
2.& ibi respondet ad contraria. & idem tenet
in.l.his scholaribus. C.de erogatio.mili.anno.
eodem.lib.12. Et est tex.in.l.9.titul.8. parti.5.
quæ idem tenet, quòd hæres iudic.debet habere
18 totum salarium.quam vi. ¶ Licet sit secus in hæredibus
aduocatorum, † vt ibi.de quo vi.Parid.
de Puteo in tracta.syndica.in parte, si officialis
decedat. folio. 230.in libro portatil. & Antonius
Corset. in singulari. suis. in parte, salarium.
Quod debet intelligi, quando salarium
est promissum aduocato à parte, quia
tunc

tunc non debetur, nisi pro rata temporis. Secus quando salarium ex publico fuit constitutum, quia tunc licet moriatur aduocatus, totum debetur, vt Bartol. in dicta. l. diem functo. & tenet Summa syluestrina in parte, familia. §. 2. in fine. per quod declaratur dict. l. parti. inquantu loquitur de salario aduocatorum.

poder que lleuaren. Ni lleuaran, [r] ni con-

¶ Sed quid si Corrector, seu iudex
19 est infirmus, an debeatur † salarium tempore infirmitatis? dic quod sic, nisi culpa sua venerit in infirmitatem. vt glo. & Floria. in. l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufructu. Quod intelligitur vt per Parid. de puteo in dict. tracta. syndica. in parte, rex concessit. folio. 227. numero. 5. si in ciuitate permanserit: secus si iuerit ad patriam pro se curando, quia videtur officium delinquere. vt Barto. in. l. prima, in principio. ff. de his quibus vt indig. Quod intelligit vbi suprà Paris de puteo, nisi dimittat substitutum, vel locumtenentem, aut recedat cum licentia superioris: quia sic impeditus, vel infirmus, potest administrare per substitutum. vt Angelus in authentica, vt cle. apud proprios episcopos. colla. 6. ¶ Ad quod fa
20 cit in simili de famulo † infirmo, an debeatur salarium. De quo per glo. in capit. ad audientiam. de cleri. non residen. & in capit. primo, de cleri. ægrotan. & tex. & ibi docto. in. l. suo victu. ff. de oper. liber. & Montal. in. l. 8. titulo, de las fuerças, foro. ll. lib. 4. & textus. in. l. vna. §. scimus. C. de latina liber. tollen. & decisio capellæ tolos. 360. & Barto. in. l. si vno. §. item cùm quidam. ff. locati.

Summarium.

1 Iudex recipiens expensas litis vltra in regula quod vulgò dicitur aranzel contētas, incidit in pœnam, vt restituat eas cum septenis.
2 Iudex manus mundas, & puras debet habere.
3 Iudex etiam à volentibus sponte dare vltra sibi debitum, non tenetur recipere.
4 Tabelliones à sponte dantibus non licet vltra quantitatem taxatam recipere.
5 Notarius ancianorum, si est salariatus de publico, non potest aliquid accipere etiam à sponte dante.
6 Consuetudo inducitur, quando à pluribus capitur.
7 Prohibitum dare propter locum publicum, pro hibitum est recipere à sponte dante. & hic de intellectu.
8 Medicus salariatus de publico, non debet petere præmium ab infirmis, nec recipere, etiam à sponte dantibus.
9 Quæ pro pignore prohibentur accipi, etiam à volentibus dare non debent accipi.
10 In executione sententiæ, vel instrumenti, non possunt capi boues aratorij, & alia, quæ sunt necessaria ad agriculturam, etiam volentibus debitoribus.
11 In generali obligatione nō veniunt ea, quæ specialiter non fuisset quis obligaturus, vt puta pannos, & lectos, & alia supellectilia, sine quibus viuere non potest.
12 Executio in libris non potest fieri, nec sub generali obligatione comprehenduntur.
13 Arma militibus relinquenda sunt, & libri scholaribus, & breuiarium clerico, etiam debitoribus volentibus: nisi ipse obligans alia bona non haberet. & nume. 14.

[r] Nilleuaran. [r] Nota text. quòd recipiens expensas litis
1 vltra † in dicto aranzel expressas, incidit in pœnam, vt eas cum septenis restituat: quæ est pœna furti, quæ potestati debet imponi, & aliis officialibus, vbicunque aliquid à priuato recipiunt vltra sibi debitum. vt in. l. prima. & ibi glossa in versiculo, accepit. ff. ad. l. Iuli. repet. & in. l. eadem. §. finali. & l. Iuli. eodem titulo. quia
2 debent † habere manus mundas, & puras. vt in authentica, iuri iurand. quod præstabis. colla.
3 2. ¶ Intantum hoc est verum, quòd etiam † à volentibus sponte ei dare vltra sibi debitum, non debet recipere: & si recipit, incidit in istam pœnam. tenet Paris de puteo in tracta. syndica. in parte, consiliarij officiales. folio. 194. in principio. & tenet text. & ibi Plat. in. l. tam collatores. §. vt autē. de re milit. C. lib. 12. & tenet Iaf. in l. si quis in conscribendo. C. de pactis. numero 15. Et tenet Montal. in glossa ordina. regali. in parte, tabelliones. vbi etiam à sponte dantibus
4 † non licet officiali vltra quantitatem taxatam recipere. vt in. l. per omnes. C. de strato. lib. 12. & per alia iura allega. vt ibi per eum. vbi quoque dicit Montal. quòd imò dans, & recipiens, pariter puniuntur. vt in authentica. vt iudices sine quoquo suffragi. §. si quis autem. colla. 2. in fine. & est text. in capitulo octauo, infrà eodem. quem vide ibi. aun que se lo quieran dar. & vide quæ ibi posui circa hoc, & tenet Guido singu-

la. 487.

li.487.§ si notarius.& tenet Iohann. de Plat.in
l.2.C.nec rusticani ad ullum obsequium deuo-
centur.lib.11. Quia cùm quis prohibetur exige-
re,prohibetur etiam et sponte dari.vt in.l.deuo
tum.C.de meta.lib.12.& in.l.vnica.C.de strato.
& ibi plat.quoque.quia quantumcunque spon-
te & volens det, præsumitur inuitus dare, per
horrescens officium. vt in dict.l.2.& per alia iu-
ra.vt per Plate.ibi. ¶ Et facit:quia quãdo aliqd
est prohibitũ fauore alicuius, tale prohibitũ nõ
potest fieri etiam consentiente illo, in cuius fa-
uore illud fuit prohibitum.ita optimè probat
textus in.l.vnica.C.de salga.hospi.non præstan.
lib.12.& ad idem est textus.in.l.finali.§. primo.
C.de re mili.eodem,lib.12.& in.l.spem. C.quæ
rei pigno.obligatio.pos.& facit,l.commodis.ff.
de re iudi.&.l.quos prohibet.ff.
l.filius familias.§.veterani.ff.de procura. ¶ Et
facit quod tenet Feli.in capitulo,cũ nos.de ho-
5 micidi. vbi ait, quòd si notarius † ancianorum
est salariatus de publico, non potest aliquid ac-
cipere, etiam à sponte dante:allegat hoc voluis-
se Bartol.in.l. muneruum.§.finali.ff. de regulis
iuris. & allegans quoque rationem, dicens ra-
6 tionem esse: quia quando † à pluribus capi-
tur, inducitur consuetudo, & sic quis erube-
scit non dare. ¶ Et faciunt etiam dicta per Fe-
li.in capitulo primo in fine. de simonia. vbi di-
7 cit, † quòd prohibitum dare propter publicum
bonum, prohibitum est recipere à sponte dan-
te.allegat ad hoc glossam in.l.inuitus.§.finali.ff.
de regulis iuris.& dicit, quòd idem tenet Bald.
in authentica.Sed hodie.C.de episcopis & cle-
ric.& glossa in capitulo, statutum.§.finali,de re-
script.in.6.& in capitulo, exigit. cum glossa
de censi.eodem lib.& facit textus.& quæ ibi di
cam in dict.capitulo octauo infrà eodem in glos
sa.aun que se lo quieran dar. ¶ Et optimè faciũt
dicta per Feli.in capitulo,cùm. m.ferrariẽsis.de
constitutio.in.12.columna,versiculo, super posi
to.& per Cepolam in consilio.13.columna.5.&
Petrum de Anchara.consilio.272.& Lapum,al-
legatione.37.& Philipp.decium in.d.l.inuitus.
§.finali.ff.de regu.iuri.vbi idem tenet.Sed dicit,
quòd dicta conclusio procedit,vbi agitur de in-
teresse publico,& in casibus à iure expressis, vt
in nostro textu cauetur, aliàs secus videtur:
quia quædam honestè accipiuntur, quæ inho-
nestè petuntur,vt dicit textus in.l.prima.§.pro
inde.ff.de variis cognitio.& glossa in.l.secunda
circa finem.in verbo, sed præstari.ff de origi.iu
ris. ¶ Et quoque procedunt supradicta, quòd
etiam à sponte dantibus non possunt recipere
plusquam est debitum, quando statutum pro-
hibet salarium accipere: quia sunt verba gene-
ralia, & comprehendunt etiam sponte soluen-
tem. Secus videtur, si quis esset prohibitus
petere, quia non prohibetur accipere ab eo,qui
sponte solueret. vt in capitulo, dilectus.el.2.de si
monia.& Bartol.in dict.§.finali. Sed noster tex.
prohibet accipere, & sic leuar, ergo à sponte
non potest accipere plusquam hic continetur.
¶ Quoque faciunt optimè dicta per Feli.in.d.ca
pitulo,cũ nos.de homic.vbi tenet reprobando
Angelũ in.l. Archiatri. C.de professo. & medi.
8 lib.10 quòd medicus † salariatus de publico,non
debet petere præmium ab infirmis, secundum
Barto.ibi,quod etiam nec poterit consequi præ-
mium à sponte dare volentibus. licet Angelus
ibi teneat contrarium, & malè. Nec obstat text.
in cle.prima. de censibus. & cle.prima de im-
munit.ecclesi.vbi ab eo,à quo non potest exige
re, possunt recipere, si sponte soluat, quia lo-
quitur in casu permisso à iure, vt Mont.l.in.d.
glossa ordi.in parte, tabelliones. Tamen Iohan.
de platea ibi in.d.l. Archiatri.tenet cum Angel.
dicendo,quòd potest recipere salarium, & alia,
quæ sibi offeruntur sponte post sanitatem, licet
salarium recipiat de publico:nisi ex forma con-
uentionis suæ conditionis esset, quòd nil pos-
set recipere, quia tunc etiam à sponte soluente
recipere non potest.per gloss. in dicta.l.inuitus.
§.fin.ff.de regul.iuri.& sic quòd Angel.& plat.
verum dicant, & dicta per Feli.intelligantur du
rante infirmitate: secus cùm sanati fuerint, vel
quando ita conuentum fuit, vt etiam à sponte
dantibus nil recipere possit. ¶ Quod dicit Pla-
te.idem esse in aduocato, qui habet salariũ à con
munitatibus villarum.quę vid.in fine. ¶ Ad idẽ
faciunt notata per Hippolyt.de Marsi.in.l. sti-
pendia. C.de execu.rei iudi. vbi plura posuit,
9 quæ prohibentur † à lege accipi pro pignore
à debitoribus per barnerios, algazelus, & execu-
tores: quòd licet ipsi debitores talia prohibita
accipi pro pignore sponte dant barneriis, vel
executoribus, quòd non possunt accipere etiam
ab illis volentibus. per dictã.l.vnicam. C. de
salga. hospit. suprà allagatis. prout tenet di-
ctus Hippolyt.de Marsi.in.l.vnius facinoris.§.
seruus nec si.ff.de quæstioni.numero secundo,
cum sequentibus.& in.l.cornelia.§.cõstitutum.
ff.ad.l.corneliam.de sica. numero secundo,cum
sequentibus.& si accipiunt,incidũt in pœnam,
vt ibi Quod facit ad.l. 7.titulo.11. delas pren-
das.libr. quinto, in ordina. regali.& ad.l.exe-
cutores. C.quæ res pignori obligari possunt.
& ad

& ad tex.in.§.agricultores.in rub.de statutis. &
consuetudr.in vsi.feud.& ad.l.1.titulo.5.parti.5.
vbi in dictis iuribus cauetur, quòd pro execu-
10 tione † sententiæ, vel instrumenti guarētigij, nō
possunt capi boues aratorij, & alia, quæ sunt ne
cessaria ad agriculturam, vt sunt ligones, & in-
strumenta ferrea. quod habet locum etiam vo-
lentibus debitoribus. Sed hoc intellige, si sunt
alia bona, quia in istis nō potest executio fieri, aliàs
incidit in pœnam illius legis ordina. & idem te
net Bald.in.l. quemadmodum.§. magistratus.
ff.ad.l.aquili.vbi ait, quòd si per imperitiam ca
pit pignora, seu fecit illicitam capturam, ipse
tenetur ad interesse. ¶ Ratio potest esse: quia
11 in generali obligatione † non veniunt ea, quæ
specialiter non fuisset promissurus, vel obliga-
turus. vt Bartolus in.l. prima. C. quæ res pigno.
obliga. poss. vt puta pannos, & lectos, & alia
impellectilia, sine quibus viuere non potest.
ad idem facit text.in.l.obligatione generali.ff.
de pigno.& textus in.l.5.titulo.13.parti.5. quæ
hoc in expresso tenet. Quod extende ad vesti-
menta: quia quoque non possunt capi pro exe-
cutiōe sentētię ne aliàs videat ipse debitor quo-
dammodo in vinculis pro debito poni. vt tenet
Lucas de pēna in rubri. C. de militari veste.lib.
12. Quod putat verum in vestibus necessariis, se
cus in his, quæ sunt ad ornatum & delectatio-
12 nem. ¶ Quoque in libris † executio non potest
fieri, nec sub generali obligatione comprehen-
duntur. vt gloss.singularis.in.l.nepos proculo.
ff.de verbo.significa.in verbo, dignitate. quæ te
net, quòd in executione iudicati, quemadmo-
dum arma non sunt auferenda militibus, ita nec
libri scholaribus. per quam gloss. dicit Bald.in
rub. qui boni. cedere possunt. quòd si schola-
ris cessit bonis, non poterunt ei auferri libri
13 quia secundùm eum arma † militibus relinquē-
da sunt, & libri scholaribus, & breuiarium cle-
rico. & tenet Ias.in.§.item seruiana.9.colum.nu
mero.65.&.66.institutio.de actio.& idem tenet
Montal.in dict.l.13.parti.suprà allega. & quia le
ges & arma sunt ad inuicem correlatiua. vt Io-
han. Faber in procemio institutio. Quod intelli
gitur, vt dictū est: etiā debitoribus volentibus in
illis executio nō fit. ¶ Tamē supradicta fallunt,
14 † nisi ipse obligans non haberet alia bona, nisi
bona, quæ specialiter quis non esset obligatu-
rus: quia tunc veniunt in obligatione, & in il-
lis potest fieri executio. vt doctores moderni
in dict.l.obligatione generali.ff.de pignori. Et
ratio potest esse: quia si aliter diceremus, seque-
retur quòd talis obligatio, & contractus nil ope
rar tur, quod non est dicendum. argumen.in.§.
quibus. in prima constitutio. C.& in.l.amplio
rem.§.in refutatoriis. C. de appella.& in capitu-
lo, solitæ. de maior.& obedien.& idem probat
dicta.l.ordinamenti. Quinimo dicit Bald.sin-
gulariter in rub. C. de contrahen.emptiōe. quòd
vnum quodque verbum etiam minimum appo
situm in contractu, intelligitur esse appositum
cum ministerio aliquid operādi: Quod dictum
refert & sequitur Alexand.in consilio.151.in.2.
volu.incipiente, themate.& in consilio.157.eo-
dem volu.& Iohann.de Ana.in consilio. 98.&
Hippolytus de Marsi.in.l.prima.§.si seruus.ff.
de quæstioni.nume.6.cum sequentibus. vbi o-
mnino vide.

Summarium:

1 Consentiens pari pœna constringitur. num.7.
2 Consentire dicitur quis, quando non corrigit, quos tenetur ex officio corrigere.
3 Corrector in syndicatu tenetur non solùm de eo, quod mandauit, vel ratum habuit, sed etiā de eo, quod consentit. numer. 7.8.9.10.&.12.
4 Consentiens magis punitur, quàm agens.
5 Consensus quadruplex est.
6 An consentire videtur non reuelans crimen læsæ maiestatis, & an ab eo præsumitur committi.
Fallit in sacerdote, quia non punitur, licet non reuelet.
8 An licitè potest deponi potestas, seu officialis, qui vidit rixantes, & non misit familiam.
11 Dominus videns fieri malum, & cùm possit nō vitat, videtur consentire.
12 Iudex, an teneatur ex perceptis per suos officiales, etiam si ignorauerit. num.13.
14 Cōsanguineus an teneatur scire facta consanguinei: & vicinus an præsumatur scire facta vicini.
15 Correctores pręsumūtur scire facta suorum officialium.
16 Potestates terrarum, & sui officiales donec sunt in officio, dicuntur esse ciues illarū ciuitatū.
17 Officiales durante officio, & tempore syndicatus debēt tractari tanquā ciues, & in eis statuta ciuitatis de ciuibus loquentia habēnt locū.
Officio finito, non sunt ciues, quia desinit illa ciuilitas.
Idem est in prælato, quia ratione prælaturæ est ciuis, secus ea deposita.
18 Iudex pro delicto commisso in officio debet

punıri pœnaciuium,vbi alia pœna eſt in foreſe.

19 Staute ſtatuto, quòdquilıbet de populo poteſt accuſare: famılıa poteſtatıs accuſare poteſt, quiacomprehendıtur ſub tali ſtatuto.

20 Statuto ſtante, quòd quilıbet de populo poteſt accuſare, & habere tertiam partem: an officialis curiæ, vel familiaris poteſtatis, poſsıt accuſare, & illam tertiam partem habere.

21 Illi qui ſunt ſimul, videtur vnus alteri dare auxilium.

22 Qui eſt armatus cum alıis, licet nullum actum faciat, dicıtur dare opem, etiam ſi manus ad armanon moueat, & etiam ſi armatus ſit à remotis.

23 Auxiliatores, & ſocij alicuius delinquentis vt poſsint puniri de auxilio, quid requiritur.

24 Præbentes conſilium, & auxilıum, & fauorem, qualıter puniantur.

25 Si occidi alıquem, an ſocij, qui mecum erant, puniantur.

26 Delictum factum ad commodum alicuius, licet non perueniat ad ſui notitiam, an teneatur.

27 Delictum famuli, an imputetur domino.

28 An delictum factum à filio in re concernente cauſam patris, præſumatur factum de voluntate patris.

q 1 Ni cõſentiran. [q] Nota, quòd cõſentiẽs, † pari pœ
na conſtringitur. Similis text. in capit. nottum.
a. quæſtio. prima. & capi. facientes. 86. diſtin. Et
ſic iſti Correctores, qui conſentiunt officiali-
bus ſuis accipere expenſas vltra in dicto aran-
zel contentas, tenentur ad pœnam: quia pro-
ut dicit gloſſa in dicto capitulo, noum. quis di-
a citur † conſentire, cùm non corrigit, quos te-
netur ex officio corrigere. vt in capitul. primo.
83. diſtin. & in capitulo, inferiorum. 86 diſtin.
Quia eo ipſo, quòd prælatus tacet, videtur con-
ſentire. capitulo, ſi rector. 44. diſtin. & punitur
aeſi feciſſet. 83. diſtin. capitulo, quid enim pro-
deſt. & tenet Cardi. in cle. prima, de vita & hone
3 ſta. cle. quæſt. 11. ❡ Et ſic talis Corrector † non ſo
lùm poteſt conueniri in ſyndicatu de eo, quod
mandauit, vel ratum habuit, ſed etiam de eo, qđ
conſenſit. vt in. c. cùm ad ſedem. de reſtitu. ſpo-
lia. in fine. quia quoque dicitur conſentire, cùm
defendit peccantem, vel quando ſua authoritate
delinquit. ❡ Imò magis punitur conſentiens,
4 † quàm agens. prout habetur in cap. qui aliorũ.
24. quæſt. 3. vbi qui aliorum defendit errorem,
multò amplius damnabilior eſt illis, qui errant.

tex. in. c. qui conſentit. 11. q. 3. vbi habetur, quòd
qui conſentit peccantibus, & defendit alium de
linquentem, maledictus erit apud Deum, & ho-
minem. & corripıetur increpatiõe ſeueriſsima.
Et quidã ſanct⁹ pater ait, ſi quis peccantem de-
fendit, acri⁹ quã
ſentiran [q] lleuar a ſus officiales mas dere
ılle, qui peccauit
coerceatur. ❡ Sed
propter hoc glo.
in capitu. 1. de of-
fi. delega. in verbo. pari pœna. dicit, ꝙ quadru-
5 plex † eſt cõſenſus. Et in quarto caſu dicit, ꝙ quã
do conſenſus eſt authoritatis, ſeu defenſiõis, ma
gis peccat conſentiens defendẽdo, & authorita-
tem præſtando, quã faciens, & magis puniẽdus.
vt in. d. c. qui aliorũ. Sed in cæteris caſibus nõ. vt
in. d. glo. Idẽ vult tenere gl. in. d. c. qui conſentit.
inquãtũ dicit, qui cõſentit, ſcilicet per coopera-
tionem, & authoritatẽ. & gl. in. d. c. notum. & ſic
telliguntur iura cõtraria, dicentia, ꝙ magis pu
nitur cõſentiens, quã agens, ſcilicet quãdo cõſen
tit per cooperationẽ, & authoritatẽ. ❡ Et quoq;
dicta gl. procedit in crimine hæreſis, & atrocio-
ribus delictis, quia magis peccat cõſentiens de-
fendendo. vt glo. in cle. 1. de pœnis. in parte, de-
6 fenſauerit. ❡ Idẽ dico † in non reuelãte crimen
læſæ maieſtatis, quia videtur cõſentire, & ab eo
committi, qui in ſimplicem ſciẽtiã incidit, licet
nulla operatio, vel factum interuenerit. vt in. l.
quiſquis. in fine. C. ad. l. Iuli. maieſta. Et ꝙ ex ſo
la ſcientia quis teneatur ex tali delicto, & ex plu
ribus aliis, notat Bar. in. l. vtrum. ff. de parrici. &
plenè ſaly. in. d. l. ſi quis. §. ad quod. ❡ Tamẽ hoc
eſt verũ, dũmodo ſciat, & probare poſsit, aliàs
nõ punitur. tenet Feli. in. c. de cætero. ſi. co. de re
iudi. Tamẽ opi. Bar. & ſaly. ſeruatur in practica.
prout tenet Ang. in tracta. malefi. & ibi Augu.
de Arimi. in additio. in pte, & chai tradito la tua
patria. ver. quod crimẽ. n. 10. vbi per eos. ❡ Et in
tellige ꝙ punitur. ſ. ſi nõ reuelauit. vt ibi. de qua
reuelatiõe vi. per Feli. in c. quãtę. de ſentẽ. excõ.
in verbo. ſi extra. gl. & l. 5. ti. 2. parti. 7. Et an per
ſimplicẽ ſciẽtiã quis incurrat in crimine lęſę ma
ieſtatis & puniatur. vi. latè Hippolyt. de Mar. in
d. l. vtrũ. ff. ad. l. Põpe. de parri. vbi in. n. 6. tenet
hoc nõ ꝓcedere in ſacerdote, cui fuit dictũ in cõ
feſſiõe aliquid maleficiũ fiendũ: quia licet nõ re
uelauerit, nõ cadit in pœnã. vt in. c. omnis vtriuſ
que ſexus. de pœnit. & remi. & ibi doctores. &
an nõ reuelãs crimẽ puniatur, vi. q̃ poſui in. c. 52.
infrà eo. in. gl. incurra. ❡ Sed noſter tex. inquã-
7 tũ tenet ꝙ conſentiens punitur, † intelligit glo.
vbi eſt tex. ſimilis in dict. capitulo, quãtę. de ſen
ten.

ten. excõmunica. scilicet per cooperationem, præstãdo authoritatem, quia tunc eadem pœna punitur faciens, & consentiens. & sic debent intelligi verba ista, vbi inueniuntur. & iura suprà allegata. quod notat ibi Abb. pro singulari. nu. 5. pro statutis punientibus consentientes certo facinori, vt illi dicãtur consentientes, qui cooperantur ad delictum, saltem præstando authoritatem. Secus videtur in eo, qui adhibuit præsentiam non authorizabilẽ, nec cooperatiuam, etiã si poterat obuiare, & non obuiauit. quod videtur contra supradicta, vbi magis puniũtur consentientes pręstando authoritatem, quàm agentes. ¶ Sed certè tex. ibi in. d. c. quantę. in fine, videtur tenere contrariũ. Nam ille tex. non intendit punire authoritatem præstantes, sed non obuiantes, cùm possunt, secũdùm Abb. & Feli. ibi, ideo tene dictã distinctionẽ gl. in. d. c. 1. de offi. delega. quã approbat Feli. vbi suprà, & ibi Barb. in glo. magna. ¶ Et ibi in versi. qui ratione potestatis. notat, q̃ habẽs potestatem contra alium, & videns eum percuti, & non prohibens habetur pro consentiente, & faciẽte. Et pōderat ad vim
8 valde singulare dictũ Bart. † in. l. illicitas. ff. de officio pręsi. vbi dicit, quòd si potestas, vel officialis vidit rixantes, & non mittit familiã, licitè potest propter hãc causam deponi. et ita expressò notat Bald. in. l. nullus. versi. Item nota argumentũ. C. de summa trini. & fide catho. & in. l. 1. §. qules. ff. de offi. pręfect. vrbis. & fuit originale dictum Cy. in. l. si seruus. C. de noxali. Quod dictum dicit Feli. in. d. c. quantæ. esse intelligendũ sanè duob⁹ cõcurrẽtibus. s. nisi misisset ad aliud faciendũ, & si videt rixam adeò magnam, q̃ non possit sedari per illos de familia. ¶ Sed videtur,
9 q̃ iste text. ad Correctores † consentientes non extendatur, etiam si pœna imponatur ipso iure: quia hoc est potius ex interpretatione, quæ non habet locũ in statuto, vbi fictus, & interpretatiuus intellectus non habet locum. vt in. l. 3. ff. de negotiis gestis. & in. c. in ius trac. de iniuriis. & Abb. in. d. c. quantæ. nu. 3. & sic, q̃ non extendatur ad consentiẽtem. Idem tenet Abb. in. c. si culpa. 1. col. de iniuriis. & Anto. in. c. fina. de pactis. col. 1. sed istud est verum, quando verba statuti dirigũtur in personam, putà si quis fecerit sic: secus si dirigerentur in rem, putà, si factum fuerit tale quid, quia comprehendit etiam consentientes. prout in text. nostro cauetur ibi, llevar. ita notat Bart. in. l. is qui opem. ff. de furtis. & text. & Bar. in. l. aut qui aliter. §. fina. ff. quo vi aut clã. & Paul. de Castro in. l. si necessarias. §. de vẽdendo. ff. de pign. actione. & Feli. vbi suprà, in prin.

¶ Quoque intellige, nisi lex, vel statutum ex-
10 presse disponat † contra consentiẽtes. vt in isto text. ibi. ni consentira. & in dictis iuribus suprà allega. quia tunc in eis habet locum dicta pœna. Ad idem facit text. in. l. 13. titu. 33. de regul. iur.
11 parti. 7. vbi tenet, q̃ si dominus † videt fieri malum, & non vetat, cùm possit, videtur cõsentire. Facit tex. in. l. quid ergo. §. 1. ff. de his qui not. infami. & in. l. scientiam. in princi. ff. ad. l. Aquili. &. C. de noxali. l. si seruus. Et illa regula habet locum secundum Montal. ibi in. d. l. partj. siue domin⁹ potest prohibere de iure, siue de facto. vt in. l. in omnibus. ff. de noxalibus. & cap. qui alios. de hæreticis. & glos. in dicta. l. scientiam. ¶ Sed ad hoc, vt isti Correctores de consensu te
12 neantur, oportet q̃ sciant, † quòd sui officiales extorquent, & recipiunt istas expensas vltra in dicto aranzel contentas, vel q̃ sint præsentes dũ eas recipiunt, & intelligentes. arg. glo. in. l. pen. C. de errore aduocato. in versi. pręsentibus, & intelligentibus. & facit. l. non multum. ff. de authoritate tuto. & quod dixit Bart. & docto. in. l. 1. ff. de verb. oblig. ibi, vtroq; loquẽte, & sermonum efficaciam intelligente. & quod tradit Bald. in. l. testium. C. de testi. nu. 8. & ibi Barb. in additio. & Abb. in. c. peruenit. el. 2. de testi. cogen. quia si sunt præsentes, & intelligentes, q̃ extorquent vltra hic contenta, & tacent, & dissimulant errores suorum officialiũ, est præsumendum contra eos. nam error, cui non resistitur, approbatur. vt in. c. error. 83. disti. c. qui prodest. & Abb. in. d. c. qui alios. Quod intelligit non solùm in errore fidei, sed etiã in quolibet errore. nam errare pręsumitur, qui errantibus, cùm potest, nõ resistit. Sicut quoque dicitur non carere scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. vt in præallega. c. qui potest. ¶ Sed text. noster dicit, q̃ tenetur, etiam si ad sui notitiam
13 † nõ peruenit. ibi, aun que diga que no lo supo: & est fortis text. vt quis teneatur ex ignorantia facti. Et potest esse ratio, quia vt dicit Paris de Pute. in tract. syndic. in parte, iudex, an si iudex. foli. 141. nu. 17. iudex non debet pati illicitas extorsiones, imò ex officio supplere. vt in. l. vbi pactum. ff. de transa. & in. l. illicitã. ff. de offi. præsi.
14 ¶ Hoc quoq; credo esse: quia † sicut consanguineus tenetur scire facta cõsanguinei. vt in. l. octaui. ff. vnde cogna. & Pau. de Cast. in. l. auũculo. ff. de conditio. sine causa. nu. 2. & idẽ latè in. l. de tutela. C. de in integr. restitu. mino. licet hoc sit verum in iuribus sanguinis, vel naturæ, secus in consistentibus in facto: quia scientia non præsumitur, nisi probetur. vt Bal. in. l. quoniam. C. de iure

iure delibe.& Feli.in cap.Petrus.de homicid.1.col. ¶ Ita vicinus præsumitur scire facta vicini. vt Abb.in.c.quosdam. de præsumptio. nu.1.& Feli.latè in cap.literis.eod.tit.& Bart.in. l.is potest.col.5.versicu. videamus.ff.de acquiren. hæredi.& Pala.Ruui.in repeti.c.per vestras.de donatio.§.18.fol.65.col.11.nu.32.sed hoc dicit Bar. in.d.l.is potest.Si erat fama in vicinia, tunc vicinus præsumitur scire facta vicini,aliàs non. Et licet hoc reprobet Alexan.& Ias. sequitur Sebastianus Sapia.in additio.ad Abb.in.c.quosdam. de præsump.in prima additione.vbi Alex.quoque dicit limitari, nisi vicinus, vel cōsanguine⁹ velit probare contrariū, vel nisi cōsanguineus, vel vicinus esset infirmus. Et habet locū in his, quæ verisimiliter consueuerūt esse nota consanguineis, aliàs secus, vel nisi ciuis esset nouus, quia iste potest prætendere ignorantiam. ¶ Sic
15 præsumitur,quòd Correctores † sciūt facta suo
16 rum officialium: quia potestates † ciuitatum & sui familiares donec sunt in officio,dicuntur esse ciues illarum ciuitatum,tenet Iohan.de Plat. in.l.ciues quidem.C.de incoli.lib.10.nu.2.& latè Paris de Pute.in.d.tracta.syndica.in parte,ciuilitas.fol.77. ¶ Et tenet Cataldi. in tracta.syn-
17 dica.q.21.vbi ait, † φ officiales,durante officio, & tempore syndicatus, debēt tractari tanquam ciues,& in eis statuta ciuitatis de ciuibus loquētia habent locum. vt in.l.1.ff. ad municip.& magistratus municipales appellantur potestates. & hoc tene.licet Albericus de Rosa.in. 2. parte statu.q.177. in fine.tenet contrarium,dicens, φ Rector non dicitur ciuis.Quod intellige in alio iudice,quàm in electo à principe:quia electus à principe, siue à domino loci, vel villæ, efficitur ciuis,& sic sunt ciues, & habitatores: sed intellige quoad honores, secus quoad onera. vt gl. in cap.fi. de parochiis. in parte, habitatores. Tamen deposito officio, desinit ciuitas illa.per dict.l. ciues.suprà allega.& Andre.Sicul.consi. 23. vbi quoque dicit,φ est idem in prælato,qui ratione prælaturę est ciuis, qua deposita,desinit
18 ciuilitas eius. ¶ Ex quo infertur,† quòd pro delicto commisso in officio debet puniri pœna ciuium, vbi alia pœna est in Forense, quia est caput ciuium:& ideo debet eodem priuilegio gaudere, quo sui ciues gaudent.argu. l. quoad statutum.ff.de testamen.mili. ¶ Et quòd sit ciuis dū est in officio,est glo.in.l.fi.C. de incolis.& idē est in eius officialibus,& familiarib⁹, quia eius priuilegio gaudēt.vt in.l.1. C.de episco.& cleri. & intantum est ciuis, φ offendens officialē,punitur pœna parricidij. vt dictus Paris de Pute. vbi suprà. ¶ Quod facit ad illud,quod tenet Bal. in cap.ex parte adę.in.2.col.per glo.ibi,de testi. quòd stante statuto, φ quilibet possit accusare, intelligitur quilibet de populo illo statuentiū, non autē de populo extraneo.prout refert, & sequitur Ias.in.l.si fideiussor.§.si necessaria.ff.qui satisdare cogantur.& glo.in.l.fi.& l.is qui reus. ff.de publicis iudiciis.& Bald.ibi.& Institu.de publi.iudi.in princi.& in.l.1.§. per cōsequens. ff.de suspec.tuto.& per Bart.Bald.& Imol.in.l. cum.C. qui accusa.nō poss.& Alex.in.l. in prouinciali.§. fina.num.2.ff. de noui oper.nuntiati. contrarium tenet Iohā. de Plate. in rubri. C.de iure fisci.lib.10. num.2.vbi tenet,φ quilibet admittitur ad accusandū de crimine publico, etiā de populo alieno.& est glo. in.l.2. §. pe.in verbo,actoris.ff. ne quid in loco publico & eam dicit singula.Iohan. de Anani. in cap. qualiter & quando.el.2. de accusa.8.col.versi.2.nota.φ non parochianus.& idem tenet Feli.in. c. dilecti. de maiori.& obedien.col.3. nu.2. in fine. dicendo, φ actio popularis competit etiam illi,qui nō est propriè de populo, sed credo,quòd Ias.non est contrarius,quia loquitur in pœna statuti,in qua non admittitur,nisi sit de illo populo, vbi est talè statutum.Secus est in pœna legis generalis regni,quia tunc habet locum quod dicit glo.Plat. & Feli. & sic non sunt contrarij. ¶ Et talis famil
19 lia potestatis comprehenditur sub dicto statuto & potest accusare,† & habere cōmodum applicatum accusatori per dictum statutum: quia dicuntur ciues,dum sunt in officio, vt dixi,& hoc teneo. licet Ange.in.l.debitor.ff.de pigno.vult tenere contrarium , dicens quòd positus in loco ad tempus,nō dicitur positus in loco,nec de loco.vt in.l.ex facto.ff. de hæredi.institu. §. rerū. & ideo Forenses studentes,non dicūtur esse de loco,vbi studēt, sed in loco,cùm studere in ipso debeant? Quia hoc non obstat:quia loquitur in priuato, & non in illis , qui officia publica habent. vt colligitur ex dictis per Pari. de Pute. vbi suprà in parte,statutum. ¶ Et quoque tenet contrarium Bal. in sua practi.crimi. in titu.de.q. circa statuta.q.12. vbi finaliter concludit altercādo pro vtraque parte hanc.q. φ stante statuto,φ
20 de tali maleficio liceat cuilibet accusare, † & φ accusator habeat tertiam partem, quòd si officialis curiæ,vel familiaris potestatis accusauerit de tali maleficio,non recipiet dictam tertiam partē ab statuto concessam, eo quia Correctòr,seu potestas recipit salarium per se,& omnibus famulis suis,quo debet esse contemptus. vt in anthē. de iureiuran. Quod præsta.ab his.in princi. Itē quia

quia lex cauet, quòd id, quod capitur ab hostibus, efficiatur capietis. vt in.l. si quid. ff. de capti. & postlimi. re. & tunc si milites armatę militię, qui recipiunt stipendia à republica, capiant aliquem ab hostibus, nō ideo efficitur eius seruus. Et idem dicit fer uandum fore in officialibus, & familiaribus terrarum. arg. in.l. nec qui. ff. de incēd. rui. naufra. & tenet Hierony. Caualton in additio. ad Angel. in tracta. maleficio. in parte, ad querelam Titij. numero. 43.

chos delosque enel aranzel de aquella

¶ Sed practica cōmunis est in toto regno in contrarium: & sic, quòd sic iudex ex officio procedit, vel ei' algazelus, vel familiaris accusant, percipiunt dictam partem, quæ accusatori pertinet. Sed contrarium debet hodie seruari, quando iudex ex officio procedit, & non ad petitionem suorum officialium, vel aliorum, per quandam pragmaticam factā per nostrū principem Philippum nomine patris sui Caroli in curiis, quas habuit Valissoleti anno. 1548. l. 45. in qua cauetur, que si el juez procede de officio, y condenare en alguna pena que pertenezca al denūciador, que el juez no pueda lleuar la tal pena que al denunciador pertenesce. Sed hoc intelligerē, quādo lex applicat partem pœnæ iudici, ex eo quòd sententiā tulit: quia tunc partes, quæ pertinent ad seipsum, & accusatorem, non potest sibi vendicari, & attribuere. Secus si nulla pars condēnationis iudici applicatur: quia tunc bene poterit partem accusatoris sibi sumere, si ex officio procedit, cùm inquisitio, & officiū iudicis succedat actioni. vt Bart. in. l. infamē. ff. de publi. iudi. & Paul. de Castro. consi. 59. ¶ Quoque potest esse ratio nostri text. quòd teneantur etiam si ad sui notitiam non perueniat, quia sunt simul

21 in officio: & illi qui † sunt simul, videtur vnus alteri auxiliū dare. vt est notabil. dictum Innocen. in cap. continentia. de cleri. percusso. vbi Innocen. quoque dicit, quòd qui est armatus

22 † cum aliis, licet nullum actum faciat, dicitur dare opem. quod dicit Bald. menti tenendum. in l. raptores. C. de episco. & clericis. & in. l. i. col. 2. de seruis. fugiti. & in. l. 1. vltim. charta. C. vnde vi. & Felin. in cap. sicut dignum. de homic. col. textia. versicu. septimo & vltimo. vbi hoc extendit etiam si manus ad arma non moueat, dicitur præstare opem, vt ibi late per eum. & etiam si armatus est à remotis, si per eū efficitur audacior, & offensus timidior. vt Baldus in. l. non ideo minus. C. de accusa. tertia colū. & per Angel. de Aretio. in tractatu malefic. in parte, dictus Andreas armatus. in princip. & ibi per Augusti. in additio. ¶ Et facit illud, quod tenet Hip-

23 polyt. de Marsil. in singula. 400. † vbi ait, quod ad hoc, vt scias quando aliqui dicantur auxiliatores, vel socij alicuius delinquentis, vt possint puniri de auxilio, vel ope, oportet quòd ad hoc fuerint principaliter aduntati, seu in simul congregati, vt sunt Correctores, & sui officiales in officio, qui sunt congregati ad exercendū iurisdictionē, & rempublicā guberādā. per tex. quē allegat dictus Hipp. in. l. 3. §. homines. ff. vi bonorū rapto. & dicit, ꝙ si omnes delinquentes apparent fuisse in rixa, tūc omnes sunt puniēdi. de quo per Bar. & Hip. de Marsi. in. l. in rixa. ff. ad. l. Cornel. de sica. ¶ Angel. tamen dicit in. l. gracchus. C. de adulte. quòd allocians ad delictum perpetrandum, non punitur de homicidio, si principalis licitè occidere poterat, licet ipsi associantes non. ¶ Et quòd associātes ex cusentur, est verū, quando paruerunt, quia erāt filij, vel serui, vel vasalli, secus in aliis. vt ibi per Angel. ¶ Qualiter autem puniantur, qui præ-

ciudad, villa, o prouincia q̃ es a su car-

24 bent auxilium, † cōsilium, & fauorem, vide bonum text. in capi. cum homo. & in cap. si quis. cum sequenti. 24. quæstio. 5. & cap. qui aliorū. 23. quæsti. vlti. & cap. periculose. de pœniten. distinct. 1. ¶ Et si occidi aliquem, an socij, qui

25 † mecū erant puniantur? Vide Inno. & docto. in. c. sicut dignum. de homicidio. & quod notat Bart. in. l. si vendidero. §. raptorem. ff. de furtis. & in dicta. l. fina. ff. de sicariis. & latissimè per Alexand. in additio. ad Bart. in. l. is qui opem. ff. de furtis. & Barto. in. l. in furti. §. ope. & l. furtum. ff. eodem. titu. de furtis. ¶ Et si aliquis

26 facit delictum ad cōmodum † alicuius, licet non perueniat ad sui notitiam, an teneatur? Bar. in. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de noui oper. nunti. tenet quòd sic, loquendo in familia iudicis verberante appellantem à sententiā iudicis, quia præsumitur facere de mandato iudicis. De quo vi. per Abb. distinguētē. & ibi Iohā. de Ana. in. c. Petrus diaconus. de homici. vbi multas fallētias ponit Feli. & latissimè per Barba in dict. c. 1. de officio delega. col. 8. cum sequenti-

27 bus. vbi cōcludit, ꝙ vera † conclusio est, ꝙ delictum famuli imputetur domino, si cedit ad cō modū domini. Vel posset dari distinctio, vt ibi per eum, scilicet, Aut dominus. seu consanguineus sciuit delictū futurū, & potuit prohibere,

&non

& non prohibuit,& tūc imputetur sibi delictū. Aut ignorauit,& tūc nō imputetur. Aut sumus in dubio,an sciuerit vel ignorauerit:& tunc quādo factum est successiuū,tunc præsumitur scientia. Aut est momentaneum,& tunc præsumitur ignorātia. vt Abba.in.c.constitutus. de testib. & Bart.& docto.in dict.§.si quis ipsi prætori.

go fueren puestos,' so pena que los pa-

Videtu Alex. in consilio. 69.nu.6. in secūdo volumi.vbi tenet,† quod delictum factum à filio in re cōcernente causam patris,præsumitur factum de voluntate patris. Quod dicit saltem esse verum, quando aliqua alia præsumptio iudicaret contra patrem.& idem tenet Hippolyt. de Marsi. consilio. 3. nume.18.

Summarium.

1 Expensas litis quomodo debet iudex accipere. Et quid si habet salarium.

r **Puestos.'** Ex isto tex.patet,quòd ex regula iuris expensarum, debet 1 iudex dictas † expensas percipere, secūdùm regulam,seu aranzel suæ iurisdictionis,& non secundùm aranzel regale. Et ad hoc dico,quòd in prouinciis,vbi plus iudices percipiunt vltra in dicto aranzel regali contenta,ꝙ ea non debēt percipere, sed secūdùm dictum aranzel regale. Et in prouinciis,vbi minus est consuetum percipi,illud debet obseruari, & non dictum aranzel regale,quia in hoc est consuetudo seruanda. & ita tenet pragmatica in.d.arāzel contēta.quasi in princi. quā per te vide. Et an valeat consuetudo in oppositū,vide infrà in.c.7.in glos.a. Et nil amplius debet recipere à partibus, nec esculentum,dummodo habeat salarium, ex quo sibi satisfieri potest.text.in authen.scriptum est exēplar. vt iudic.sine quoquo suffragi. colla. 2. & glo.ibi in verbo,auaritiā.& glo.in.§.sunt præterea. Institu.de publi.iudic. Angel.in.d.authē. §.nulli.tenet,ꝙ ille tex.est contra Rectores ciuitatum,qui per castra,& villas mittunt eorum milites ad locorū conseruationem sumptibus rusticorum,quia puniuntur.vt ibi. & Iohan. Fab. in l. omnes cognitores.C. ad.l.Iuliā repe. Idem tenet. ꝙ iudices salariati nō possunt recipere esculentū. Et quòd iudex ordinarius salariatus non debet habere esculētum,tenet glo. & ibi Fab. & Nicasius de Voerda.in.§. plebiscitum. Institu. de iur.nat.gen.& ciuil.nume.4.& glo.in.c.non licet.11.q.3.& in.c.militare.a.,quæ st.1. alias in.c. cùm ab omni. de vita & honesta.clerico.vbi tenet, ꝙ ordinarius nunquam debet habere expēsas: nam ideo stipendia,idest salaria sunt ei constituta, Imo dicit, ꝙ etiam si de mandato princi

gue cō las setenas,' aùn que digan que

pisad aliā prouinciā proficiscitur, debet expendere illa quæ domi expēderet. vt in authē.de mād.prin §.illud tamē.colla,3.Sed in hoc senatores consilij regalis iubent, vt habeat. 300. dipondia pro vna quaq; die, dum proficiscitur extra suam prouinciam, seu iurisdictionem ex cōmissione eorum. Vide quæ dicā in.c.9. infrà eodem.in glo.1.& in.c.6.in glo. salario.

Summarium.

1 Simplum, an in septenis contineatur.

s **Setenas.'** Quia furi æquiparatur.vt in.l. 2.titu.13.foro legum.lib.4.& Institu.de obliga.quæ ex delict. nas. Sed an 1 in istis septenis † simplum continceatur, & sic expensæ datæ vltra in dicto aranzel contentę. tex.in.§.quadruplū. Institu.vi bonorum rapto. tenet,quòd in quadruplo inest rei persecutio,vt pœna tripli sit. Iasōtamē in.§.sic itaque discretis. Institu.de actio. 4.notabil.dicit,ꝙ in duplo,vel quadruplo, in quo condēnatur fur, non continetur simplum,& sic res ipsa furto subtracta, & sic duplum,vel quadruplū est tota pœna. Sed in rapina,& violentia dicit esse secus: quia in ea in quadruplo continetur simplum,& sic rei persecutio.& idem tenet.in.§. ex maleficis.in prin. eod.titu.de actio.nu.17.&.18. Et ratio diuersitatis dicit esse secundùm Iohā.Fab.ibi.3. col. quē sequitur ibi Angel.a.col.quia magis frequētantur furta,quàm rapinæ,& sic grauius puniūtur, vt magis arceantur.vt in.l.aut facta. §. fina. ff. de pœnis. Et licet Ias.in ista ratione cogitet tex. in.l.18.titu.14.par.7. vult eam tenere,loquendo in fure:& ꝙ in eo pœna duplici,vel quadruplici,in qua condēnatur,non continetur simplum. Et hac de causa semper in casu isto quando proceditur contra iudicem, simplum in quadruplo vel septenis computo: quia cùm sint in officiis, magis videtur mihi rapina,quàm furtum, & nō inducitur omnimoda similitudo. arg. eorū,quæ notat Bart in.l. pessimum genus. ff. de recepta.

Summarium.

Summarium.

1 Ex ignorantia an quis teneatur.
2 Dispositia in sciente, habent locum in scire debentem.
3 Scire dicitur aliquando per vehementem opinionem.
4 Ignorantia crassa & supina non excusat.
5 Ignorans non peccat. nume. 8.
6 Officialis, qui ignorauit delictum, in syndicatu excusatur.
7 Scientia in factis domesticorum & suorum officialium præsumitur.
Valet statutum, quòd ignorantia non possit allegari.
9 Correctores indagare tenentur factum suorum officialium: & in hoc ignorantia iuris non toleratur.
10 Excusatio nō potest esse pastoris, si lupus oues comedit, & pastor nescit: cùm teneatur inquirere, & curam de ouibus suis habere.
11 Facta nobilium personarum præsumuntur notabilis.
12 Prælatus quantūcunque bonus, & sanctus, in se potest grauari, & deprimi ex subditorum excessibus, quos negligēter omisit incorrectos.
13 Idem est in patre negligente corrigere excessus filiorum.
14 Iudices & rectores dissimulantes ea, quæ ptauè geruntur ab officialibus suis, puniuntur. Et idem est in aliis officialibus.

1 No lo supierō. † Nota tex. ꝙ quis ex ignorantia teneatur. † de isto tex. dixi latè suprà in gl. ni cōsentir lleuar. ver. sed tex. no ller dicit, vbi, vsq; in fi. ℣ Sed Paris de Pute. vult contrarium in. d. tracta. syndi. in parte, rectores. fo. 116. nu. 2. vbi ait, quòd extortum à familiaribus potestatis non præsumitur extortum cum eius scientia. vt in. c. cùm ad sedem. de restitu. spolia. Bald. in. l. ad inuidiā. C. ꝙ metus caus. nisi esset coniectura verisimilis ad propositum, putà, quòd cōmoditas, quæ prouenit ex tali, peruenit ad potestatem. Et ideo dicit Hostien. ꝙ dominus etiam ecclesiasticus tenetur de violentia per homines suos illata. Quod dicit verum secundùm Iohā. And. quando res, in qua est violentia cōmissa, peruenisset ad dominum, vel quando dominus mandasset, vel ratum habuit. Et idem si fuissent positi ad custodiam illius territorij. Ideo dominus agri tenetur de violentia in eo illata, si sciuit, & potuit prouidere, & nō fecit. vt dictus Paris de Puteo, vbi suprà. Sed in text. nostro contrariū cauetur, & credò ꝙ sit speciale in nostro cásu: quia prætores debent scire ea, quæ officiales sui 2 faciunt: quia dispositia in sciente, † habēt locum in scite debentē. vt Bald. in cap. 1. §. vasallus. in titū. si de feud. fuerit cōtrouersi. inter domi. & agnā. nume. 1. per text. in. l. quod te. ff. si cert. petatur. & in. l. pe. C. de pericul. tuto. vbi quoque tenet, 3 quòd aliquando † quis dicitur scire per vehemētem opinionem consonantem substantiæ veritatis. l. cùm quidam. §. quod dicitur. ff. de acquir. hæredita. ℣ Quæ vehemens opinio ex immediatis indiciis nascitur. vt doctores in. l. dolum ex insidiis. C. de dolo. & . l. milites. §. oportet. C. de quæsti. & in talibus delictis & simlib⁹, quia 4 est † ignorantia crassa & supina, non excusat. vt in. l. nec supina. ff. de iuri. & facti igno. & in. l. 1. ff. de abigeis. & Bald. in. l. error. C. de iuri. & facti igno. 2. col. nu. 7. & Dy. in. l. 1. §. certè. ff. de vētre inspi. & . l. de ætate. §. fina. ff. de interroga. actio. l. quid si fugitiuus. §. apud labeo. ff. de ædilitio edicto. & Bart. in. l. fi. ff. si quis testa. libera. ℣ Contra hoc facit, quod tenet Innocen. in cap. nouerit. de senten. excōmu. in fine. vbi tenet, ꝙ 5 ignorans † non peccat. vt in. l. 2. C. ne sacr. baptist. reite. & . ff. de pœnis. l. vlti. & . l. 1. C. de sicariis. ℣ Et facit illud, quod tenet Bart. in. l. qui-6 cunque. C. de serui. fugi. in fine. vbi ait, † quòd officialis, qui ignorauit delictū, in syndicatu excusatur. Tamen dictū Bart. licet in se sit verum, cum intelligo, quando contra ignorantem de iure contrarium non sit dispositum, vt in isto tex. 7 quia præsumitur scientia † in factis domesticorum, & consanguineorum. vt tenet Bald. in. d. l. quicunque. 1. col. num. 3. & dixi suprà in glo. ni consentira. num. 14 licet dicat, quòd sæpe contrarium euenit. nam nescit seruus quod facit dominus suus. vt in. l. eius qui in prouincia. in fine. ff. si cert. peta. & nescit soror quid ordinauerit frater. vt in. l. quoniam sororem. C. de iure delibe. & nesciunt absentes, quid faciant præsentes. vt in. l. fin. de decret. ab ordi. fac. ℣ Et sic per istum text, & per supradicta probatur, quòd valet statutum, quòd ignorantia non possit allegari. & idem tenet Bal. in. l. 1. ff. de legibus. nu. 6. & Bar. in. l. diuus. in prin. ff. de falsi. de materia per Alexan. saltem remissiuè in. l. de pupillo. §. nuntiationem. ff. de noui ope. nunti. nume. 15. vbi dicit hoc verum, nisi allegaretur ignorantia iusta, vel nisi offerretur probatio in continenti. vt in. l. statu.

No lo supierō. Y no

tus.C.de his qui sibi ascrib. & vide Abb. in. c.
ad falsariorũ.de crimi.fal.nu.1.&.7.& ibi Iohã.
8 de Anania nume.1. ¶ Nec obstat dictũ † Inno
cen. in.d.c. nouerit.quia ipse dicit ibi,quòd li-
cet ignorans nõ peccet, tamẽ punitur, qui igno
ranter peccat. Et ideo mitius agitur cum ignorã
tibus ius positiuũ. vt in.l.2. C. de in ius vocan.
quàm cum ignorantibus ius naturale. vt Inno.
in cap.cum illorum.de senten. excõmu.per tex.
in.c.gaudemus.de diuorti. ¶ Et quia isti Cor-
rectores non possunt allegare ignorãtiam.vt in
l. quod vulgo.ff.pro empto.& text.in.l.fina.&
ibi Bart.ad hoc notat.ff. pro suo.vbi in facto alie
no tolerabilis est ignorantia:quia tales Correcto
9 res tenentur indagare † factũ alienum,& sic suo
rum officialium:quia in hoc non toleratur igno
rantia iuris in facto alieno.vt tenet Ias.in.l.si res
obligata.ff.de legatis primo.col.pe.num.36.vbi
ait,ꝙ quando quis tenetur indagare factum alie
num ratione officij sui,tũc præsumitur illud sci
re,nec toleratur ignorantia.text. dicit esse nota-
bi. in cap.innotuit. circa finẽ.in verbo,nec pro-
bare cogimus ignorantiã.de electio. iuncta glo.
& ibi notat Abb.3.col. & ad idem est tex.in.c.
quanuis.& ibi Abb. de regu.iur. vbi dicit text.
10 ꝙ non potest esse pastoris † excusatio, si lupus
oues comedit,& pastor nescit,cùm teneatur in-
quirere, & habere curam de ouibus suis. & idẽ
notat Domi.in.c.vt circa.in verbo,super huius-
modi. de elec. in.6.& est glos. ibi. & idem Do-
mi.in.c.2.in verbo,sciẽter.de tẽpor.ordi. lib.6.
& Abb. in c.fina.de confessio. vlti.col.& in cõ
sili.180. quod incipit,in.q. quæ ad præsens vti-
tur.quia potestas debet velle certiorari qualiter
in officio sui Comites & officiales se habeant,
aliàs ipse tenetur,cùm eos in officio præposue-
rit:licet eos exhibendo liberetur, maximè si ei
possit imputari culpa in nõ eligendo idoneos.
tenet Iohã. de Plate.in.l. cùm ad quamlibet. C.
de conditis in public. horreis. lib.10. in fine.
11 Et facit † quod tenet Ias. vbi suprà,nu. 37. vbi
dicit,ꝙ fallit in factis nobiliũ personarum, quia
ista præsumũtur nota aliis:vnde de facili nõ ad
mittitur allegatio ignorãtiæ.vt in .c.tuam.& ibi
Abb. de ordi. cogni. in primo notabil. & facit
quod vult glo. notabi. in.l. si tutor petitus.C.de
pericu. tuto. ¶ Sed sic est,ꝙ officium iudicis est
nobile.vt in.c.2.de offi.ind.& ibi Abb.& doct.
& Specula. eod.titu.§.1.& Azo. in summa eod.
titu. Ergo iudex,qui exercet iurisdictionem,&
sic factum nobilium personarum, Imò exercet
factum regale,debet scire factum suorum officia
lium,qui exercẽt eandem iurisdictionẽ,& igno

rantia eos nõ excusat. ¶ Ad idem facit,quod te-
net Abb.in.c.licet Hely. de simoni. nu.2.vbi di
12 cit,† ꝙ prælatus quantuncuq; bonus & sanctus
in se,potest grauari, & deprimi ex subditorum
excessibus,quos neglìgẽter omisit incorrectos.
ipse enim videtur eos occidere non corripiẽdo.
vt in cap. ephesis.43.distin. &. c. irrefragabili.
de offi.ordi. & ideo prælatura non est modicũ
onus: cùm nec dum sibi, sed etiam aliis oportet
quòd sit bonus.vt in.c. episcopatũ.8.quęst.1.&
prælatus quandoq; ex hoc punitur, non solùm
ęternaliter in alio seculo,sed etiam in isto mor-
te violenta,& temporali. Ex quo infertur,quòd
propter peccatum citius quãdoq; quis moritur,
nec complet dies suos. Iuxta illud Psalmist. Vi
ri sanguinum non dimidiabũtur dies suos.glo.
in.c.episcopi.11.quęst.3. ¶ Et idem, quod dictũ
13 est in prælato,dicit idem esse in parte † negligẽ
te corripere excessus filiorum suorum, tenetur
enim ad hoc.c. ad duo ista nomina.23.quæst.4.
& in.§.necessitate.47.dist.& cap. nõ putes.24.
quæst. 5. ¶ Et facit quod tenet Iohan. de Plate.
in. l. placet. C. de excusa. mune. lib. 10. in fine.
14 vbi ait,quòd iudices, † & rectores dissimulan-
tes ea quæ praue geruntur ab officialibus suis,
puniuntur.vt in.l.præcepit. C.de cano.largitio.
lib.10. & ibi quoque dictus Plate. est enim qui
dam tacitus consensus negligendo inductus, ꝙ
minus punitur,quàm faciens.secundũ Plat.ibi.
in.d.l.placet. quem vide in.3.& si.notabi. Et fa-
cit in simili quod tenet Iohã.de Pla.in.l.omnes
iudices.C.de delatori. lib. 10. & Bar.in.l.vnica.
C.public.læti.lib.12. vbi dicũt,ꝙ officiales,qui
maleficia dissimulatione nõ puniunt,sunt acri-
ter puniendi. Et ad idem facit,quod tenet idem
Plate. in.l.1. C. de fundi. & falti. lib. 11. vbi per
illum text. dicit,quòd facit ille tex.contra capra
rios,& saltuarios, siue custodes agrorum consti
tutos à cõmunitatibus,qui videntes alienas be-
stias damnum dantes, recepto pretio, denuntia
re,vel accusare omittunt, quia sunt grauiter pu-
niẽdi. Et Plate.in.l.1. C.de desertori.mili.lib.12.
nume.3. ait, quòd eadem pœna imponitur ma-
gistratui,& eius officialibus, qui pœnas per le-
ges statutas gratia, vel dissimulatione pertrans-
eunt. Et nimirũ:quia si iudex repertum non vin
dicat facinus, tegere vt conscius criminosa festi
nat.vt text.in.l.2. C. de cõmer.& mer. lib.11. vt
per Plate. in. d. l.1.

Summarium.

1 Iudex curiæ regis, siue alius ordinarius,vel de-
legatus, seu iudex appellationis,dona aliqua
à litigan-

à litigantibus,vel eorũ nomine nullatenus exigant,seu recipiant, aliàs puniuntur.

2 Munus est triplex.

3 Dona etiam à sponte dantibus non tenetur iudex recipere.

4 Iudex debet seruare præ aliis manus mundas Deo, regi, & legi.

5 Iudex qui dona recipit,tãquã infamis, & periurus eiiciatur à curia,& ampli⁹ nõ sit prętor,nec habeat officium,nec honorẽ in domo regis.

6 Munera excęcant lumina sapientium, & mutãt verba iustorum.nume. 11.

7 Iudex magis æstimabitur, si dona non recipit, licet de iure recipere posit.

8 Officiali,qui mundas habuit manus,multùm fauet imperator.

9 Inquisitio scrupulosa nõ debet fieri cõtra iudicem,qui habuit manus mundas, & de barateria non diffamatur.

10 Munus paruum,an posit iudex recipere.

12 Munus paruum, vel magnum, attenditur secundùm qualitatem & conditionem dantis.

13 Munera magna,vel minima quæ dicantur,arbitrio iudicis relinquitur.

14 Officialis recipiens mutuò pecuniam, an committat barateriam.

15 Dona an posit iudex recipere finito officio.

16 Probatio sufficiens contra iudicem recipientem munera, quæ sit.

17 Fuga iudicis tempore syndicatus, facit semiplenam probationem,adeò ꝙ de furtis,& barateriis,& extorsionibus probãtur per iuramentũ eorum,qui de eis conqueruntur.

18 Talis fuga reddit suspectũ iudicẽ, adeò, ꝙ posfit cõtra eum perueniri ad torturam.

19 Fuga officialis,facit eũ haberi pro cõfesso,& cõuicto in oib⁹ his,in quib⁹ erat inculpatus.nu.21

20 Fugere faciens quem de carceribus, tenetur integrè soluere omne debitum creditoribus, etiã si talis debitor denuò apprehendatur, & ad carcerem reducatur.

21 Officialis ex fuga põt cõdẽnari sine alia probatione.

22 Contra officialem fugientẽ ratione nõ reddita, creditur sacramẽto agẽtis, nisi fuisset reductus, etiam inuitus ad locum vnde fugit.nu. 23.

24 Cas⁹,in quib⁹ licet officiali fugere tpe syndicat⁹.

25 Fugere nõ debet officialis tempore syndicatus, etiam ad ecclesiam.

26 Successor in officio si viderit vel sciuerit officialem depositum recedere,& non prouidit eum tenere,in syndicatu ipse tenetur.

27 Probationes cõtra officialẽ debent esse claræ,& euidẽtes, si à syndicatu nõ fugit: ideo sacramẽtũ in supplemẽtũ probationis deferri nõ-potest.

28 Testes plures singulares deponentes per se de furtis,& barateriis,& extorsionibus, an probent contra iudicem.

Quid sit furtum,& barateria in casu isto.

v recibirã dadiuas,ᵛ **Dadiuas**ᵛ

Similis textus in.l. 7. titu. 15. lib. 2. in ordina. regali. vbi habetur,
1 quòd iudex † curiæ Regis, seu quiuis alius ordinarius, vel etiam delegatus ciuitatum,vel locorum,vel iudex appellationis, seu supplicationis dona aliqua,aurum,argentum,pecunias,pãnos, beluas, comestibilia, seu alia quæcunque à litigantibus,vel eorum nomine nullatenus exigant, seu accipiant: iudex verò contrarium faciens,officium perdat,& aliùs,vel alterius officij penitus fiat indignus: & quod accepit, cum duplo restituat regis camerę:insuper arbitrariè, aliàs per regem puniatur secundùm doni, quod recepit,quantitatem.qui text. est singula. Concordat cum eo text. in.l. omnes cognitores. C. ad.l. Iuli. repet. & in authen. de manda.princi. §.oportet.colla.3.l. plebiscitum. ff.de offi.præsi. & cap. statutum.de rescrip. in. 6. §. insuper.
2 vbi glossa dicit,quòd triplex est munus, † à manu, à lingua, & ab obsequio:& ab istis debet iudex se abstinere. vt glossa & docto. in cap.cùm ab homi. de vita & honesta.clericorum.& in.c. & si quæstiones. de simo. & Speculato. in titu. de legato. §.1. versicu. sed quid si. & Barto.in.l. lex Iulia. §.1. ff. ad. l. Iuliã repet. & notatur in authenti. de iureiuran. quod præsta. ab his. in glo. ¶Tamen Rex potest dare licentiam iudicib⁹, vt ista dona recipere posint.tenet Restau Castel.in tracta.de imperatore. quęstio.11.versi. 198. foli. 74. tomo. 5. tracta. ¶Quod extende,
3 quòd etiam † à sponte dantibus illa dona non tenetur recipere. vt tenet Paris de Pute. in tractatu syndicat. in parte, consiliarij. folio. 194. in princip. vbi latè de ista materia. ¶Quia oporter
4 tet iudicẽ sine omni † suffragio præ aliis omnibus mũdas seruare manus Deo, Regi,& legi,& nullum contingere lucrum, & cætera. vt in authenti.de mandatis princip. §. oportet. colla. 3.
5 ¶Aliàs iudex, † qui dona recipit,tanquam infamis, & periurus eiiciatur à curia, & amplius non sit prætor, nec habeat officium, nec honorem in domo Regis. vt Montaluus in.l. 2.titu. septimo, libro. 1. foro legum.in glos.fina. & legitur. Iob. cap. 8. Ignis deuorauit tabernacula eorum,qui libenter munera recipiunt. vt refert Archi.in.capi. quis rectè.11. q.3.& tenet Lucas de

de Pen.in.l. ad ſplendidioris. C.de diuerſis of-
fi. lib.12.allegando Iob.c.15. ¶ Et vide Paridem
de Pute.in ſuo tracta.ſyndi.in parte, conſiliarij
officiales.fol.194. in libro portat.nu.2. vbi quo
que ait, ꝙ periculoſum eſt illa à litigantibus reci
pere: quia non dant cum charitate, ſed per corru
ptionem: & qui dant iudici vnã gallinam, dant
cum intentione, vt habeant ab eo bouem: & di-
cunt ruſtici, quòd encænium intrat per portam
iudicis, & diabolus exit per feneſtram. Et ſatis
lege antiqua prohibentur munera, vbi dicitur, ꝙ
6 munera † excæcant lumina ſapientium, & mu-
tant verba iuſtorum. Et licet modica ſint, ruſti-
ci ſolent dicere, Ego portaui ei vnam gallinam,
& feci quicquid volui: & ideo incurritur infa-
mia, & non ſunt recipienda. Quia qui dat, putat
polluere mentem iudicis, qui mundas debet ha
bere manus. vt in authen. vt iudi.ſine quoquo
ſuffragio.§.neceſsitatẽ.&.§.illud.colla.2. & ma-
7 gis iudex † æſtimabitur, ſi nõ recipiet dona, li-
cet de iure recipere poſsit. Ergo, dicit dict. Par.
de Put.à muneribus cauete, & præcauete, & eſto
te contenti ſtipendiis veſtris: quia virtus auge-
bitur, & iuſtitia munda erit. Nam imperator
8 † multùm fauet officiali, qui manus mundas ha-
buit.vt in.d.§. neceſsitatem.&. §.illud. vbi pol-
licetur præmium alterius officij. ¶ Quod habet
locum in conſiliariis alicuius principis capita-
nei, vel iudicis, vel Admirãti. vt ſingular. Bald.
latè in conſilio.503. in.4. volumi. ¶ Et vide tu
quoque dictum Pari.de Pute.in.d.tracta.in par
te, ſyndicatur iudex.foli.35. vbi etiam dicit alle-
gando Ambro. quòd munera à iudicibus affe-
ctari, inſidere miſerrimus animus conſueuit.
Et facit text. in. l. properandũ.§.ſint autem vtra
que. C. de iudic.& qui aurũ diligit, nõ iuſtifica
bitur. Eccleſiaſtes.31.per totũ. Hodie verò ſecũ
dùm dictũ Pari.de Pute.vbi ſuprà in regno cu-
piditas ſatis abundat: ibi quidem imperat aurũ,
iudicat argẽtum, remouet paſsio, promouet af-
fectio, ſilent Leges & Canones, ratio & æquitas
proſcribuntur: & ibi nullus quantum mereatur,
ſed omnis quantum dare ſufficiat æſtimatur: ibi
omne tribunal principis expugnatur: ibi nulla
integritas, nulla fides: ibi ad iuſtitiã reddendam
non iuſtus Deo quæritur, ſed magis contra Deũ
p cuniæ venerantur: vnde iudices magis poten
tibus, quàm iuſtitiam poſtulãtibus deferunt. vt
in dict.authen.vt iudi.ſine quoquo ſuffra.§.ſi ve
9 rò. ¶ Et contra iudicem, qui in officio † habuit
manus mundas, & non diffamatur de corruptio
ne, vel barateria, nõ debet fieri ſcrupuloſa inqui
ſitio.vt tenet Angel.in.d.authẽ.vt iudi.ſine quo
quo ſuffragio. §.oportet.col. 3. & Paris de Put.
in dicto tracta.in parte, per ſyndicatores.in prin
cipi.folio. 18. ¶ Sed quid ſi munus eſt paruum?
10 † Domi.in dict.cap.ſtatutum. §. inſuper. 1. col.
dicit, quòd ex paruo munere, quod conſiſtit in
comeſtibilibus, non præſumitur iudex corrum
pi in iuſtitia adminiſtranda. vt in.d.cap.ſi quæ-
ſtiones.de ſimoni.& ſic videtur, quòd poſsit re
cipere poculẽtum, & eſculentũ, quod eſt illud,
quod eſt potabile, & comeſtibile.& quòd poſsit
cõſumi paucis diebus. vt dicit ibi text.& Iohã.
Andre. & Domi.& talia minima poteſt recipe
re, vt vnum par gallinarum, vt glo.in.l.9.titu.7.
lib.1. foro legum. ¶ Sed hoc intelligitur hodie,
& declaratur per text.in.l.30. eod.titul.15. lib.2.
in dict.ordi. regali. poſt latam ſententiam: quia
tunc poteſt iudex recipere minima comeſtibi-
lia, & potabilia in parua quantitate à ſponte
dantibus: quia nõ gratis accipitur munus, quod
petenti donatur: qui enim donat, alium ſibi na-
turaliter obligat. vt glo. in.d. cap. & ſi quæſtio-
nes. aliàs ſi poſt latam ſentẽtiam petit ea, vel an-
te recipit per ſe, vel per alios, directè, vel indire
ctè, incidit in illam pœnam, licet recipiat mini-
ma. Secus poſt ſententiam ex mera liberalitate,
quæ liberalitas offerentis omnem ſuſpicionem
tollit. vt in cap.de eulogiis.18. diſtin. &. c.pla-
cuit.prima.q.1. cum ſimilibus. Et per.d.l. Regiã
corrigitur illud, quod tenet Hippoly.de Marſi.
referendo plures docto.in.l. lege Cornelia. ff.ad
l.Corne. de Sica. nu.4. vbi ait, quòd ſi poſt latã
ſentẽtiam iudici ſit data pecunia, tunc valet ſen
tentia, nec dicitur venalis, nec iudex poteſt con-
ueniri de barateria. vt Feli.in cap.tua nos.de ſi-
moni. & corrigitur inquantum tenet, quòd iu-
dex non poteſt puniri, quia punitur: quia talia
11 encænia † & dona, excæcant oculos iudicũ, ma-
ximè cardinalium.vt Hoſt.in.d.c.& ſi quæſtio
nes. ¶ Sed ad hoc.vt.d.l. ordinamenti habeat lo
cum, credo, quòd debeant conſiderari circuſtan
tiæ, & qualitates perſonarum dantium, & reci-
pientium. Nam à diuite locupleti facilius præ
ſumitur libera donatio, quàm ſi fit diuiti à pau-
pere. Item conſideratur quantitas muneris: nam
de facili quis non præſumitur cõferre liberè ea,
quæ ſunt maximi pretij: quia nemo præſumi-
tur iactare ſuum. vt in cap. ſuper hoc. de renun-
tia. l. cùm de in debito. ff. de proba. & Abb.in
dict.cap. & ſi quæſtiones.num.3. ¶ Et ſic quòd
d.l. Regia. intelligatur in diuite dante, non au-
tem in paupere. Et ſic, quòd quando dicatur mu
12 nus paruum † vel modicum, ſeu magnum, eſt
attendẽda qualitas, & conditio perſonæ dantis.

vt

vt est glossa in .l. illicitas. §.nec potentiores. ff. de offi.præsi. vt tenet Antoni. Fran. in additio. ad Alexand. in rubri. ff. solut. matrimo. allegando Roma.in.l.si constante.ff. eodem. ¶Sed contra dict.l. Regiam est text. in.l.prima. C. ad l. Iuli. repet. & in. l. 5. C. de assesso. & in dicta authenti. vt iudi. sine quoquo suffra.§. si quis. & text. in cap.exigit. de censi. lib.6. vbi nil debet capi ab administratore, seu à iudice quantũcunque modicum. ¶Sed solue secundùm Abb. ibi,in dicto cap.& si quæstiones.nume.8.quòd contraria procedunt in exigente. &. d. l. Regia in sponte dante. vbi quoque tenet Abb. quòd
13 ista minima † comestibilia, & potabilia, quando dicantur magna, vel parua, non potest dari certa doctrina, sed arbitrio iudicis relinquũtur.
14 ¶Sed quid si officialis † recepit pecuniam mutuò? Dic quòd punitur, quia in eo præsumitur barateria. vt tenet Bald. in.l. 1. C.de calumnia. dicens idem esse in aliis rebus: quia appellatione pecuniæ, continetur vtilitas. & idem esse, si à fœneratore gratis recipit.vt tenet Pari.de Pute. in dict.tracta.syndica.in parte,an si tempore. foli. 93. nume.3. ¶Omnia supradicta intellige,
15 dum iudex est in officio.Sed an finito † officio possit iudex recipere aliquid sibi sponte oblatum,mera liberalitate partis,pro qua fuit lata sententia? Domi.de sancto gemi. in dict.cap.statutum.§. insuper.col.2.dicit quòd putat,quòd cessante fraude licitè recipiat,quia causa prohibitionis huius iuris tunc cessat,quæ fuit,vt iudicium purè & sine corruptione iudicis procedat:vnde cessante causa corruptionis , ex quo pronuntiatum est, debet cessare dispositio istius.l. vt in.c. cùm cessante. de appella. & dicit, quòd innuit dict.§. insuper. qui dicit,qualitercunque,ad excludendum quẽcunque modum munerum: sed non dixit, quomodocunque, & sic videtur voluisse includere solùm tempus, quo durat iudiciũ.Et pro hoc dicit quòd facit quod notat glos. in verbo, remisisione.in. §. si quid illius.c. statutum. & idem tenet iste text.infrà inquantum dicit, durante el tiempo de su officio. & ibi dicã. ¶Sed vtile est scire, quæ est probatio sufficiens
16 † contra dictos iudices dicta munera recipientes.glo. in authen.vt iudices sine quoquo suffragi. §. necessitatem. colla. 2. tenet, quòd furtum, & barateria contra officialem probatur per iuramentum aduersarij.eam commẽdat Bald. in sua margarita.in verbo,officialis. & probat text.singula. in authen.de collato. §.super hoc.versicu. si verò. collatio.9.& ibi Angel. ¶Sed ille text. non obstat: quia loquitur in iudice,qui aufugit tempore syndicatus anteaquam adimpleat tem-
17 pus residentiæ: quia talis fuga † adeò facit semiplenam probationẽ,seu præsumptionem,quòd de furtis,& barateriis,seu extorsionibus per eum factis,probatur per iuramentũ eorum,qui conqueruntur de eis,qui aliàs si non fugissent deberent plenè probari per testes.vt tenet Ias. in repeti.l.admonẽdi. ff. de iureiura. col.69.nu.145.
18 eo quia officialis per talem fugam redditur † suspectus,adeò. quòd possit ad torturã perueniri. quod Ias. dicit diligenter notandum. Etenim vide in.l. vnica. C. vt omnes iudi.tam ciuil. quàm
19 crimiu.num.3. vbi dicit,quod officialis † tempore syndicatus habetur pro conuicto , & pro confesso in omnibus his, in quibus erat inculpatus. vt est text. & ibi Barto. qui dicit esse singu. in.l. consilia. C. de assesso. & domestico.& in. l. lege Cornelia.& Barto.ibi. ff. ad Sillania. ¶Sed Ias.vbi suprà dicit aduertendũ:quia Bar. non bene aduertit ad illum text. qui reuera non loquitur quantum ad ipsum officialem fugientem,sed loquitur de subtrahente,& faciente fugere ipsum officialẽ.prout etiam loquitur text. in.l.tertia.C. de exactori. tribu.lib. 10.& ita dicit,& melius Salyce. in. l. bonæfidei . col.10.de iureiur. C. prout eum refert & sequitur Ludo. Roma.& dicit Ias. esse valde notandum.text.in dicta.l. 3. suprà allega. secundùm secundam expositionem glos. quòd si facit quis aliquem fu-
20 gere † de carceribus,tenetur integrè soluere omne debitum creditoribus , qui fecerant illum incarcerari. prout concordat.d. l.consiliariorũ. C. de assesso.& Bald. in. l. aditos. C.de episco. audi. & Angel. de Aretio in. §. pœnales. Institu.de actio.& docto. in.l. 1. & in.l. sed exigendi. ff. ne quis eum qui in ius voc. ¶Et dicta.l. tertia, est fortior in hoc,quòd etiam si talis debitor denuo apprehendatur,& reducatur ad carceres, per hoc adhuc non liberatur ille , qui semel eum fecit fugere , quin teneatur pro eo totũ debitum soluere.& ita illum text.pro singul.commẽ. Salyce. in dict. l. bonæfidei. col. 10. & Roma. in. d. l. admonendi . col. 25. in fine. dicens, quòd ille text. est mirabilis. De hoc, quia non est præsentis materiæ,dicam in cap.3.infrà eod. in glossa, en fauor de su iurisdicion. ¶Vide tu
21 Abb. † in capi. veritatis. de dolo & contuma. col.7. nume.30. vbi dicit,quòd ex tali fuga potest officialis condẽnari sine alia probatione.& idem tenet Antoni. Fran.in additio.ad Abb.in cap.aduersus.de immunita.eccle. in additione, quæ est in nume.14. Et Angel. in. l. quæsitum. ff.de pigno. tenet, quòd officialis fugiens tem-

H pore

pore ſyndicatus, habetur pro confeſſo, & talis fu
ga fac ſemiplenam probationē. Et idem tenet
Paris de Put. vbi quoque dicit, quòd perdit ſala
rium. in d. tracta. ſyndi. verſi. dicitur. foli. 27. nu.
5. & latius in parte, an officialis aufugit. foli. 123.
vbi facit diſtinctionē, aut fugit ante finitā admi
niſtrationem, aut poſt, & ſi fuit captus aut non.
vbi in fine tenet vnum ſingula. allegando Lu-
cam de Pen. in. l. ordinariorum. C. de cohar. lib.
22 12. quòd ſi officialis † fugeiat, non reddita ra-
tione, quòd creditur contra eum ſacramento agē
tis, quia fuga eo caſu violentiæ comparatur. Et
facit text. & ibi Bart. & Plate. in. l. ſi apparitor.
C. de cohartali. lib. 12. vbi ſi officialis crimino-
ſus fugit, & ſe abſentauit, eſt citādus, adiecta cō
ditione, quòd niſi infrà talem diem venerit, con
tra eum feretur ſententia: quo non veniente, con
dēnari poteſt, quantuncunq; etiam lis non ſue-
rit conteſtata, & ſic abſens, poteſt condēnari ad
mortem, attenta qualitate delicti. vt notat Barto.
in. l. pe. §. ad crimen. ff. de publicis iudic. quia vt
dictum eſt, habetur pro confeſſo delicto, de quo
impetitur, tam ipſe, quàm eum ſubtrahēs, & oc-
cultans. vt in dicta. l. conſiliariorum. dummodo
in tali edicto, vel citatione dicatur, quòd niſi ve
nerit infrà talem terminum in citatione appoſi-
tum, contra eum feretur ſententia: nam tunc eo
non veniente, condemnari poterit. Et non ſuffi
cit, ſi dicatur in citatione, aliàs procedemus cō-
tra te quantum de iure poterimus, vel prout iu-
ris fuerit, vel iuſtitia mediāte: quia tunc non po
terit fieri ſententia contra eum: quia iſta verba
non habent vim perēptorij termini ſecundùm
Iohan. de Platea, ibi. ¶ Quod limita, niſi offi-
23 cialis poſtquam aufugit, etiam † inuitus fuiſ-
ſet reductus ad locum vnde fugit, quia tunc ſua
fuga non facit amplius plenam probationem,
ſed debet plenè probari. vt tenet Iaſo. in dicta
l. admonendi. in dicta colum. 69. nume. 145. &
idem tenet Hippolytus de Marſil. in ſua practi
ca crimina. §. diligenter. nume. 45. & idem in re
peti. C. de probatio. num. 260. ¶ Eſt tamen ad
24 uertendum, † q̄ in vno caſu eſt officiali licitum
fugere dum eſt in ſyndicatu, & talis fuga non fa-
cit probationem contra eum, putà, quando ipſe
officialis fugit aliqua ex cauſa, putà timore par
tialitatis contrariæ, vel capitalis inimicitiæ, vt
quia minati fuerant officiali, q̄ depoſito officio,
ipſum malè tractarent, quia tunc fuga nullam
contra eum probationem faceret. vt in. l. quid ſi
fugitiuus. §. apud labeonem. ff. de ædilitio edi-
cto. & tenet Amodeus Iuſti. in tractatu ſyndi-
catus. in parte, Item in eo quod dictus poteſtas.

verſiculo tertio. ¶ Vel etiam quando receſsit
animo reuertendi, & reuerſus fuiſſet. argumen.
in. l. tertia. cum gloſſa. §. emanſor. ff. de re mi-
litari. & tenet Baldus in. l. prima. C. de ſeruis
fugitiuis. & tenet Andreas de Iſernia, in conſti-
tution. regni humanitatis. Et hac de cauſa con-
ſulit Paris de Puteo in dicto tractatu, in parte,
an iudex vel officialis. fol. 124. in libro portat.
nume. 3. & 4. officialibus, qui ſuſpicantur de
grauaminibus in eorum ſyndicatu, & vidēt ele
ctos ſyndicatores eorum æmulos, & timent op-
primi iniuſtè, vt conſtituto procuratore, rece-
dant, appellantes, vel ſe grauantes, & de iniuſta
electione ſyndicatorum, vel de loco non tuto,
vel alio grauamine inferendo, accedant ad ma-
gnam curiā, id eſt, ad cōſilium regis, & ibi ſe prę
ſentent, offerendo velle ſtare ad ſyndicatum co-
ram ipſis, & receſsit propter locum non tutum,
allegādo iuſtas ſuſpiciones, quia excuſatur à fu-
ga, & receſſu: quia qui vadit ad ſuperiorem, non
dicitur fugere. & Speculato. in titul. de compe.
iud. adi. §. effectus. in princip. & quia itineris ar
reptio ad ſuperiorē loco appellationis habetur,
ſecundùm Hoſti. vt in cap. vt debitus. de appel-
la. de quo Bald. dicit eſſe text. in. l ſed ſi per præ
torem. §. fina. ff. qui. ex cauſ. maior. ſecundùm
eum ibi. & Bartolus vbi de arreptione itineris
ad ſuperiorem, per quam quis videtur ſe ſub-
mittere protectioni ipſius. ¶ Et ideo illi offi-
ciales, qui in ciuitatibus officia exercuerunt,
vbi dominatur aliquis potens Ciuis, vel Ba-
ro, qui vult iuſtitiam miniſtrari ad ſuum vel-
le, qui fecerunt iuſtitiam rectam, & noluerunt
applaudere voluntati tyranni, & ſuos ſequaces
pœnis afflixerunt, ſi iuſtè timeant depoſito of-
ficio perſonaliter offendi, poſſunt impunè re-
cedere: & etiam qui delinquentes ſuſpenderūt,
& timent iram conſanguineorum potentum,
ſi de ciuitate receſſerunt, ſunt de iuſtitia mini-
ſtrata collaudandi, & non puniendi ratione re-
ceſſus, per iura ſupradicta ſecundùm Paridem
de Puteo, vbi ſuprà, quod nota. Vel ſi fugit
timore iudicis ſyndicatus, quia pluries dixit,
quòd volebat eum ſuſpendere, vel verberare. vt
dicam in capitulo quarto, infrà eodem, in gloſ.
entregden. numero decimoſeptimo, cum ſequē
tibus. ¶ Quia officialis niſi in ſupradictis ca-
ſibus non tenetur fugere tempore ſyndicatus:
25 & etiam ſi aufugiat † dicto tempore ad eccle-
ſiam, non gaudet immunitate. vt tenet dictus
Paris de Puteo. in dicto tractatu in parte. vīſo.
folio, trigeſimoſecundo, numero ſexto & ſepti-
mo. ¶ Et idem Paris de Puteo, in dicto tracta.
in parte,

in parte,probatio in ſyndicatu.ſolio.216. in fin.
Quoque tenet vnũ ſingula.ſcilicet, quòd ſi ſuc
26 ceſſor † in officio videret officialem depoſi-
tum recedere,vel ſciuerit, & non prouidit eum
tenere in ſyndicatu, quòd ipſe de proprio tene-
tur pro eo,& ſimili pœna punitur,qua ipſe ve-
niebat puniendus.vt in.d.l.vnica.§.ſimiliq́ue.
C. vt omnes iudi. tam ciui. quàm crimina. & ſi
aufugit, ad literas præſidis: vnde aufugit,debet
remitti,vt primi officij paſtum digerat,& ſic ra-
tionem reddat.vt tenet text. & ibi Plate. in.l.1.
C.de diuerſis offic. appa.lib 12. ¶Si tempore
27 ſyndicatus non fugit probationes † contra iudi
cem debent eſſe claræ, & euidentes, quia mul-
tùm pro eis præſumitur. tex. eſt multum nota-
bil. in. l. ſi quis. C. de officio ciuil. iudi. Ita in
ſpecie tenet Bald. in.l.obſeruare.§. proficiſci.q.
10. ff. de offici. proconſul. & leg. & ideo ſacra-
mentum in ſupplementum probationis in iſto
caſu deferri non poteſt, nec debet. vt tenet Iaſ.
in dicta l. vnica. C. vt omnes iudi. nume. 7. &
idem tenet Amode. Iuſti. in tracta. ſyndica. in
parte, Item In eo quod dictus.col.a.verſicu.qua
liter.vbi tenet quòd ſi de barateria agitur crimi-
naliter ad pœnam triplici, vel exilij,probatio-
nes debent eſſe luce meridiana clariores.vt in.l.
fina. C. de probatio. & in cap.per tuas. & in.c.
ad aures.de ſimoni.& text.in.§. hæc quidem.in
authenti. vt liti. iudi. vbi tenet,quòd requirun
tur probationes idoneæ. Sed ſi agitur ciuiliter,
poteſt probari per eum,qui fuit mediator, ſicut
eſt in ſimonia. & idem tenet Cataldi. in tracta.
ſyndica. quæſtio. 64. Et idem tenet Amodeus
Iuſti. in parte, ſupradictus dominus poteſtas.
verſicu. negata dicta inquiſitione. vbi latè. Sed
contrarium tenet Bald.in conſilio. 479. in quar
to volu. vbi ait, φ ille, qui dedit iudici aliquid,
vel promiſit,non poteſt teſtificari cõtra ipſum
quia vni teſti in criminali nõ creditur. ff. de quę
ſtio.l. maritus.¶Tamen glo.in.d.§. neceſsitatẽ.
in.d.authen.vt iudi.ſine quoquo ſuffrag.colla.2.
28 in verbo,oſtenditur.tenet, quòd plures † teſtes
ſingulares deponentes de per ſe de furtis, bara-
teriis, & extorſionibus probãt contra iudicem.
& ad hoc cõmẽ.illam glo. Angel.in additio. ad
Bald. in dicta.l.obſeruare.§. proficiſci.ff.de of-
fi. proconſu. Et cum iſta glo.concordat text. in
l. 8.titul.15.lib.2.in ordina. regali. loquendo
quomodo fit probatio contra iudicem, qui mu-
nera recepit. & ibi tenet, quòd per teſtes ſingu-
lares cum aliis adminiculis & circũſtantiis pro
batur contra iudicem dicta munera recepiſſe.
Quam.l. vide, & nota,quia ſic vt in ea cauetur
practicatur.Sed Iohã. de Platea in.l.iudices. C.
de dignita libro.12.intelligit dictam glo.in dict.
authen.vt iudi.ſine quoquo ſuffragi.hoc modo,
ſcilicet,quòd officialis dicitur conuictus de de-
licto,vt poſsit puniri,& priuari dignitate,& of-
ficio,quando per teſtes,vel alio modo legitimo
delinquit extra officium.vt in.d.l.ſciant cuncti.
C.de probatio.Si autẽ delinquit in officio,tunc
ſufficit quandoque iuramentũ partis eum ſemi
plena probatione.per.d.glo. in verbo, oſtendi-
tur. Quoque vide tu eundem Plate.vbi aliter di
cit in.l.ſi aliquid.C.de ſuſcep.& archa.lib.10.vbi
contra officialem probatur per teſtes,vel per ſo
lum ſacramentum agentis , eſt verum , quando
delinquens in officio aufugit , quia tunc habe-
tur pro confeſſo, & ideo ſufficit ſacramentum.
per dict.l. 3. C.de aſſeſſo. vel etiam quando eſt
præſens, & certum eſt de delicto, ſed dubiũ eſt
de ſumma, vel quantitate, vel qualitate rei,aliàs
autem requiritur plena probatio. & vi. Hippo.
de Marſi.in conſi.61.nu.33.vbi aliquid.Sed pra
ctica eſt,vt dixi,quod per teſtes ſingulares pro-
batur.Quinimo voluit Angel.de Peruſi.in tra-
cta.ſyndi. nume.3. &. 4. tomo.18.tracta.foli.41.
quòd quando obiicitur iudici de furto, & bara-
teria , probatur , vt dictum eſt per iuramentum
actoris.per dict.glo.in.d.§.neceſsitatem.Et quia
verbum,furtum,in iſta materia intelligitur pro
extorſione violẽta.vt in.d.§.neceſsitatem. Item
pro pecunia clam in nomine barateriæ accepta.
¶Quia barateria ſecũdùm eundẽ Angel.eſt di-
ſtrahere per pecuniã iuſtitiam,ſeu officiũ ſuum
cũ pecunia permutare,vt in.l.omnes.& ibi Bar.
ff.ad.l. Iuli.repe. ¶Et baratus ſeu barateria quo
que dicitur,quãdo partim emitur, & partim vẽ
ditur,ideſt,quãdo datur res pro re, ſed pro ęqui
ualentia additur pretiũ. Ita tenet Iohã. And.in
c. ad noſtram.de empti. & vendi.in nouella. &
Fabian⁹ de mõte in tracta.de empti.& vẽdi.q 2.
nu. 30. tomo.8. tracta. foli. 25.

Summarium.

1 Donum, & promiſsio,æquiparantur.
2 Iudex debet excutere manus ab omni munere,
& ſic à promiſsione.
3 Lex ſi quis argentum. C. de dona. quæ loqui-
tur in donatione,non debet extendi ad pactũ
de donando.
4 Aliud eſt donare,aliud eſt dicere donabo.
5 An ex promiſsione de vendendo compellatur
quis vendere.
6 Gabella an debeatur de promiſsiõe de vẽdẽdo.

7 Promiſsio de nõ donãdo, vel meliorãdo valet.
8 Promiſsio,& ſolutio, æquiparantur.
9 Promiſsio ſola ſuſ[f]icit in cauſa baratariæ, ſicut in crimine aſſaſsinatus.
10 Conſeruationem indẽnitatis iudex poteſt licitè recipere in his,quę facit licitè pro cõſeruatione ſui officij.nu.13.
11 Si quis dederit aliquid iudici,vel promiſerit vt habeat ſententiam,incidit in pœnam falſi.
12 Iudex, qui declarat votum ſuum parti facienti indẽnitatem anteaquam ſententiam proferat, pœna falſi tenetur.
14 Promiſsio iudici facta, vt proferat pro me ſententia,non valet.
15 Iudicium iuſtum non licet vendere.
16 Promiſsio indẽnitatis ſyndici vniuerſitatis facta,vt nõ denũtiet maleficia, quæ ſecundùm ſtatutum debet denuntiare,non valet.

x Promeſſa. x Similis text. in. l. 2. titu. 22 foro legum. lib. 1. in parte, o que le prometan.& ibi glo.tenet, quòd donũ,
1 † & promiſsio æquiparẽtur,cùm ſpe futuri doni promiſsione præcedente, iudex grauet partem. vt in authenti. nouo iure. C. de pœna iudi. qui malè iudi. & in cap. cùm eſſent. de ſimoni. licet dicatur,quòd ſi detur iudici aliquid occultum minimi valoris conſiderata perſona dantis & recipientis, etiam ſi grauet partem,non præſumitur propter hoc grauare. Quod intelligo per dict. l. Regiam poſt latam ſententiam, vt dixi in gloſ. ſuprà proxima. ℣ Tamen tutius eſt
2 ſecundùm eundem Montal. vt iudex † excutiat man⁹ ſuas ob omni munere,& ſic à tali promiſſione,quia dono ęquiparatur. ℣ Sed contra iſtũ text. tenet Alexand. in. l. iuriſgentium. ff. de pactis.col.2.nume.10.cum ſequentibus. vbi tenet,quòd quãdo aliquis promittit donare,iſtud non dicitur donatio,ſed pactum,ſiue promiſsio de donando,quæ ſunt diuerſa: ſicut aliud eſt vẽdere, & aliud facere promiſsionem de vendendo. vt in. l. bonæ fidei. cum ibi nota. ff. de eo quod cert. loco, &. l. titius.cum gloſ. in verbo, diſtrahere.ff. de pignora. actione. & in cap. penultl. cum gloſſa.ibi de electio.in.6. ℣ Et ideo
3 Alexan. vbi ſuprà dicit, quòd lex. ſi quis † argentum.C.de donatio. quæ eſt correctoria,cùm loquatur in donatione,nõ debet extendi ad pactum de donando: quia in correctoriis nõ fit extenſio ex indẽnitate rationis. Iuxta notata in authenti. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſi. & ideo dixit Imol. in. l. in ædibus. ff. de donatio.quòd ſi dixi donabo tibi decem, ex iſtis verbis non oritur actio,ſeu conditio.d. l. ſi quis argentum. quia illa lex non loquitur in hoc caſu.
4 Et pro hoc dicit quòd facit, quòd aliud eſt † dare,aliud eſt dicere,donabo. nam dicẽdo dona bo,videtur dicere promitto donare. vt per glo. in. c. in noua. 21. diſtin. quicquid dixerit gloſ.in. §.

ni acceptarã x promeſ-

perficiuntur. in verbo, manifeſtauit. inſtitu. de donatio. quam ex prædictis reprehendit Imol. in.d.l.in ædibus.Et Salyc.in.l.2. C.de conditio. ob cauſam.tenet eſſe verum,quòd.d.l.ſi quis argentum.non habet locũ in pacto de donãdo. & ibi latiùs per eum.& ita etiã tenet ipſe in. d. l. ſi quis argentum.§.fi.& Iohã. de Imol.in cap.qualiter.de pactis.licet Bart.in.l.fina.ff.de condi.ob cauſam. & Ange. in. d l. ſi quis argentum. §. fi. videantur ſentire contrariũ. & ſupradicta eſt veritas in puncto iuris ſecũdùm Alexã.vbi ſuprà: quãuis magna ſit authoritas Barto.quod videtur eſſe contra diſpoſitionẽ iſtius tex. ℣ Sed adducta per Alex.nõ obſtãt:quia in iſto tex.expreſſè prohibetur ne promiſsionẽ recipiat de donãdo,& ſic lex prohibet expreſsè,& vetat.& contrariũ de iſto iure regio reperitur, & eſt ſeruandũ.vt Bal.in.l.cõuenticulã.C.de epiſco.& cler. & in.c. cum apoſtolica. de his quæ fiũt à præla. ſine conſen.capit.& docto.in cap. publicatio.de electio.nu.6. ℣ Prout quoque dicimus de promiſſione de vẽdendo:quia licet nõ ſit venditio,nec
5 ex tali † promiſsione cõpellitur vendere, vt tenet Iaſ. in. §. ſupereſt. Inſtitu. de actio.1. col.& Bald. ſingulariter in. l. penulti. C. cõmunia. de lega. & Philipp. Decius conſilio. 502. nu. 8. & additio. Bart.in.l.lecta. ff.ſi cert.peta. in additione,quæ eſt in nume.11. de quo per Montal. in.l. 2.titu.10. foro legum.lib.3. in glo.fina. & Franciſcus de Aretio in conſi. 262. incipiente, Facio pactum. ℣ Tamen in caſu, in quo talis promittens compellatur vendere, vt doctor vbi ſuprà,
6 ex tali promiſsione † de vendendo debet ſolui gabella,non tamen venditione poſtea ſequẽte, cùm ſemel tantùm ſolui debeat.ſecundũ Bar.& Angel.in.l.ſi pupillus.in prin.ff ad.l.falcidi. & Bar.& doct.in.l.fi.§.quot. in fine.ff. de publica. Paul.de Caſtro in conſilio.185. Alex. de Imol. in conſili.89.in.4.volum.& Bertachi.de Firmi. in tractatu gabellarum.in.8.par. in tertia parte, quæſtione.13. ℣ Idem dicimus,quòd valet pro
7 miſsio de non donando, † vel meliorando. vt in.l. 22. de Toro. & ibi doctor del Caſtillo, in gloſſa fina.tenet,quòd promiſsio donandi operatur donationem, ſequuta morte promittentis.

Et

Et an si valet pactum de non auátaglando filios, vi. singulariter Philippum Decium. consil. 184. ☞ Adde in simili, quod tenet Bart. in l. quod no mine. ff. de conditio. indebiti. vbi tenet, quòd
8 promissio, † & solutio æquiparantur. Et rectè igitur in uostro text. cauetur, quòd promissionem non recipiat, quia solutio videtur, & ex tali promissione potest iudex partem grauare. ☞ Et vide glo. & Bald. in l. 1. ff. quod quisque
9 iuri. vbi dicit, quòd in causa baratteriæ † sufficit sula promissio, sicut in crimine. assassinatus. & tenet Paris de Pute. in dicto tracta. syndica. in parte, multa de barateria. foli. 64. nume. 4. vide quæ dicam infrà, in glos. donacion. numero. 43. ☞ Tamen iudex potest recipere conseruationē
10 † indēnitatis in his, quæ iudex facit licitè pro executione, & conseruatione sui officij, nec propter hoc iudex facit litem suam: neque qui conseruat iudicem, intelligitur iudicem corrūpere. tenet Bald. per text. ibi, in l. 1. C. de magistris conueni. & text. in l. eum pro quo. ff. de in ius vocan. & idem tenet Bald. in authen. generaliter. C. de episcop. & clericis. & Petrus de Anchara. in cap quanuis. de vsuris. lib. sexto. & idem tenet Bald. & ibi Alexand. in additio. ad Barto. in authen. nouo iure. C. de pœna iudicis, qui malè iudi. & tex. & ibi Bart. in l. si quis vxo
11 ri. §. si fugitiuū. ff. de furtis. nu. 2. vbi tenet, † φ si quis iudici dederit aliquid, vel promiserit sibi, ad hoc, vt habeat sententiam, incidit in pœnam falsi. vt in l. 1. §. a. ff. ad l. Corne. de falsi. ☞ Quod debet intelligi secundùm eum, quādo promitti tur aliquid, per quod sibi acquiratur: sed si promittitur tantùm defensio de conseruando eum indēnem, tunc non incidit in crimen falsi. quod sequitur Paris de Pute. in dict. tract. syndica. in parte, an si tempore sententię. foli. 93. ☞ Tamen intelligit hoc, quòd conseruans iudicem indem nem, non intelligere eum corrumpere, si habeat bonam causam, & nisi dedisset ei pignus. arg. in l. litigatores. ff. de arbitris. Et idem tenet Bald. in cap. cùm ab omni. de vita & honesta. clerico. nume. 3. intelligendo Bart. in d. l. si quis vxori. §. si fugitiuū. quòd licet ille, qui promittit iudici indēnitatem non videtur committere barateriam, intelligit Bart. si promissor foueat ius, alio quin debet puniri de barateria. ☞ Et quoq; Ludo. Roma. in l. 1. ff. de condi. ob turp. caus. dicit, quòd dict. §. si fugitiuū. loquitur in cautionibus legalibus de præstando eum, qui liberatur à carceribus, in quo est licita cautio indemnitatis: quia est iudicialis respectu eorum, quæ iudex causa sui officij facit. Secus si ei faciant cautiones turpes, vel insuetas, quia litem perderet. vt in l. generaliter. ff. de calūniato. ☞ Sed vide tur distinguendum secundùm Pari. de Puteo. vbi suprà. Aut iudex recipit talem indēnitatem anteaquam sententiam proferat, & declarat votum suum parti dictam indēnitatem faciē-
12 ti, quod iudex punitur: qui si iudex † anteaquā sententiam proferat, declarat illam parti, tenetur pœna falsi. vt in l. prima. ff. de falsis. & Innocen. in cap. irrefragabili. de officio ordi. dicit, quòd efficitur suspectus, quādo declarat vo tum suum parti ante pronuntiationem. ☞ Si au tem recepit talem indēnitatem, non declarando sententiam, quam vult proferre, vel recipit post prolationem sententiæ, non tenetur. Et ita dicit φ Barto. loquatur vbi suprà. Et ex ista cautela dicit Paris de Pute. vbi suprà, quòd vtuntur iu dices ignorantes, & executores, quando timent exequi, quia solent recipere cautionem indēnitatis, quando pars aduersa minatur iudici, vel executori ne quid innouet, vel non procedat imponendo defensam, vel inhibendo ex parte superioris. ☞ Sed Ias. in l. 1. ff. de condi. ob turp. caus. nume. 4. tenet contrariū, prout tenet Bal. ibi. & in dict. cap. ab omni. de vita & honestate clerico. quia præsumitur hanc indēnitatem pro mittere animo iudicem corrūpendi. ☞ Sed credo dictum Ias. intelligi, quando recepit cautionem indēnitatis pro malè sententiando, vel sic sententiando, quia tunc non potest: secus si pro iustè sententiando. vt colligitur ex dictis Pari. de Puteo, vbi suprà. Et ita tenet Montaluus in dicta. l. secūda. titu. 2. foro legum. lib. 2. in glos. que le den. vbi tenet, quòd non intelligitur iudicem corrumpere, qui cauet de conseruando iudicem indēnem, si constet quòd habet bonam causam. per dictum Bart. in dict. §. si fugitiuum. & Bald. in dict. cap. cùm ab omni. nu. 3. Nam iu
13 dex † quę facit licitè pro executione sui officij, potest recipere conseruationem suæ indēnitatis. vt dicit esse casus vnicus in. d. l. 1. C. de magis. conue. Sed non potest accipere pignus pro pter hoc, vt dixi, quia tunc res interuenit. arg. l. litigatore. §. 1. & 2. ff. de arbi. & vide Hippol. de Marsi. in repetitio. rubri. ff. de fideiusso. nu. 316. & 317. ☞ Et Angel. in dict. l. 1. quæ incipit. vt puta ff. de cōdi. ob turp. caus. vbi tenet idem, scilicet, φ si promissum fuerit iudici eum seruare indēnem tēpore syndicatus vt sententiam ferat, vel vt excarcerari faciat carceratum ad sui instantiam, & nil recipit, sed solùm seruatur indemnis, non incurrit pœnā, & cōtra suum promissorem habet actionē, quā cedere tenetur ei, in

in cuius preiudicium relaxatio facta fuit.per.d.
§.si fugitiuum.quia quæcunque permittūtur li
citè de iure,illa eadē licitè deducūtur in pactū,
nec contrahitur simonia.vt per Inno.in.c.ad au
dientiā.de rescrip. Vide tu tamē pragmaticā in
ordinationibus Cancellariæ Vallisoleti,vbi te-
net,quòd nullus iudex dictæ curiæ,& Cācella-
riæ,recipiat cautionem indēnitatis ex parte.in
cuius fauorem sententiā debet proferri sub pœ
na centū regalium. ¶Et q̄ non valeat promissio
14 † facta iudici,vt pro me ferat sententiā.tenet di-
ctus Paris de Put.in.d.tracta.in parte,an si tem-
pore sententiæ.fol.93.nu.4.quia non licet ven-
15 dere † iustum iudiciū.vt in.c.cùm ab omni.de
vita & honesta.cleri.&.c.non licet.11.q.3.tamē
valet promissio de indēnitate.vt ibi per eum.et
Bald. in margarita.versi.iudex.versi.78. Quod
est verum, vt dixi, quando aliquid iustè facit,
quia tunc nō dicitur corruptus.vt Bal. & docto.
in.d.l.1.C. de pœna iudi. qui mal.iudi.&. C.de
conueni.fisci debito.lib.10.& Bart.in.l.1.§.fina.
ff.de calumniato. ¶Quod secus est in syndico:
16 †quia si syndicus cōmunitatis, qui ex forma sta
tuti tenetur sub pœna denūtiare omnia malefi-
cia, & ad preces alicuius noluit denuntiare, &
ille promisit syndico eum indēnem seruare,q̄ ta
lis promissio nō valet,& tenetur ad pœnam sta
tuti,non obstante tali promissione inualida.te-
net singulariter Alexan. in dicta.l.iurisgentiū.
§.si ob maleficium. ff. de pactis. nume.5. post
Bart. in.l. à reo. §.fina.ff.de fideiusso. Quod fa-
cit contra istos promotores fiscales: quia ex for
ma Pragmaticę tenentur denuntiare omnia ma-
leficia,quòd tenentur,si non denuntiat, licet ac-
cipiant conseruationem indēnitatis.quod nota.

Summarium.

1 Iudex,qui donationem recepit in syndicatu,tenetur,quia dicitur corruptus,sicut si pecuniā recepisset.
2 Donatio est lucri datio.
3 Iudex dicitur commodum bursale recepisse, si donationem, vel pecuniam recepit.
4 Pecuniæ appellatione, continetur omne quod sit,vel esse potest in patrimonio.
5 Donationem remuneratoriā ex gestis ante officium,licitè recepit iudex.
6 Sentētia lata donatione,vel pretio,est nulla ipso iure. & nume.10.
7 Pecunia data iudici,vt iudicet, an repetatur..
8 Iudex indebitè aliquid recipiēs à subditis, conuentus ciuiliter,an teneatur ad quadruplum.
9 Quilibet de populo an pōt agere contra iudicē.
10 Dans iudici pecuniam, vt secundùm iustitiam sententiam proferat,an causam perdat.
11 Venalis non dicitur sententia,si post eam latam iudici fuit data pecunia, tamē iudex punitur.
12 Sententia an valeat, si pecunia non est data,sed promissa.
13 Sententia an valeat, si vnus ex iudicibus fuit corruptus.
14 Qui corrumpit iudicem, pecuniam ei dando, an puniatur.
15 Lex imponens pœnam recipienti aliquid per barateriam,habet locum in dante.
16 Accusator,seu accusatus dans aliquid iudici, an puniatur.
17 Correlatiuorum natura est cōmunis vtrique extremo:& vno contrahentium prohibito, vel permisso,alter censetur prohibitus, vel promissus.
18 Actor obtinens specialem cōmissionem, vt in causa ciuili reus debeat personaliter comparere in iudicio, ipsemet actor tenetur quoque comparere.
19 Prohibita emptione, videtur prohibita venditio.
20 Officialis præsidis,qui accepit pecuniā,& policetur præsidem certam sententiam laturum super crimine, punitur sicut corruptor.
21 Iudex, qui malè iudicauit, ex eodem processu potest ciuiliter & criminaliter puniri.
22 Iudices propter quæstum pecunię non debent innoxios condēnare, & noxios ad præstationem adiuuare.
23 Paria sunt iustitiam vendere,& simoniam committere.
24 Grauius est vendere iustitiam, quàm præbendam.
25 Iudex, an videatur corruptus, si à fœneratore gratis pecuniam recepit.
26 An valeat sententia arbitrorum, si sint corrupti.
27 Corrumpēs notarium actorum,punitur, & causam perdit.
28 Falsans acta, an causam perdat.
29 Quid in corrumpente procuratorem partis aduersæ.
30 Quid in desigillante acta transmissa consultori.
31 Omnia iura statuta in fisco habēt locum in priuato, nisi lege dicatur, quòd sit speciale in fisco.
32 An qui fuit conatus subtrahere aduersario probationes, perdat causam.

33 Cancellans nomē procuratoris, quod eſt in mandato, committit falſum, & punitur.
34 Occultans acta iudicij, vt veritas occultetur, punitur.
35 Deſigillans acta probatoria, an puniatur.
36 Barateria generaliter committitur ab officiali, cùm aliquid recipit à priuato vt faciat non facienda, vel omittat ea, quæ ſunt facienda.
37 Barateria vnde dicatur.
38 Iudices, qui furtis, & ſceleribus conuincuntur, perdunt priuilegium, & dignitatem acquiſitam, & tāquam plebei & peſsimi condēnantur, & quoque pœna periurij puniuntur.
39 Libellus contra iudicē, qui barateriam cōmiſit.
40 Reſponſio iudicis ad dictum libellum.
41 Querelans de iudice iniuſtè, patitur talem pœnam, qualem iudex ſi verum eſſet.
42 Officialis, qui abſolutus fuit in ſyndicatu, an poteſt agere actione iniuriarum cōtra eum qui non probauit, & egit contra eum.
43 An officialis, qui baraterīā tentauit, & non perfecit, puniatur.
44 Barateria quomodo probatur.
45 Officialis, qui in ſyndicatu timet condēnari ex aliqua barateria, an poteſt offerre ſolutionem ante condēnationem, vt eam euitet.
46 Condēnatus de barateria in ſyndicatu, non poteſt amplius ad ſimilem officium aſpirare.

y **Donacion.** y Similis text. in. §. ſcriptum. in authē. vt iudi. ſine quoquo ſuffragio. colla. 2. ibi, acciperet à no-
1 ſtris ſubiectis. aliàs tenetur in ſyndicatu † iudex,
qui iſtam donationē recipit: quia dicitur corruptus, ſicut ſi recepiſſet pecuniam. vt text. & ibi Bald. in. d. l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offi. proconſul. & lega. & in. l. 1. ff. de ambitu. & tenetur fiſco. l. in hæredem. ff. de calūnia. quia do-
2 natio, † eſt lucri datio. vt tenet Cynus in. l. cùm ſponſæ. C. de donatio. ante nupti. ¶ Et dicitur
3 donationem, † vel pecuniam recepiſſe, quocūq; modo burſale ſenſerit. vt in. l. prima. §. ſi pecu-
4 niam. ff. de calumnia. vbi appellatione † pecuniæ continetur omne, quod ſit, vel eſſe poteſt in patrimonio. vt in. l. 4. ff. de verbor. ſignificatio. & tenetur de calumnia, etiam ſi recipit pecuniam, vel aliquid loco eius extra iudicium. vt in l. ſi quis publicanus. & ibi Bart. ff. eod. ¶ Quod intellige in donatione pura, ſecus in donatione
5 remuneratoria † ex geſtis ante officiū. quia tūc licitè recepit. l. Aquilius Regulus. ff. de donatio. tenet Paris de Pute. in dicto tractat. ſyndica. in parte, officiales. foli. 87. in fine. & tenet Alex. in. l. principalibus. ff. ſi certum petatur. nu. 4. verſicu. ſecundo limita. ¶ Intantum, quòd ſenten-
6 tia † lata pretio, vel donatione, eſt ipſo iure nulla. vt in. l. venales. & ibi doct. C. quando prouoc. non eſt neceſ. & Archi. in. c. qui rectè. 11. q. 3. vbi tenet, quòd ſicut

ſa, ni donaciō y ellos,

in mutuo nō debet expectari pecunia ex pacto, ita nec in ſententia. Et ſicut qui in mutuo ex pacto accepit pecuniā, poteſt inde condēnari ab eccleſia: ſic & ſentētia data per pecuniam promiſſam irritatur. §. venales. 2. q. 6. Et ſicut vſurarius, qui præter pactū pecuniam accepit, peccat, & nō poteſt exinde ab eccleſia condēnari: ſic & iudex, qui præter pactū pecuniam accepit, peccat, tamen ſententia non irritatur. ¶ Ex quo dicto Archi. notatur, ꝙ ad hoc, vt ſententia ex pretio lata irritetur, requiritur, ꝙ tale pretiū ſic datum ex pacto inito inter iudicē, & dātem, aliàs ſecus: quia vt ibi dicit Archi. licitè poteſt dari publicè pro iuſta ſentētia obtinēda, & pro vero teſtimonio, & leges ſupradictæ habent locū, cùm eſt dubiū quo animo detur pecunia. ſecūdum Lanf. quia eſt intelligendū de tali munere & pecunia ratione cuius deuiet à iuſtitia. arg. in. c. ex queſtiones. & l. ſolent. ff. de offi. procōſu. Et gl. in. d. c. qui rectè tenet, ꝙ licet ſimpliciter quis det iudici vt iudicet, vel teſti vt iuſtè teſtetur, licet non peccet in dando, tamen repetit quod dedit. 14. q. 5. c. nō ſanè. & glo. ibi te-
7 net, ꝙ talis † repetit pecuniam, ſi non eo animo
dat, vt iudicem corrumpat: nam ſi dat eo animo vt ius, & quietem ſibi conſeruet, tunc poteſt repetere. vt probatur in cap. dilectus. de ſimo. Et idem tenet text. ſingula. in. l. 26. titul. 22. parti. 3. vbi ait, quòd ſi litigans donet aliquid iudici ſimpliciter, vel vt iniuſtè iudicet, aut differat litem, non poterit repetere, ſed fiſco applicatur, cui turpia ex officio lucra acquiſita accreſcunt. Illud verò quod dedit, vt iuſtitiam faciat, licitè poteſt repetere: quia tunc turpitudo repetendi fuit ex parte iudicis cauſata. & cum ea. l. concordat text. in. l. 1. ff. de cond. ob turp. cauſ. & tenet Specula. in titulo de ſenten. §. quæ ſit pœna. verſicu. ſed nunquid ille qui dedit. & concordat tex. in. l. Lucius. ff. de iure fiſci. Et idem tenet Archie. Florenti. in. 3. parte. titul. 9. cap. 2. in princip. quem vide. & dicit, quòd cùm ex officio ſuo teneatur gratis iudicare, & bene, turpiter accepit, & crimen concuſsionis commiſit: quia non licet vendere iuſtum iudicium. ¶ Et Paris de Pute. in dict. tracta. ſyndic. in parte, an
8 ſi tēpore ſententiæ. foli. 93. nu. 2. tenet, † quòd ſi

 iudex

iudex indebitè aliquid accepit à subditis, conuentus ciuiliter, in quadruplum tenetur. vt in l. 1. C. ad. l. Iuli. repet. vbi dicit, quòd glos. ibi tenet, quod totum illud applicatur fisco. ☞ Ad
9 quam pœnam † quilibet de populo potest agere, quia actio e.t popularis: tamen si parti acquireretur soluenti, tunc pro parte sibi competeret actio, & eius hæredi. glo. in. l. a. ff. eod. ad. l. Iul. repe. Et etiam vbi criminaliter ageretur, cuilibet daretur potentia accusandi. vt in. l. fina. eod. titu. quia crimen est publicum, secundùm Angel. in d. l. 1. & Paris de Pute. vbi suprà. ☞ Quinimo dicit dict. Pute. in parte, corruptio. folio. 92. nume. 10. quòd non licet dare pecuniam iudici: vt etiam ferat sententiam secundùm iustitiam, nec iudici est licitum recipere. vt in. l. penultima. ff. de condiction. ob turpem cauf. sicut non licet testi recipere, vt testimonium deferat secundùm veritatem, quia falsi tenetur. vt Bart. in. l. 1. §. primo. ff. de falsis. ☞ Et si dat iudici pecuniam
10 † vt secundùm iustitiam sententiam proferat, perdit causam, & non potest ab eo repeti. vt glo. in dict. l. 1. de condi. ob tur. cauf. Et idem tenet Ias. ibi, nume. 3. vbi ait, quòd quando datur iudici pecunia solùm ad finẽ, vt causam expediat, perdit causam, tamen datũ potest repetere. & ita dicit teneere ibi Alex. & docto. Et de ista materia corruptionis vide latè ibi per dict. Pari. de Pute. cum versi. sequentibus. & vi. text. singula. in l. 52. titu. 14. parti. 5. vbi latè de hoc. ☞ Vide tu Bald. in cap. si iustus. de appella. nu. 11. vbi tenet, quòd licet sententia non valeat, si fuit aliquid datum iudici pro ea ferenda. vt in. d. l. venales. tamen licitũ est iudici dare pecuniã pro vera sententia, & testi pro vero testimonio, dummodo detur publicè, & nõ secretò: nec ista dicitur corruptela, sed cautela, & redimere vexationẽ suã, & sententia est valida. Et ideo dicit idem Bald. quòd si iudex non vult facere tibi iustitiam sine simonia, ex parte tua sis cautus: si potes des ei pecuniam coram duobus testibus, & tabellione, alioquin omnino abstineas: tamen licet sententia sit valida, iudex punitur, per supradicta. ☞ Sed vnum scias, & menti tene, quòd si pecu-
11 nia sit data † iudici post latam sententiam, tunc sententia valet. nec dicitur venalis, nec poterit iudex puniri de barateria. tenet Felin. in cap. tua nos. de simoni. & Hippolytus de Marsi. in singula. 190. & in. l. lege Cornelia. ff. ad. l. Corneli. de sicariis. nu. 4. Sed ego credo, quòd licet valeat sententia, tamen iudex punitur, quia etiam post sententiã in. l. potest recipere. vt in. l. 30. tit. 15. lib. 2. in ordi. regal. vt dixi suprà in glo. no recibira. t. col. Et pro ista mea opinione est dictũ expressum Pari. de Pute. in. d. tract. in parte, cõsiliarij officiales. nu. 2. foli. 194. vbi ait, quòd intantum iudex prohibetur præmium accipere, quòd si post sententiam accepit, in syndicatu conuenitur. Quia qui recepit pretium post factum, punitur ac si recepisset ante factum allegãdo Bald.
12 ☞ Quid si pecunia † non sit data, sed tantum est promissa? Dicit Bald. in consilio. 490. incipiente, Proponitur. 4. volu. quòd sit nulla: si est lata in fauorẽ promittẽtis. De quo dubitat dictus Hippolyt. de Marsi. in. d. singula. 190. quia communiter ante sententiam partes promittunt iudicibus maria, & montes, sed post prolationẽ ipsius nec dum non obseruãt promissa, & nec partem promissorum, imò sæpe fingunt eum non cognoscere & qui viderunt, testimonium perhi-
13 buerunt secũdùm eum. ☞ Sed quid si plures † iudices simul iudicauerunt, & vnus eorum sit corruptus, aliis ignorantibus, an teneat sententia? Vide singular. Iohã. And. in additio. ad Specu. in titu. de senten. §. iuxta. in additione, quæ est in versi. ratione. num. 2. in parte. e. cùm ab omni. ☞ Et tene, quòd non solum iudex corruptus punitur, verum etiam punitur qui eum corrumpit,
14 † dando ei pecuniam, vt pro se ferat sententiã: quia diffidere videtur de iustitia, qui corrumpit ministrum iustitiæ, & commodum victoriæ perditur ipso iure. vt Baldus in. l. prima. C. de pœna iudi. qui malè iudi. & tenet Montal. in. l. 2. titu. 2. lib. 2. foro legum, in glo. que le dena & vltra eum per Bart. text. & ibi glo. in. l. Item apud labeonem. §. si quis virgines. ff. de iniuriis. in glo. in parte, vẽdiẽt. ☞ Ad quod facit, quod tenet dict. Hippolyt. de Marsi. in. l. circumciderе. §. seruo. nume. 6. & 7. ff. ad. l. Corne. de sicariis. allegando Bald. in. l. prima. ff. de calum-
15 nia. vbi tenet, quòd lex imponens † pœnam recipienti aliquid per barateriam, habet locum etiam in dante. & idem tenet Paris de Put. licet Hippolyt. eum non alleget in. d. tracta. in parte, corruptio. folio. 91. nume. 6. per. d. l. 1. de calum. & dicit, quòd facit quoque text. in. l. 1. C. de expressis. lib. 12. secũdùm Bal. ibi. & Amode. iust. in tract. syndic. in parte. Item in eo. colu. 2. versi. aduerte. vbi idem tenet. Et est text. in. l. 25. titu.
16 22. partit. 3. qui est singula. vbi tenet, quòd † accusator, qui aliquid iudici dedit, vt iniustè contra accusatum iudicaret, perdet causam, & patietur alias pœnas, de quibus in. l. 24. eod. titu. ead. parti. ☞ Accusatus verò corrũ pẽi dono vel promissione iudicem, pro confesso habetur, nisi sit certum eum fore insontem, sed litis formidine hæc

hęc constet fecisse. ☞ Si autem est causa ciuilis,
quilibet dans, aut promittens, perdit causam, &
soluet regi triplum datorum, aut duplum pro-
missorum. Sed si Corrector se sponte detegat, &
probet regi. vel suo maiori, nullam patitur pœ-
nam. si autem non probet, soluet regi litis æsti-
mationem, si causa fuit ciuilis, si criminalis, per
dit omnia bona fisco applicanda, & iudex pur-
get se per iuramentum. nam diffidentia iustę sen
tentiæ spem negotij deposuit in pecuniæ corru
ptelam. vt ibi per Muntal. in dict. l. parti. & text.
& ibi Hippolyt. de Marsi. in. l. qui duobus. ff. de
falsi. vbi qui iudicē corrūpit, tenetur pœna falsi.
17 ☞ Et facit † qđ dicit Bal. in. c. 2. vlt. co. de proba-
tio. vbi ait, ꝙ natura correlatiuorū est cōis vtri-
que extremo: & vno cōtrahentiū prohibito, vel
permisso, alter cēsetur prohibitus, vel permissus.
per. c. 2. de mutuis petitio. ☞ Et ideo dixit domi.
18 in. c. vnico. de dolo & cōtu. lib. 6. ꝙ si actor † obtī
nuit specialē cōmissionem, ꝙ in causa ciuili reus
debeat personaliter cōparere in iudicio, ꝙ tunc
tenetur etiam ipse actor comparere personaliter.
☞ Et illud. quod tenet Bar. in. l. fi. C. de exactio.
tribu. lib. 10. vbi quando lex Imperialis prohi-
bet emere, comprehendit etiam ecclesiam. & ibi
Angel. dicit, quòd prohibita emptione, intelligi
19 tur esse † prohibita venditio. & illam doctrinam
sequitur Barb. in cap. primo. col. pe. de testamē.
& facit qđ tenet Bar. in. l. fi. C. de indicta viduita
te tolle. & Abb. in prooemi. Gregori. 8. colū. nu.
20. & ibi Sebast. sapi. in additio. licet cōtrarium
teneat dictus Abb. in ca. primo. col. 3. de locato.
quia ibi additio. tenet contra Abb. de quo ibi
per eum. & per dictum Hippoly. in dict. l. circū-
cidere. §. seruo. vbi latè. vbi quoque ait, quòd stā
te statuto quòd nullus possit emere sine licentia
alicuius officialis, includitur etiā venditor. per
Barto. in. l. fi. C. de accepti. per text. & ibi Barto.
in dict. l. 2. C. de cupressi. lib. 11. ☞ Ex ista conne
xione potest esse illud, quod tenet text. in. l. qui
explicandi. C. de accusa. & Angel. & Bal. ibi. vbi
20 tenent, quòd officialis † pręsidis, qui acceptat pe
cuniam, & pollicetur præsidem certam senten-
tiam laturum super crimine, punitur quemad-
modum & corruptor, non tamen eadem pœna.
Quod dicit Angel. ibi, quod facit contra barate-
rios, qui accipiunt promissionem pecuniæ, pol-
licendo iudicem condemnaturum, vel absolutu-
rum ad suam instantiam, ꝙ extenditur secundū
Angel. ibi, & habeat locum in causa criminali,
in qua licitum est pro sanguine suo redimendo
corrūpere hominē: quia licet promittēs, vel sol-
uēs vt absoluatur nō puniatur, tñ qui pollicetur
pro pecunia iudicē laturū sentētiā absolutoriā,
iniuriā facit iudici, cuius animi motū detegit,
& reuelat, & ideo sibi iniuriarū tenetur. tex. di-
cit Ang. esse in. l. itē apud labeonē. §. idē ergo. ff.
de iniur. & ideo secūdū eū poterit in insulā rele
gari. vt in. l. fi. ff. de iniuriis. & cum hoc transit, li
cet dicat, ꝙ Bar. relinquit cogitandū. quod sequi
tur dictus Paris de puni. d. tracta. in. d. parte, cor
ruptio. n. 11. Quod est notandū cōtra illos sequa-
ces, & amicos iudicū: quia multotiēs talem pro
missionē faciunt donis, vel pecuniis iudicibus
ignorātibus, qui possunt condēnari vt corrupto
21 res iudicū. ☞ Quoq; dic, ꝙ talis iudex, † qui sic
iudicauit ex eodem processu, potest puniri ciui
liter, & criminaliter. Et est speciale in iudicibus
delinquentibus in officio suo, ꝙ simul, & semel
puniantur. ita tenet Bal. in. d. l. venales. per text.
quem dicit esse notabi. in. §. oportet. el. 1. vt in au
then. vt iudic. sine quoque suffragi. suprà allega.
Tamen iudex in syndicatu potest ex nouis alle-
gationibus defendere suam sententiam, & osten
dere cōdemnatū ius nō fouere, vt dixi suprà in
isto. c. in gl. el derecho alas partes. in fine. ☞ Et qa
22 iudices † propter quæstū pecuniæ nō debēt in-
noxios condēnare, & noxios verò ad præstatio-
nē adiuuare. vt in. d. auth. vt iud. sine quoque suf
fra. §. quapropter. ibi. administratiōes nūquā: qa
iudices auari nesciūt quantū delinquūt. nā cum
vendūt aliena crimina, sua faciūt esse peccata: vn
23 de paria sunt iustitiā vēdere, † & simoniā cōmit
tere. vt in. c. accepimus. de purga. cano. imò gra-
uius est vēdere iustitiā, quā præbendā, † quia le
gimus Christū esse iustitiā. c. existimat. 11. q. 3. nō
autē legitur esse præbēda. Sed culpa tāto est gra-
uior, quāto res, in qua culpatur, & sanctior. vt ait
Barnardus. cū vēdere ergo præbendā inter cæte
ra crimina grauius reputetur. c. fi. 1. q. 7. vendere
iustitiā, q̄ est Christus, grauissimū est cēsendū:
ita tenet Lucas de pēna in. l. 1. C. de deser. lib. 12.
co. 16. Et vi. Bal. in. d. l. venales. vbi ait, ꝙ nō videt
25 iudex corruptus † pecunia, q à fœneratore gra-
tis recepit. vt per Specul. in ti. de vsu. licet dicat,
ꝙ facit in cōtrariū. l. quin etiā. ff. de calū. ☞ Quid
26 si arbitri sunt corrupti. † an eiꝰ sentētia valeat, vi.
ibi glo. & docto. in. d. l. venales. ☞ Et nō solū cor
rūpēs iudicē punitur, sed etiā ille, q corrūpit no
27 tariū † actorū, pdit causam. l. qui in fraudē. §. quo-
tiēs. ff. de iure fisci. & l. si qs obtexerit. ff. de falsi.
& l. si qs aliqd. §. instrumēta. ff. de pœnis. & not.
Bal. in l. de eo. C. de pœna iudi. qui malè iudi. &
Mōtal. in. d. gl. q̄ le dē. & d. Pari. de pn. vbi suprà
in parte, corruptio. nu. 7. Et ista est cōmunis opi.
secundū Feli. in cap. venerabilis. de excep. 5. col.
28 versi. vtrum si falsans. vbi quoque tenet, ꝙ † fal-
sans acta causæ, perdit causam. vt Bartol. in dict.
§. quo-

§.quotiens.& Bal.in.l.qui teſtamen.ff.de excu-
ſa.tuto.& in.l.1.§.2.in fine.ff.de calũnia. Quòd
eſt ſecus in corrumpente aduocatum ſecundùm
29 eum ibi. ☞ Quod extendit † Feli.in corrumpen-
te procuratorem partis aduerſę, vel ipſam partẽ,
ſi cauſa reſpicit intereſſe etiam alterius, quàm
partis. vt in.d.§.2.& ibi pulchrè Bart.& in.l.qui
falſam.C.de falſis inſtru.& Angel.dicit cõmunẽ
opi.eſſe in.l. prima in fine.ff.de his qui teſta.de
30 leo. ☞ Dicens † idem eſſe in deſigillante acta trãſ
miſſa conſultori.per.d.§.quotiens.Sed in hoc di
cit Feli.vbi ſuprà.quòd Angel.non bene loqui-
tur,quia iure non cauetur ſecundùm Imol.in.d.
l.prima.ff.de his,qui teſt.delen.per.c.cũm olim.
lo.2.de officio delega. Iunctis verbis Barto.in.l.
qui teſtamentum.ff.de falſis.& vi.Imol.in.l.di-
uus.ff.de re iudica. Et licet Feli.non dicat, dic ꝙ
talis deſigillans, & ſubtrahens præſumitur foue
re malam cauſam,ſicut ille,qui alteri parti aduo
catos ſubtrahit. vt tenet Romanus in conſilio
346.col.3.Et licet Abb.ibi in dict.cap.cùm vene
rabilis.poſt multa teneat,quòd falſans acta, non
perdat cauſam,quia cautum non reperitur: & ꝙ
tex.in dict.§.quotiens. loquatur in cauſa fiſcali,
quia imò eſt cautum illud,quod tenet opi.com-
munis: nec ibi in dict.§.quotiens. ſit ſpeciale in
fiſco,ſecundùm Cardi.in dict.cap.cùm venerabi
lis.prout refert & ſequitur Andre.Sicul.in dicto
31 cap.cùm olim.& quia omnia † iura ſtatuta in fi-
ſco,habent locum in priuato,niſi in lege dicatur,
quòd ſit ſpeciale in fiſco.vt tenet Iaſ.in.§.in bo-
næ fidei. Inſtitu.de actio.colum.11.& gloſſ.in.l.
prima.C.de peti.hæredi.& glo.in.l.prima.ff.quod
cuiuſ.vniuerſi.nomi.& Iaſ.in.l. nec quicquam.
ff.de edendo.in principio.& Paul.de Caſtro in
l.reſcriptum.ff.de pactis.num.4.& in.l.item ve-
niunt.§.ad aptanda.verſi.in priuatorum.ff.de pe
ti.hæredi. ☞ Sed dic melius ſecundùm Feli.vbi
ſuprà,quòd tex.in dict.§.quotiẽs.dicit,quòd quo
tiens apud fiſcum cauſa agitur,glo. exponit.i.a-
pud procuratorem fiſci.& tu ſcis,quòd procura
tor fiſci cognoſcere poteſt inter duos priuatos
conſentientes.vt in.l.cùm vendente.ibi,ſi volue
ris.C. vbi ſi cauſ.fiſca.& l.cùm eorum.C.de ſen
ten.ergo tex.in dict.§ quotiens.loquitur genera
liter. ☞ Fortius dicit Innoc.in cap.intimauit.de
32 teſti.ꝙ qui † conatus fuit aduerſario ſubtrahere
probationes, debet perdere cauſam. & ſequitur
Angel.in.l.1.§.ſi reus.ff.de eo per quem factum
eſt.Sed hoc non eſt tenendum ſecundùm Feli.
vbi ſuprà ſecundùm Bal.in dict.capi. intimauit.
quia ſi eſſet.non oportebat ibi examinare teſtes
ſuper cauſa.idem Bal.in.l. prouidendum. C.de
poſt nla.& Abb.in capitu.cùm cauſam.de teſti.
vlti.column.ibi,ego dicerem, vbi ait,quòd licet
talis probatio per partem ſubtractam habeatur
pro facta odio illius.l.ſi de poſſeſsiõe.C.de pro-
ba.non tamen perdit ille ex hoc cauſam. patet
per cap. peruenit.lo.1.de teſti.cogen.& cap.con
ſtitutus.de teſti.vbi aliter punitur.ex quibus re
probatur gloſſ.fi.in capit.venerabilis.in fine.de
religioſ.domi. Et prædictis adde Petrum de an-
chara. in conſilio.381.vbi tenet dictam commu-
nem opinionem, de qua ſuprà,quam etiam ſen-
tit Bar.in.l. ſi quis obrepſerit. quæ omnia dicit
Feli.vbi ſuprà notãda vt noua ☞ Ad idem facit,
33 quod † tenet Iohan.de Ana.in conſilio.12.vbi te
net:quòd qui cancellat nomen procuratoris,qui
eſt in mandato,committit falſum, & debet puni
ri,etiam ſi officium procuratoris ſit finitũ: quia
negari non poteſt,quin ſcriptura dicatur mutata
ſiue ſublata, ergo falſa.iuxta notata in ca.in me-
moria 19.diſtin.& in cap.licet.de crimi.falſ.quia
talis cancellatio non ſpectabat ad ipſum.argum.
in.l.1.per totum.C.nec quis in ſua cauſ.& ſic ꝙ
commiſit falſitatem punibilem. Pro quo dicit
Ana.quòd eſt dictum Angeli in. l.prima.ff.de
34 publicis iudi.vbi ait, quòd ille,qui occultat † a-
cta iudicij, vt veritas occultetur, incidit in pœ-
nam falſi,ergo ipſe qui cancellat. ☞ Quinimo di
cit ibi Ludoui.boguli.in additio,quòd tale cri-
men eſt publicum,& quilibet de populo admit
titur ad accuſandum.vt Inſtitu.de publicis iud.
in principio.& qui ſic cancellauit,debet puniri.
per.l.corneliam.de fal. vt voluit in terminis An
gel.in.l.2.ff.de publicis iudi. vbi dicit ſe vidiſſe
de facto ſeruatũ in ciuitate Peruſij in quodam,
qui vocabatur Ang.& ſic quòd quilibet admit-
tatur ad accuſandum eum, qui ſubtraxit acta iu-
dicij,vt veritas occultet:ſed iſte plus fecit, quia
cancellauit acta iudicij:& ſic verificatur doctri-
na gloſſę.in.l. Paulus.ff.de falſi. ☞ Quoque fa-
35 cit quod tenet Ludo.Roma.in conſilio.346.col.
3.verſi.cæterum.vbi tenet.† quòd ſi alter ex liti-
gantibus deſigillat,aperit,& legit acta probato-
ria penes alterum, ſic ſtatuta per iudicem, du-
pliciter punitur.primò arbitrio iudicis, ſecun-
dò.quia non auditur ſi quid poſtea allegare velit
ad infringenda ipſa acta probatoria, quæ faciũt
pro aduerſario.vt in.d.c.olim magiſter.de offi.
delega. Et intantum faciunt fidem,quòd etiam ſi
aliqua raſura quamuis in loco ſuſpecto reperia-
tur pro altero litigante, non derogatur eorum fi
dei in his, quæ ex eiſdem concipi poſſunt: quia
tunc raſura ipſa non præſumitur facta ab eo, in
cuius fauorem acta cantant,nec eius mãdato.hoc
eſt

est, quòd notanter notat Hosti. & Iohan. Andre. in.c.accepimus de fide instr. qđ verbū dicit Bal. in.l.1.C.eo.ti.de fide inst. nō reperiri alibi, prout tenet dictus Ludo. Roma. in.d.consilio. ☞ Ad su pradicta redeundo dic, φ generaliter barateria
36 †cōmittitur ab officiali, vbicūque aliquid recepit à priuato, vt faciat non facienda, vel omittat ea, quæ sunt facienda. vt in.l.1.& ibi glo. in versi. accepit. ff.ad.l.iuli.repet.& in.l.eadem.§.fi.eod.
37 ti. ☞ Et barateria † dicitur à barato, baratas: quia iudex recipiēdo aliquid, dicitur baratare, & permutare iustitiā cū eo quod recepit: sicut recipiēs aliquid pro dando beneficium, dicitur vendere beneficium. vt Amodeus iustinus in.d.tra. syndi.in prin.versi.5.& vide suprà in glo. no recibi ra dadiua.in fine. vbi quid sit furtū, & barateria.
38 ☞ Et isti iudices, qui conuicti sunt † sceleribus & furtis in officio maculasse, perdunt priuilegiū ex dignitate acquisitum, & tanquā plebei, & pessimi condemnantur. vt tenet tex.in.l.iudices.C. de dignit.lib.12. Et ibi Lucas de pēna.colū.fi.dicit, quòd quoque tenetur pœna periurij, cùm iurent nil recipere à subiectis, sed contentos esse his annouis, quæ sibi à fisco dantur. Et vltra iuramentum etiā amplius quàm latrones excedūt, cùm legis quodammodo vigore id facere videantur. Totius enim iustitiæ nulla capitalior est, quàm eorum, qui cùm maximè faciūt, id agunt, vt boni viri esse videantur. Et maius malum est, cùm iudex non tenetur furare, imò aliena furta punire, si calcato iuramento spoliet ipse subiectos, quos vendicare tenetur: & qui legis authoritate, seu fauore furatur, immanissimè plusquā latro peccare censendus est. secundū Lucā de pe. vbi suprà. quod nota. & vide. ☞ Optimū est sci-
39 re quomodo intentetur libellus † cōtra iudicem, qui dictam barateriam fecit. Et dic quòd conceptio est talis. ☞ Coram domino potestate. &c. Compareo omni modo. & meliori quo possum contra talē: & dico, φ cùm ipse in ista ciuitate officium iudic. exerceret, tempore sui oficij, hoc anno, & mense tali, in domo talis, in tali camara, regnante tali, pecuniam accepit à Titio aduersario meo, ob iudicandum, vel non iudicandum, ob interponendum decretum, vel non interponendum, & ipse iudicauit, vel interposuit decretum, vel non iudicauit, per hoc enim coram vobis accuso: quare peto ex vestro arbitrio eum puniré. & puniendum fore sententialiter declarari. Et hoc cùm criminaliter agitur. ☞ Si verò ciuiliter, sic concipe, iunge quare peto ipsum in quadruplum condemnari. prima.quæst.1.capit. eum qui. & in.l.finali, in fine. C.ad.l.Iuli.repe. Tamen in hoc libello non est necesse ponere aliquid de anno, vel mense, vel domo, vel nomine principis, nisi velis. Istas formas ponit Specula.in titulo de accusatio. & inquisitio.§. nunc formæ. versiculo secundo. numero tertio.
☞ Attamen quando contra iudicem, vel contra
40 aliquem de † sua familia libellus suprà barateriam, vel furtum porrigitur, seu datur simplex petitio, quod sæpe fit maliciosè, ipse iudex neget contenta in dicto libello, seu petitione, & faciat reconuentionem de iniuria, & de infamia, & protestetur in dicta reconuentione in casu in quo ille non probet, & alleget se nobilem, & probum virum, iuris peritum, & optimæ famæ: quibus attentis reconueniendo ipsum, dictus iudex æstimet infamiam, & suam iniuriam centum librarum, vel mille ducatorum, attenta eius qualitate: & offerat se probaturum, quòd pro dicta quantitate noluisset, recipere vel sufferre tantam iniuriam, seu infamiam: & protestetur de damnis, & expensis, & interesse ipsius. vt tenet omnia supradicta singulariter Cataldi.in tracta. syndica.in quæstione. 281. quæ est finalis. ☞ Vbi quoque dicit, quòd ille, qui porrigit petitionem contra officialem, non potest retrahere ab ea absque eius licentia. Quæ dicta Cautela de reconuentione (iudicio meo) est optima: quia facit ad.l.2.titulo.2. lib. secundo. foro.ll.in fine, iam allega. vbi tenet, que si alguno se querellare del alcalde a tuerto, en esta razon aya la pena sobre dicha, que el alcalde auria, si tuerto iuzgasse. & tenet Montal. in.l.23.titulo.22.parti.tertia: vbi tenet, quòd
41 † querelans de iudice iniustè, patietur talem pœnam, qualem iudex, si verum esset. allegat Bartol.in.l.seruo inuito.§.cùm prætor.ff.ad trebellia. Et licet Bartol. ibi non dicat, tenet Paris de Puteo in dict.tracta.in parte, Syndicatorum.folio.25. vbi tenet, quòd in syndicatu non debent calumniari, & vexari contra honorem, & dignitatem suam, & prouidere, quòd quis nō frustretur friuolis, petitionibus, vel ineptis, & calumniosis, & quòd debent reiici tales conuitiantes officialibus in fine sui officij, & eos puniri. quod nota. ☞ Tu quoque vide singulariter. Pari. de puteo. in dicto tracta. syndicatus. in parte, iniuria officialis. folio. 131. vbi † tenet,
42 quòd officialis, qui fuit absolutus in syndicatu, pōt contra quē nō ꝓbauit, & egit cōtra eū, agere actiōe iniurarū. per.l.itē apud labeonē.§.si quis libellos. ff. de iniuriis. & Barto.in.l.si.ff.ad senat.

senat.consul.turpilia. vbi si quis agit contra aliquem calumniose, quòd potest actione iniuriarum conueniri.per tex.in.l. eadem.§.si quis non debitorem.per eũ allega.& etiam si actor iurasset de calumnia,& quod querelas de iudice inde bitè in syndicatu puniatur, dicit quòd est text. in constitu.regni.prout in.d.l.fori.cauetur.& in dict.authẽtica.vt iudices sine quoque suffragio. §.ex aduerso. ☞ Tamẽ dicit,quòd licet dicta cautela Catald.sit vtilis,& bona: tamẽ quia syndicatores,qui syndicant,quærunt aliquando gratificare,dicit quòd pluries consuluit, quòd expecte tur finis primi iudicij: quia si contingat absolutio,tunc poterit agi actione iniuriarum. per.l. si tibi. C.de liberali cauf.& cõsulit,quòd agat actione iniuriarum in magna curia, vel coram iustitiario regionis,quo casu potest pro parte protestante de calumnia punire iniustè querelantes contra ipsum officialem. vt ibi per eum.vbi quoque tenet, quòd debet puniri eadem pœna.per l.fina.C.de accusatio.Sed tu tene dictam cautelã Cataldi.& facias dictam recõuentionem:& si nõ facis, potes postquam absolutus fueris intentare actionẽ iniuriarũ principaliter cõtra querelãtem:quia vtroque modo iudex tenetur condemnare querelantem indebitè, modo reconueniatur,vel postea principaliter accusetur per supra dicta. ☞ Et vide Guido.Pap.in singula.358.§.iudex à quo.vbi in alio casu tenet, quòd iudex à quo non debet reputare ad iniuriam, si appellãs dicat in appellatione sententiam iniquam: quia illa verba de consuetudine non important iniuriam.Secus si diceret sententiam latam fuisse per pecuniam,& sic de similib.iniuriis: quia tunc si illud non probetur in causa appellationis.s.corruptio prædicta,fortè iudex posset agere actione iniuriarum:non tamen aget ante sententiam in causa appellationis latam, vel appella. desertam. ☞ An autem officialis,qui attentauit barate-
43 riam † committere,& nõ perfecit, puniatur? Bal. in authentica. Sed nouo iure.C.de pœna iudic. qui mal.iudi.dicit,φ sic.puta quia accepit pecuniam, & nondum tulit sentẽtiã.vt in.l.generaliter.§.1.ff.de calumnia.sicut in simili dicimus in crimine assassinatus.vt in.l.prima,in fine.ff. qd' quisque iuri. & est speciale, quia æquiparatur crimini lesæ maiestatis.vt dixit gloss.in.d.authẽtica.sed nouo iure.ideo punitur attentans.Ita te net Amode.iusti.in dicto tracta.syndi.in parte. Item in eo an autem officialis. Et ideo dicit Ioh. de Ana.in rub.de simonia.numero.6.allegando Bald.Perusin. in regula. Contractus. de regulis iur.in.6.in additionibus,quas fecit Iohan. Andre.in mercuria.se vidisse de facto Florentiæ ipse ibi ordinariè legente,videlicet,an ille qui cõmisit barateriam in officio recipiẽdo solam promissionẽ,an possit pœnitendo remanere in officio? Et dicit, quòd fuit consultum,φ non, quia turpiter fuit pactus. vt in.l.3.ff.de calumnia. & ita dicit φ remansit desolatus, & præ dolore & verecundia mortuus est:& licet videatur,φ non poterat puniri,nisi opere subsecuto. Tamẽ opi. Bal.est de iure vera,faciendo dictam æquiparationem de barateria ad simoniam, & ad crimen lesæ maiestatis per notata in cap.1.de homic.lib. 6.stante potissimè, φ in parificatis seu æquiparatis de facile fit extensio. vt per gloss.in capit.si postquã.de ele.in.6.§.1.& si.vt per Ana.ibi,quẽ
44 vide. ☞ Quomodo autem probetur barateria,† dixi suprà in glo.no recibira dadiuas. si.columna. versi.quia si nõ fugit tempore syndicatus. ☞ Aliquando dubitatur tempore syndicatus, & sæpe
45 occurrit in practica, vtrum † officialis,qui timet in syndicatu condemnari pro aliqua barateria, vel furto, seu debito, possit offerri solutionem ante condemnationem vt euitet condemnationem,& infamiam iuris,& facti.vid. Bal.in.l.generaliter.§.si igitur.ff.de calumnia. & Paris de put.in dict.tracta.in parte,multa de barateria. folio.62.nu.4.vbi tenet.φ in crimine barateriæ nõ habet locum pœnitentia,& in vno minimo cõmittititur,quæ est inter maximas causas capitales.vt in.l.furti.§.pactum.ff.de infamibus. ☞ Tamen tudic,quòd per istam oblationẽ debet absolui,& talis oblatio debet admitti per syndicatorem,aliàs faceret sibi iniustitiam, & teneretur ipsi, nihilominus condemnaret. vt tenet Paul. de Castro in.l.si reus paratus.ff.de procura.numero.10.per tex.notabil.ibi. Et idem tenet Bart. in.l. iusiurãdum.§.cùm res.ff.de iureiuran. vbi dicit, φ iam persuasit cuidam potestati, qui tempore syndicatus debebat condemnari in parua quantitate.cùm ibi esset statutum, φ quicunque condemnatus fuerit in officio,quod is gesserit, non possit ibi iterum esse rector ipse, nec aliquis de eius domo: vt effugeret istam pœnã, persuasit φ solueret ante sententiam.& ita factũ est per tex.in.§.fina. Institu.de perpetuis & tem po.actio. Quod dictum Barto.sequitur ibi Ial.in dict.§.cùm res.nume.3.& Bal.in.l.prima. C.de dolo.& in.l.ea quæ.in fine. C. de conditione in debi.& in.l.quoniam de infamibus. & Mathesi la.in notabil.84.vbi dicit,φ debet soluere totũ, vt euitet pœnam, & condemnationem.Sed quãdo non offert totum,sed partem,tũc hoc sibi nõ prodest.vt in.l.tutor.§.lucius.ff.de vsuris.& Ce pol.

pol.in cautel.27.& Bar.& Bal.in.l.furti.§.qui alieno.ff.de infa.& vi.late Bal.in.l.si traditio.C. de actio.empti.colū.2.n.6. Et facit quod tenet idem Paul.de Castro.in.l.1.ff.de actio.empti.n. 9.vbi ait, quòd quandocunque lite pēdente res q̄ petitur offertur, debet sequi absolutio ab obseruatione iudicij. & idem quod Paul.in.d.l.si reus paratus.tenet additio. Abb.in.ca.cum te.de re iudi.in additione,quæ est in.o.5.& Angel.in l.fi.ff.de rebus credi.& Iohan. Andr.in additio. ad Specul.in ti.de censi.§.1.in additione secūda. Vbi dicit,quòd publicanus euadit pœnam,restituendo surreptum ante sententiam.quod nota.& Abb.in cap.at si clerici.de iudi.n.27.& idē tenent Paul & Angel.in.d.l.si reus paratus. de quo tex.vi.Barb.in cap.licet Hely.de simoni. & est tex.expressus in.l.si cum exceptione.§. hæc autem actio.ff.quod metus caus.& idē tenet Angel.in dict.§.fi. Institu.de perpet.&tempo.actio. Sed contra supradicta videtur text.contrarius in.l.si pignore.§.cùm furti actio.ff.de furtis. vbi recepta re,nihilomin⁹ est salua furti actio:& ecōtra,soluta pœna dupli, vel quadrupli,est salua vendicatio.& idem tenet Abb.in.c.1. de dolo & cont.col.2.nu.6.vbi tenet,q̄ ad pœnam cui tandem non prodest restituere rem raptam,seu aliter pœnitere de peccato.per tex.in.l.non pro dest. ff.vi bono.rapto. Quæ contraria non obstant,quia loquontur in raptore,& fure:& dictū Pau.& aliorum loquitur in dante,& recipiente, & sic habet locum pœnitentiæ& restitutio ante sententiam,facit cessare pœnam. Vel potest intelligi.quando ex tali barateria non fuit sequutū damnum parti:quia si est sequutum,pœnitentia, nec solutio,non releuat iudicem,& sic potest intelligi.d.Bald.vbi suprà,inquantum tenet, q̄ in barateria non est locus pœnitentiæ. Et opi. Paul.& Ang.& aliorum tenet Paris de put.in d. tracta.syndi.in parte, oblatio.folio.190.& sic, q̄ facientes ante condemnationem compositionē, seu soluentes,& protestantes, quòd propter dubiom litis euentum hoc faciunt, & ne vexentur litibus,& expensis,absolui debent ab instantia iudicij simpliciter,nec habet locum.l.qooniam. C.de infami.nec videtur delictum cōfiteri: quia faciunt causa redimendi vexationes. per nota. per moder.in.l. interdum. §. stichi.ff.de verbo. obliga.& ita dicit Paris de puteo vbi suprà, q̄ faciunt officiales, quia ante sententiam conantur partem concordare, vt euitent condemnationem,per quam eis paratur maximum præiudicium.quod nota,quia ita obseruatur.Quia si condemnaretur,etiam de iure communi condemnatus in syndicatu † non potest amplius ad similē officium aspirare.vt in.l.iudices qui. & ibi notat Bartol.C.de dignita.lib.12.& in.l.si quis aliquid.C.de suscepto.& arca.lib.12.vbi gloss.allegat plures cōcordantias.& tenet Ias.in di.§. cùm res.in fine.l. iusiurandum.

Summarium.

1 Iudices seu rectores terrarum, non debent secum ducere vxores:& si ducunt,tenentur pro eis.
portatio, & bonorum publicatio, vt in.l.secunda.C.ad.l.iuli.de vi public. Et dicit Saly.in rubri.quod lex finalis ipsius tituli non imponit pœnam publicationis bonorum, sed certæ quantitatis, putà, centum librarum auri: quinimo nec pœnã deportationis, sed minorem.licet textus dicat seuerissimam vindictam in eos proferri. vt probatur: quòd si hoc intelligeretur esse pœnæ deportationis, vel maior, bona eius in consequentiam esse.t puplicanda. vt in l.finali. C.si reus vel accusat.mortuus fue. & si appellatione pendente mors interueniat. vt in l.secunda. C. de bonis damnat.in.l. final. attamen in.d.l.finali. C. ad.l.iul.de vi publica.non publicantur. ergo, &c. ☞ Quid in hoc dicendum? Salyc.in dicta.l.finali. dicit, quòd dubitat: sed dicit quòd potest dicit, vt ibi, quòd puniatur conditione ex illa lege, & hoc, quia imperator de seipso loquitur in principio, dum dicit, volumus. & in secundo responso, dum dicit, nostræ mansuetudinis. & dum, dicit sancimus. Potest dici etiam, quòd potest puniri antiqua lege Iulia de vi.nec dicta.l.finalis corrigit illam, ex quo non cauetur argumẽ. in.l.in eum.ff.de furtis.&.l. quotiens.ff. de action. & obligationibus.& altera lege poterit tantùm puniri.vt in.l.senatus.ff.de accusatio. Vel.l. final. corrigit illam in pœnam. Vel dic, quòd.l.iulia de vi.tenetur. vt ibi. Sed quia olim pœna isto casu non erat declarata, ideo Imperator illam l.interpretando adiicit, vel declarat pœnam. Et pro his duabus solutionibus facit quod dicit glossa supra Rub.illius tituli.& æquum videtur, vt mitius puniatur, qui aliquid fecit, quod pro violentia habetur. vt in dicta.l. final. quam qui verè intulit, vel ad actum proximum deduxit: prima tamen dicit Salyc.ibi, quòd videtur tutior, propter personas ibi admistas, propter bucelarios & isnarios, de quibus in dicta.l.iulia.de vi.non cauetur, sed solùm si habebat liberos, vel seruos armatos. Et in fine quærit Saly.qualis erat ista seuerissima pœna. Et dicit, quòd credit per prædicta, quòd debet esse corporis afflictiua per iudicem arbitrandam.argument.l.primæ.§. expilatores.ff.de effracto.quod nota. Et cum ista opinio.Saly.concordat textus in.l.prima. titulo.10.part.septima.vbi tenet, quòd faciens in castro, vel in domo armatorum congregationem ad maleficium committendum, licet non sequatur effectus, punitur, vt ibi. quia multitudo non seruat & nemo est, qui furentis populi rumorem non paueat. vt glossa ibi. & quod notatur in capitulo, statutum.§.primo, de rescrip.in sexto. Et quia qui talem vim tentat, duo delicta complicat, scilicet iniuriam, & inuasionem.ff.de iniuriis.l.iure fisci. & in.l.qui pendente.ff.de actio.empti. Simul ergo iniuriam & vim facit. Ergo lex, quæ permittit resisti, hæc duo permittit, scilicet, resisti iniuriæ personali, & reali. cõcordat dicta l.11.titul.quarto. for.ll.lib.quarto.& ibi Montal. & per omnes leges, titul.10.lib.quarto, in ordin. regali. ☞ Quod facit contra istos rectores. i. Regidores ciuitatum, qui sæpe habent istos homines armatos pro sua partialitate: maximè dum intrant in consilio ciuitatis. id est in regimiento, quod iudex non permittat, nec dissimulet, imò puniat eos seueriter, vt dictum est, etiam si effectus, ad quem fuerint armati, non sequatur. quod ego iam feci per supradicta in ciuitate Plazentiæ. ☞ Quinimo dicit Montal.in glossa ordina. regali. in parte, associata. quòd quando est diuisio in ciuitate, vel in prouincia, accidit eodem modo, quo in arbore, si scinderetur per medium, vel præscinderentur eius rami, quòd citò deficcaretur. In tali enim morbo abscinduntur nerui ciuitatis, idest magnis ciuibus, vnde ciuitati obuenit spasmus, & plerunque ad necessitatem tyrannidis, sicut experientia docet, & imperitum & ignobile vulgus non diu sustinet pressuras: & vt dicebat quidam sapiens Ianuensis, quòd diuisio in ciuitate, est vermis ingressus in caseo. vt refert Bald. in.l.prima, circa principium.C.de caducis tollen. ☞ An isti, qui sic tenuerunt homines ar-
4 matos † in domo, vel platea, puniantur de vtroque, scilicet de portatione armorum, & ex eo quòd habuerint secum armatos, in quo dicas, quòd de vtroque non poterunt puniri: quia ista duo tendunt ad eundem effectum. ita Bartol.in dicta.l.prima.ff.ad.l.iuli.de vi publica. versiculo, quæro vos. Quod dictum sequitur Hippolytus de Mars.in sua practi.crimi.§. pro cõplemẽto.numero.37.pro quo dicit quòd facit gl.notabil.in.l.qui de crimine.C.de accusatio. per Bal. in.l. aduersus.C.de furti.in fine. & Peregri. in parte, armatura.in fine.per.l.illud.ff.ad. l.aquili.in quibus iuribus dicitur, quòd stante statuto, quòd qui portauerit arma puniatur in.10, alio statuto cauetur, quòd vulnerans aliquem cum armis, puniatur in viginti, quòd isto casu vulnerans aliquem cum armis non punietur

vtraque

vtraque pœna, sed solùm pro vulnere: quia vna pœna confunditur cum alia. ita dixit etiam Bartol. in.l. quemadmodum.§.illud. ff.ad.l. Aquili. & Bald. in.l. diuortio. in fine.a. colum. ff. solut. matrimo. de quo latè remissiuè per dict. Hippolyt. de Marsili. vbi suprà, vbi infert ad alias quæstiones. ¶ Sed nota vnum in propo-
5 sito de hominibus armatis, quòd si sunt † duo armati rixãtes, & aliquis fingit se mediare inter eos, & eum sua fictione prohibet alterum se defendere, quòd incidit in pœnam. l. Iuliæ. de vi publi. Dictum est notandũ Angel. in.l. in eadẽ causa. ff. ad.l. Iuliã. de vi publi. per text. in.l.3.§. fina. ff. de incendi. rui. naufra. quod nota, quia aliquando fit. ¶ Sed text. noster inquantum di-
6 cit, no se ayuntaran. fallit. quando talis † aduna tio, vel coaceruatio fit in fauorem suæ iurisdictio nis, quia tunc fieri debet. Secus quando propter eam impediretur iurisdictio. vt in.l. si idem cum eodem. ff. de iurisdi. omni. iudi. in principio. Et dicit Lucas de Pẽna. in.l. fina. C. de dignit. lib. 12. quòd potest præses dum vadit in prouinciã sibi decretã ducere secum viros armatos. Et idẽ dicit esse propter honorem debitum dignitatibus in ipsorum comitiua & securitate possunt secum ducere armatos, quod est notandum.

¶ Et facit quod tenet Innoc. in cap. olim causa. de restitu. spolia. & ibi Abb. & Bald. in.l. nunc salutem. §. sciendum. ff. de offi. præfi. vigil. & Abb. in.c. significasti. de offi. delega. quòd stipendiarij de nocte stare possunt armati, cùm eis
7 custodia mandatur. & sic, quòd ille, cui † mandatur custodia, non debet puniri de delatione armorum. Et idem tenet Angel. in.l.1. ff. si quis ius dicen. non obtempe. vbi tenet, quòd pro tuitione iurisdictionis possunt iudices & episcopi arma sumere, & bellum indicere. vt Innocẽ. in dict.c. cùm olim. & non solùm contra litigatores inobedientes, imò etiam contra quoscunque turbantes, dummodo sint de foro iudicis, secundùm Angel. ibi. ¶ Et facit text. in.c. aposto licę. in verbo, semel, aut successiuè. de donatio. vbi fit aceruatio pluriũ summarum ad finem, vt ecclesia non lædatur. Et doctores ibi, maximè Petrus de Anchar. & Iohã. de Imol. allegãt illã
8 doctrinam, quòd in fauorabilibus † debet fieri coaceruatio. vt etiam dicit Iohã. de Imol. in.l. si quis testamento. in princip. ff. de legat. primo. Secus autem est in odiosis. Ita loquitur id quod notat gl. & Bar. in.l. vbi fideiussor. ff. de solutio. & Bart. in.l. lucius. §. qui habebat. ff. ad trebellia. & Bald. in.l. sancimus. §. si quis autẽ. el primero. C. de dona. & in.l. nã & si fur. §. si. ff. si cer. peta.

& Ange. in.l. quotiens in stipulationibus. & .l. scire debemus. ff. de verbor. obliga. prout tenet omnia Alex. in cõsilio.113. in. 5. volu. nu.3.&.4. quem vide. ¶ Facit ad idem, quod tenet Ange.
9 in.l.2. C. de his, qui latro. vbi ait, q̃ si † pro capiẽdo malefactore officialis non habet sufficientem familiã, potest impetrare brachium alterius iudicis, & clamare, aqui del Rey. per tex. ibi. Et vi. Bar. in.l. si quis hoc genus. C. de episc. & cle. qui tenet, q̃ officialis, qui non est potens, potest inuocare auxiliũ potentioris. vbi etiã tenet Bal. q̃ homines de contrata ad præceptum officialis vel iudicis tenentur capere malefactorem, & ad ipsum ducere, & sic potest etiã inuocare auxiliũ superioris. Et si officialis requirat colẽtes, quòd eum adiuuẽt ad malefactorem capiendũ, & illi volunt vt fugiat, q̃ dicuntur pręstare auxiliũ ne gligendo, & tenentur conditione ex.d.l.2. C. de his qui latro. & tenet Par. de Put. in.d. tracta. syndi. in parte, brachiũ. fol.64 ¶ Et vi. Iohã. de Pla. in.l. in fiscalibus. C. de exacto. tribu. lib. 10. vbi ait, q̃ vnus officialis potest alterius officialis auxiliũ & brachiũ implorare pro executione, vel alia re pro officio suo. ¶ Ex quo infert, q̃ iudex
10 ecclesiasticus † implorat officiũ & auxiliũ iudicis secularis pro executione aliqua.l. episcopale. C. de episcopa. audi. & in authẽ. de sanctis epis. §. si quis cõtra. coll.9. & in.c.1. de offi. ordi. & ibi per Inno. per Bart. in.l. à diuo pio. §. sententiã. & ibi doct. ff. de re iudica. vbi Bar. in. §. si quis con
11 tra. dicit, q̃ sententia lata † per episcopũ, mandabitur executioni per iudicem secularem. & glo. in.l. episcopalis dignitas. C. de episco. & cleri. & l.7. titu.3. lib.1. in ordina. rega. Et in.d.c.1. de offi. ordi. vbi quoq; vi. de iudice ecclesiastico, an teneatur exequi sententiã iudicis secularis. ¶ Tamen si opponatur aliqua exceptio corã iudice seculari requisito ad exequendũ sententiã ecclesiastici possit secularis iudex cognoscere, & non exequi. Bar. in.d.l. à diuo pio. & tex. in.c. pastoralis. §. qui. de offi. delega. ¶ Et quãdo iudex secularis requirit à iudice ecclesiastico, & nõ vult brachiũ accõmodare sine legitima causa, est excõmunicatus. vt Archid. in.c.1. de statu regula. in.6. & tenet Par. de Pute. in.d. tracta. in parte, brachiũ. De quo auxilio istorum iudicũ ecclesiasticorũ & seculariũ vi. singulariter Pala. Ruui. in repeti.c. per vestras. de dona. fol.80. §. sed est pulchra dubitatio. vbi inter cætera dicit vnum singulare. ¶ Quod licet sit verũ, q̃ iudex ecclesiasticus nõ potest exequi suã sententiã inter laicos sine auxilio secularis, tamen dicit hoc limitandum, & intelligendum, nisi forsan consuetudo legitimè præscripta

præscripta esset in contrariū quę habe', φ iudex ecclesiastic⁹, qui certis casib⁹ potest cognoscere inter laicos, possit suam sentētiam in eorum bonis exequi, vel ipsos carcerari. quando consuetudo in hoc casu valida reputatur. vt in terminis nostris decidit Bal. in c. significasti. de offi. delega. dicens, φ licet de iure rector, qui potest inter scholares cognoscere, nō possit exequēdo suam sententiam dare possessionem corporalē, nec eos personaliter capere, fallit, nisi lex municipalis, vel cōsuetudo aliud disponeret. vt in. l. 1. cum glo. C. de emancipa. libe. vt ibi per eum. ¶ Per quod declaratur dict. lex. 7. titul. 3. lib. 1.

12 in † ordina. regali. & ibi Montal. in sua glossa, in parte, iudex ecclesiasticus. vbi tenet, quòd licet iudex ecclesiasticus in casibus, in quibus habet iurisdictionē in laicos: quos casus ponit ibi quoad cognitionem, non tamē ad actualem executionē, quia distincta est iurisdictio, & si fieret executio in laicū, vel in suis bonis, furaretur ei⁹ iurisdictionē. vt in. c. fi. de foro compe. in. 6. & Feli. in cap. episcopus. de officio ordin. in. 6. & ibi Domi. late, de quo per Feli. in. c. cùm sit generale. de foro cōpe. in. 13. colū. non habet locum, quando ex consuetudine quis habet istam iurisdictionem & executionē in laicos, quia tunc sine requisitione potest suam sentētiam executioni mandare in bonis & personis laicorum. per supradicta. vid. quæ dicam in cap. 20. infrà eod. in glo. vsurpan. num. 15. ¶ Et quia consuetudo

13 † tribuit iurisdictionem non habenti. per tex. in cap. irrefragabili. §. excessus. de offi. ordi. & c. dilecti. de arbitris. & non solùm iurisdictionem habenti, vt loquuntur iura prędicta, sed etiā nullam penitus iurisdictionem habenti, cōsuetudo tribuit iurisdictionem etiam priuato. vt est tex. vnicus & singular. in. c. cùm contingat. de foro compe. secundùm Iohan. And. & alios ibi. Idē tenet Inno. in. c. nouit. de iudic. in versi. consuetudine. Archidi. in. c. conquæstus. in fine. 9. q. 3. & idem tenet glo. in cap. cùm quidam. de exceptio. lib. 6. & in. c. Romana in verbo, consuetudine. de appella. eo. lib. Bart. & Iohā. de Imol. in. l. 1. §. denique. ff. de aqua pluuia. arcend. Bal. in cap. 1. col. 2. versic. consuetudo. qui feud. dare pos. Ias. in. l. more maiorū. ff. de iuri. omn. iudi. 6. col. glo. notabi. in. d. l. 1. C. de emancipa. liberis. quæ loquitur in iurisdictione voluntaria. & notat ibi Cyn. & Bald. & alij. ¶ Huic est, quòd priuato homini ex consuetudine potest competere ius dandi tutores. ita dicit glo. in. l. 1. ff. de tuto. & cura. datis ab his. quam dicit ibi Nicola. de Neapo. vnicam. ¶ Non est ergo mirandum, si is, qui aliàs est iudex, & iurisdictionem habet, potest ex cōsuetudine acquirere iurisdictionem iudicandi in casibus, ad quos sua iurisdictio nō extenditur. vt probatur in. d. §. excessus. & in. c. Romana. §. debet. de appella. lib. 6. & in. l. cùm prætor. §. iudicem. ff. de iudi. prout tenet dictus Pala. Ruui. vbi suprà. ¶ Quoque fallit iste tex.

14 † in iudice, qui non fecit dolosam coadunationem, quia tunc puniri non debet. tenet Bart. in d. l. prætor. la. 2. §. hoc edicto. & §. si quis aduentu. ff. vi bono. rapt. & sic requiritur, quòd ex ista adunatione sequatur alicui dānum. vt Barto. ibi. ¶ Sed coadunati per alium, si dānum passi sunt,

15 an repetant, † & recuperent à coadunante. Vide latam distinctionem Salyc. in. l. quoniam multa. C. ad. l. Iuliā. de vs publi. col. tertia. versicul. reuertor ad principium. glo. & ibi omnes doct. & vi. infrà nu. 16. ¶ Sed ille, qui est principalis, & homines coadunauit, tenetur de damno dato. vt Bart. in dict. l. 2. §. si quis non homines. ff. eod. titu. vi bo. rapt. & per Innocen. in cap. fina. quod metus causa. & in. c. in nostra. de iniuriis. & Bald. in. l. non ideo minus. C. de accusa. ii. quæst. ¶ Et Bart. in. d. §. si quis non homines. dicit, quòd ille, qui est inter coaduuatos, non tenetur de dāno, nisi de illo, quod ipse dedit, non de eo, quod alij dederunt. quod dicit esse menti tenendum in foro conscientiæ. vt glos. ibi. & sic est arg. secūdùm eum quòd comes Albertus nō tenetur de dāno dato à bānitis, si ipse non dedit dānum. Ratio: quia ipse non coadunauit, seu dedit eis opem, sed si eos coadunauit, tenetur ad omnia per supradicta. Et idem tenet Bald. in rubrica de his, quæ vi met. caus. in decretali. nu. 13. quem vide. & vi. glo. in. l. ii. titu. 4. lib. 4. foro legum. & quæ dicam in. c. 3. infrà in glos. fauor. num. 28. ¶ Et vid. Guid. pap. singu. 226. vbi tenet, quòd vocās ad bellum amicos, non tenetur de equis amissis, & aliis rebus, nec sumptibus, si bellum fuerit iniustum: quia in re turpi nulla est obligatio. vt in. c. sicut. de iureiur. cap. fin. de pactis. nec etiam tenetur si est iustum, si faciunt ex debito, idest causa pietatis. vt in cap. dilecto. de senten. excōmuni. lib. 6. & in. c. non inferenda. 24. q. 3. si verò non tenebatur. actionem habebit: & vocans amicos, vel subditos, non poterit agere ad satisfactionē, si spoliati sunt bonis suis per tertium, sed faciet sibi cedi actiones. arg. in. l. 2. §. si quis sponsionis. ff. de bonis dānat. ¶ Et quāuis dominum sequi debeant, tamen ad suas expensas, nisi aliud sit de cōsuetudine vel pacto. vt in. c. non minus. de immunitat. ecclesi. vt di. Gui. vbi suprà. & d. c. sicut.

Summarium.

Summarium.

1 Confœderatio quid sit.
2 Confœderationes illicitæ sunt prohibitæ.
3 Congregationes si sunt suspectæ papæ, vel Regi, possunt prohiberi.
4 Congregationes ex mala causa præsumũtur congregatæ, nisi aliud probetur.
5 Pœna capitalis punitur, qui confœderationem, seu tumultum fecerit contra aliquem, seu voces seditiosas emiserit.
6 Cymbala non pulsentur, nec resonẽtur sine iussu iudicis, seu rectoris ciuitatis, aliás pœnam mortis, & amissionis bonorum incurrat.
7 In congregatione ciuitatis requiritur quòd voce præconis, cymbalo, seu campana sonata congregetur, vel per nuntium de mãdato iudicis: eo tamen absente, de antiquioris mandato.
8 Colligatio non est conspiratio, sed potius concordia, quando aliquid honestum sit.
9 Ligæ & confœderationes, quæ fiunt inter principes, barones, aut ciuitatem, an valeant.
10 Omnis colligatio, seu confœderatio, quæ non fit authoritate principis, seu prælati est illicita. Et quid si fiat causa pietatis, vel religionis: & si tali confœderationi, seu fraternitati potest legari, vel potest bona sua alienari, & coram quo iudice debet conueniri.
11 Congregatio, seu confœderatio pro defensione sua, & rerum suarum, permittitur, non solum laicis, sed etiam clericis.
12 Confœderationum authores pœna. l. Iuliæ maiest. tenentur.
13 Statuta confœderationum, & collegiorum potest superior mandare, vt coram se portẽtur: vt si quæ sunt in eis, quę sapiant monipoliũ, puniantur.
14 Iudex in sua prouincia curare debet, ne tumultus, aut conuenticula fiant.
15 Fraternitates, & confœderationes militum, seu locorum contra regem, seu rempublicam factæ, casus est proditionis.
16 Cõfœderationes inter menachos & fabros prohibentur, & inter scriptores, & similes, nisi ciuitas statuerit.
Illi, cui est fornax, vel molendinum, potest ius competere, vt nullus alius circa eum possit alterum ædificare.
17 Statutum, quòd non ematur, vel vendatur frumentum, vel alia res, nisi certo pretio, non valet.

b Ni cõfederacion. b Quæ cõfœderatio,
1 † est coniuratio plurium in vnũ iuratio. Et differt à cõspiratione, quæ fit mediante iuramento, & coniuratio sine eo. fit enim promissio, vel pactio sine iuramento. Et est dicta à cõspirando, quã do scilicet, plures spirant, id est, flant, & tendunt in vnũ. Et potest dici à, con, & spira, id est, superbia, vel elatione. vt tenet Domi. de sancto Gemi. in. c. cõstitutionem. de verb. signi. nu. 6. in prin. allegando Iohã. And. in. c. exhibita, de iudi: vbi glo. dicit in verbo, conspirationẽ. quod conspiratio est grauissimũ crimen. ☞ Et tales illicitæ confœ-
2 derationes, seu cõgregationes, † sunt prohibitę, vt in cle. pastoralis. de re iudi. & ibi Card. nu. 2. & text. & ibi Bal. in. l. nullus. C. de sum. trini. & fide catho. in prin. dicit, quod si cõfœderationes fra-
3 ternitatis, † seu congregationes essent domino, papæ, vel regi suspectæ, potest ipsas prohibere, & deinceps congregari non possunt, aliàs puniuntur. arg. illius. l. quia tales cõgregationes &
4 confœderationes † præsumuntur ex mala causa congregatę, nisi aliud probetur. tenet Alexã. in additio. ad Bar. in. l. fi. ff. de collegi. illici. in additione, quę est in parte, nõ valet. nu. 10. & Par. de Pute. in tract. syndica. in parte, pone quod vniuersitas. fol. 24. vbi de hoc. ☞ Et Abb. in. c. fi. de testi-
5 bus cogẽdis. nu. 1. in fine. tenet, quod si quis † confœderationẽ, vel tumultũ contra aliquẽ fecerit, vel seditiosas voces emiserit capitali pœna punitur. vt in. l. denũtiamus. C. de his qui ad eccl esi. cõfuge. & in. l. 1. & 2. C. de seditiosis. & in. l. aut facta. 1. respõ. ff. de pœnis. & in. l. qui cætu. ff. de vi publi. l. conuẽticulam. C. de episc. & cler. ☞ Et dicit Abb. vbi supra, quod in his reperies, quod nec cætum, nec turbã debet quis cõgregare: quia omnia hęc, & similia, sunt prohibita, nisi reperiãtur cõcessa. Et idẽ tenet tex. in. l. 5. titu. 10. lib. 4. in ordi. regal.
6 vbi cauetur, quod nullus sine iussu † iudicis, & rectorũ ciuitatis resonet, seu pulset cymbala, aliàs pœna mortis, & amissionis bonorum incurrat. Quæ lex potuit habere ortum à dicto Angelo, in. l. nulli. ff. quod cuiuſ. vniuerſ. nomi. colũ.
7 secũda. versic. attende. vbi dicit, quòd in † congregatione ciuitatis requiritur, quòd voce præconis, aut cymbalo, seu campana sonata, vel cornu aut baculo, vel per nuntium secundùm morem solitum congregetur de mãdato superioris. Est antẽ superior præses, vel alter officialis vniuersitatis: & si nullus est officialis vel præses, fieri potest cõgregatio de mandato antiquioris, qui

qui eſt ipſo iure præpoſitus. primũ dicit proba
ri in.l.2.C. de decurioni.lib. 10.ſecundum pro-
batur per glo.ibi in.d.l.nulli. in gloſ.2.&. ff.de
albo ſcriben.l.2. & idem tenẽt Angel. Bald. &
Iohã.de Plat. in.d.l. de decurio.C.quæ incipit,
obſeruare. vbi ſingulariter declaratur quis ſit an
tiquior. ¶ Et dicunt, quòd de mandato magi-
ſtratus cõuocatur: ſed vbi magiſtratus deeſt, po
teſt conuocare ille, qui eſt antiquior decurio. il-
le enim ipſo iure vocatur prior decurionum, &
alij ei parere debent. Sed ſi non parent, non po-
teſt eos punire, ſed procedit ad actum vel electio
nem cum his, qui interſunt, aliis nõ expectatis.
ſecundũm Inno.in cap.1. de maior.& obedi.ſe-
cundũm Plate.vbi ſuprà. ¶ Et ſic, quòd talis cõ
fœderatio, quæ ſit per rectores ad ciuitatem gu-
bernandam, vel regendam, ſeu ad iuſtitiam exer
cendam, eſt licita. vt Inno.in cap.dilecta.de ex-
ceſsi.præla in principi. Et vi.Guido.pap.deci-
ſione.106.vbi an vniuerſitas poſsit ſe congrega
re pro ſuis negotiis cõmunibus ſine licentia ſu
perioris? vbi tenet quòd non.& Bart. in.l.actor.
ff. rem raptam haberi.& latius dictus Guido de
ciſio. 631. verſi. ad tertium dubium. vbi conclu
dẽdo, idem tenet. Et licet ſenior de capitulo de-
ficiente prelato poteſt congregare conſiliũ, non
poteſt nomine eccleſiæ, ſeu ciuitatis facere con-
tractus, nec agere in iudicio, quia non eſt prela-
tus ſecundũm Innocen.& Bald. in.d.c.1. de ma
iorita.& obedi. ¶ Et facit: quia cũm ad aliquod
8 honeſtum ſit colligatio, † non eſt conſpiratio,
ſed potius concordia, & vnio. vt in.l.1.ff. de col-
legi.illicit.& tex.in.§ ſi quis de prædictis.in au-
then.vt cũm.de appella. cognoſci.colla.3. vbi di
citur, quòd beatiſsimi patriarchæ vna conſpira-
tione & concordia vnam fidem prædicant, &
facit.c.ſi quis clericorum.11.quæſt. 1. ibi, rebelli
authoritate. vt tenet Domi.in.d.c. conſtitutio-
nem.in princi.verſi.quero an monachi.& Abb.
in cap. exhibita.de iudi.3.col.nu.6.verſi.quero.
¶ Sed ligæ, & cõfœderationes, quæ fiunt inter
9 † ciuitates, & inter Principes, & Barones, non
valent. ita tenet Innocẽ.in.c.dilecta.de exceſsi.
præla. Nec obſtat.l. non dubito. ff. de captiuis.
vbi dicitur, quòd ciuitates inuicem fœderãtur,
& colliguatur: quia iſtud eſt verum, quãdo ciui
tates aliæ non amicæ, vel liberæ fœderantur po
pulo Romano habenti imperium: ſed plures ci-
uitates, vel plures Barones, qui eſſent ſub vno
rege, domino, vel principe, non poſſunt in inui
cem facere illam cõfœderationẽ. iſta enim ſunt
ſodalicia, & collegia prohibita. vt tenet Bart. in
l.ſodales.ff.de collegi.illici.col.tertia, nume.10.

ex quo colligitur ſecundùm Bartol. ibi. quòd
ciuitates Tuſciæ, quæ non recognoſcunt de fa
cto in temporalibus ſuperiorem, poſſunt inui-
cem fœderari tanquam liberæ. Sed plura caſtra,
& villæ, quæ ſunt ſub vna ciuitate, vel vno do-
mino, hoc non poſſent. de quo per. l. 1. & . l. 2.
&.l.6. titu. 11. lib. 8. in ordi. rega. ſine principis
authoritate. vt ibi tenet etiam Montal. in glo.or-
di.regali. in parte, liga. ſequendo Bar. vbi ſuprà.
vbi dicit, quod vnum eſt notandũ, ꝙ ciuitas po
teſt facere colligationes, ſeu confœderationes
principe non exiſtente in partibus ad ſe defen-
dendum. vt in titu.de pace iura. firman.§.conuẽ
ticulas. in vſi. feudo. & in.l.1. ff. quod cuiuſque
vniuerſ.nomine.facit.d. l. non dubito. & tenet
Petrus de Anchara.in.d.cle. paſtoralis.de re iu
di. & ibi Cardi.verſi.7. nu.2. vbi quoque dicit,
quòd in bonum bene procedunt, ſecus quando
confœderationes ſunt in malum, & ſuper re il-
licita, ſecus ſi ſuper licita. ¶ Dic tamen, quòd re
10 gulariter omnis † colligatio, ſeu confœderatio
eſt illicita, quæ non ſit principis authoritate, ni-
ſi quæ ſit cauſa prælati, vel religionis. vt plene
notat Barto.in.d.l.fina.ff. de collegi.illicitis.&
Innoc. eleganter in.d.c. dilecta.de exceſsi.præ-
la. ſed hodie per.d.l.2.ordinamenti licet ſiat cau
ſa pietatis talis colligatio, collegiũ, ſeu confœde
ratio, nõ poteſt fieri ſine authoritate principis,
vel prælati. Quinimo dicit Bald.in titu. de ſum-
ma trini.& fide catho.in.§.firmiter.nu.10.in de-
creta. ꝙ congregatio dici poteſt eo ipſo, quòd
eſt approbata per diœceſanũ. Et ſi religio nõ eſt
approbata per Papã, vita eorũ dicitur ſuperſti-
tioſa, & religio ambitioſa. Et licet ſit cauſa pieta
tis, requiritur dicta authoritas. vt Inn. vbi ſuprà,
& Bald. in authen. habita. C. ne filius pro patre.
nume.45.& Abb. in conſil. 55. in primo vol.&
Mõtal.in glo.ordina.in parte, liga. ¶ Et tali fra-
ternitati poteſt legari. vt in. l. cũm ſenatus. ff.
reb. dub. &. l. quarta. titulo tertio. partit. 6. &
Plate.in.l. 3.C.de venden.reb.ciuit.lib.11. ¶ Et
poteſt ſua bona alienare abſque alia ſolennitate:
quia nõ eſt collegiũ pium, ſed ſeculare, & omni
no profanum. vt Bald.in authen. hoc ius porre-
ctum. C.de ſacroſan.eccleſi.nume.3. Felin.in.c.
nullum iudicum. de foro cõpe. in fine. & tenet
Franciſ. Balb. in tract. de præſcrip. in.1.parte.5.
part. principa.nu. 6. fol.91. in libro paruo. quia
non gaudet priuilegiis tributis eccleſiis. Et ſic te
net Bart. & latius Paul.de caſtro.in.d.l. cũm ſe-
natus. de rebus dubi. quòd licet iſtæ fraterni-
tates fuſtigatorum faciant collegium licitum,
quia ad pium miniſterium, cũm ſint merè laici,
debent

debent côueniri coram iudice feculari.& ita cô
faluit. & idem tenct Socinus ibi. final. col. &
hoc fi conuenitur ipfa fraternitas : nam fi fingu-
gulariter,nô eft dobiuin. Sed quid fi funt aliqui
eorum clerici? Vide Bart. in.l fodales. ff.de col-
leg. illici.nu.14. &.15. & Feli. in.d c.nullum iu
dicum.& in.c.ex literis.de conftitu.in princip.
Additio. Abb.in.c.1.de electi.in fine ¶ Nec de
illis relictis fraternitati debetur epifcopo quar-
ta canonica, quia non funt perfonæ ecclefiafti-
cæ. vt Paul.de Caft. in.d.l.fenatus. ¶ Confœde
11 ratio,feu congregatio quoq; permittitur † pro
defenfione fua,& rerum fuarû:quia poteft tunc
ftipendiarios,& amicos congregare,& propter
hoc non dicitur bellum,fed defenfio. Item pro
recuperatione poffefsionis,dûmodo fiat in con
tinenti. Et non folum permittitur hoc laicis,fed
etiam clericis. Et hac caufa licitum eft arma mo
uere, & contra fubditos rebelles & inobedien-
tes armari debent iura, & homines , & licitè fit
eis bellum, tam à dominis temporalibus,quàm
à fpiritualibus. Et manu militari vtendum eft
contra rebelles fubditos , vbi alia remedia non
fufficiunt. tenet Bald. io margari. Innoc. in par
te,congregare,quod nota. ¶ Aliàs actores taliû
12 confœderationum † pœna legis Iuliæ maiefta-
tis tenentur. vt in.l.quifquis. ff.de collegi.illici.
& in.l.1.ff. ad.l. Iulia.maiefta.ibi, quoue cætus.
& tenetur.l. Iulia.de vi publi. vt in.l. denuntia
mus. C. qui ad eccle. confuge. vt tenet Montal.
in dicta glo.ordina.in parte, liga. & dixi fuprà
in glo.proxima. ¶ Quinimo dicit Montal.ibi,
13 quod iudex fuperior † poteft mandare, vt por-
tentur coram fe ftatuta collegiorum,vel confœ-
deratorum:& fi quæ funt in eis quę fapiant mo-
nopolium,procedet côtra eos. vt in.l.vnica. C.
de monopoliis. vbi hoc notat Bal. Et idem Bal.
in titu.de pace iura.fir. §. conuenticulas. in vfi.
feudo.nu.4.& Alex. in additio.ad Bar.in.l.fub
prætextu. ff. de extraor . crimin. Quinimo ibi
Bar.& Bald.vbi fuprà dicût,quòd fi poteftas re
perit in vna focietate ftatutum inhoneftum,po
teft ftatim eo ipfo caffare focietatem . fequitur
Roma.fingu.344. ¶ Et propter hęc, quæ dicta
funt,fecundùm eundê Montal.ibi,iudex curare
14 † debet,ne in fua prouincia tumultus , aut con-
uenticula fiant,ne damnum inde fequatur. vt in
l.16.titu.4. parti.3.qui tex.eft fingula & habuit
ortum à.l. congruit. & à. l. 3. ff. de offi.præfid.
15 ¶ Et quoque dicit, ꝙ eft cafus proditionis, † fi
quis fraternitates,feu côiurationes militû,feu lo
corû contra regem facit,ex quibus regi , aut pa-
triæ damna oriantur. vt in.l.1. titu.2.parti.7. Dic
vt fuprà. vt in glo.proxima. ¶ Intantû iftæ con
16 fœderationes prohibentur,ꝙ menachi,† vel fa-
bri nô poffunt inter fe ftatuere vel pacifci,quòd
de labore vnius, nô fe intromittat alter. Et idem
in fcriptoribus,& fimilibus,nifi tota ciuitas hoc
ftatuerit. Et fpecialiter punitur Primas artis
illius,qui hoc confentit. vt notatur.in.d.l.vnica.
de monopoli.& Bal.ibi. Tamê poteft alicui ius
côpetere,vt alibi, quâ in locis fuis victualia non
vendâtur. Et idem dic in furno,& molêdino,&
fimilibus,vt pofsit ex confuetudine,feu priuile
gio côpetere hoc ius in illo loco,quod alius non
exerceat,fi fibi tû acquieuerunt prohibitioni
per tempus legitimû ad præfcriptionê complen
dam.tenet Abb. in.c.fignificâte.de appella. nu.
1. & Cepola in tracta.de feruitu.in tit.de furno.
2.q.& Guid.pap.decifi.298.& Faber in.§.ęquè.
Inftitu.de actio.nu.10. Bertachi.in fuo reperto.
in parte, coquus. ¶ Et vide Montal. vbi fuprà,
17 vbi quoque ait,quòd nô valet † ftatutum, quòd
non ematur,vel vendatur frumentum,nifi certo
pretio.& idem in aliis rebꝰ venalibus fecûdùm
Bal. vbi fuprà. fed lex bene poteft facere. vt ca-
uetur in Pragmatica facta per noftrum Carolum
regem in villa de Madrid,anno proximo.1539.
Octobris.10.die,per quâ impofuit pretium fru-
mento.quam per te vide.

Summarium.

1 Iudices,& poteftates terrarû,qui fequûtur par-
tiales reformationes, incidunt in pœnam, fi
ex partialitate fua fequatur dânum,vel iniu-
ria alicui.
2 Partiales dâna inferêtes, & iniurias, tenêtur ad
refectionê dânorum,& iniuriæ fatisfactionê:
3 Partialitas terrarû dicitur infortunium: & ideo
fi vir propter partialitatê exulatur,mulier po
teft dotem repetere.
4 Iudex non debet effe partialis in arbitrariis.
5 Iudex dum ex officio procedit,an debeat impo
nere pœnâ ordinariam , vel arbitrariâ. nu.7.
6 Officialis in fyndicatu côdemnatus ex generali
inquifitione non efficitur infamis.
8 In arbitrariis arbitrium debet effe iuri,& æqui-
tati confonum, aliàs non valet.
9 Iudex, qui habet poteftatem difponendi fecun
dùm confcientiam,feu arbitrium, non debet
fequi propriam confcientiam,fed publicam:
10 In arbitrariis iudex debet facere fuû arbitrium
cum confilio peritorum.
11 Vt partialitatem iudex euitet, non debet ha-
bere nimiam familiaritatem cum fubditis:
quia

quia ex conuersatione æquali nascitur contemptus dignitatis.

12 Si partialitas est in ciuitate inter aliquos, potest iudex ad euitanda scandala, & rixas, iubere, & vetare, quòd vnus non transeat ante portam vel domum alterius.

13 Si de possessione alicuius loci est contentio inter duos, & est timor, ne veniant ad arma, potest iudex præcipere vtique, ne ad illud locum vadant.

14 Hospitiũ potest quis cogi mutare propter partialitatem, causa vitandæ discordiæ.

15 Episcopus potest iubere archipresbytero suo, ne transeat per contratum duorum fratrum, quorum patrem interfecerat.

16 Inimicitia quãdo est inter aliquos, potest iudex prouidere futuris scandalis, præcipiẽdo sub pœna, ne per certos fines incedant.

17 Quilibet officialis ex causa potest prohibere, ne quis accedat ad fundum.

18 Arbiter potest prohibere duobus inimicis, vt vnus non vadat per portam alterius.

19 Potestas potest præcipere subdito, ne discedat de domo sua.

20 Scandalis, & rixis Iudex occurrere, & prouidere debet.

21 Iudex debet ꝓuidere ne partes veniãt ad arma.

22 Iudex non debet studere in criminalibus de concordia partium anteaquam puniat.

An pars potest se componere, seu pacem facere post sententiam.

23 Ad pacem potest compellere iudex, quãdo inimicitia esset scandalosa, & respublica inquietaretur.

24 Ad compromittendum potest cogere iudex, quando videt quòd via iudicij, vel sententiæ non potest bene sedari discordia.

25 Contendentes de possessióne, & properantes ad occupandum: si inter eos præsumitur verisimiliter ad arma venire, possessio sequestrabitur.

c **Parcialidad.** c Hac de causa dicit Bald. in l. de eo. C. de pœna iudi. qui mal iudi. in princip. nu. 2. quòd

1 potestates † terrarum, qui vadunt ad terras, vbi sunt diuisiones in populo, qui non possunt salua conscientia pertransire, sed oportet eos sequi partiales reformationes, incidunt in pœnam. c. cùm æterni. de re iudi. in. 6. ¶ Quod intellige verum, si ex sua partialitate sequatur alicui iniuria, vel damnum, aliàs non. vt dixi in glo. no se juntaran. fi. col. versic. secundò fallit. & arg. eorum, quæ tenet Inno. in c. fi. Quod metus causa. nu. 3. versi. Item nobis videtur. & Bald. in. c. 1. §. iniuria. in titu. de pace iura. firma. nume. 5. in vsi. feu

2 do. versi. quæro. vbi tenet. † quòd si partiales inuicem inferunt iniurias & dãna tenentur ad refectionem damnorum, & satisfactionem iniuriæ.

parcialidad c con

Sed hoc Bald. ibi dicit verum, quod tenentur, scilicet illa pars, quæ iniustè egit. & sequitur Alex. in additio. ad Bart. in l. iniuriarum. ff. de iniuriis. ¶ Et dic, quòd partialitas terrarum di-

3 citur infortuniũ: † & ideo si vir efficiatur exul, non solùm propter culpam suam, sed etiam propter partialitatem, mulier poterit dotem repetere, quia exilium paupertatem inducit. vt glo. in authen. de exhiben. & intro. rei. in prin. colla. 5. & idem tenet Iohan. And. in additio. ad Specu. in titu. de dona. §. fi. versi. quid si vir est in bãno. Bart. in l. si constante. in. 5. q. 1. partit. principa. ff. solu. matri. & idem Bart. in l. 1. C. de decurio. & in l. 2. in princip. ff. solu. matrimo. Angel. in l. cũ acutissimi. §. illud. C. de præscrip. 30. anno. Anto. de Butri. in. c. per vestras. de dona. tenet ad literam Alexan. in l. si cùm dotem. §. si maritus. ff. eod. solu. matrimo. nu. 3. & Ludo. Roma. consilio. 187. in fi. vbi dicit, quòd eo ipso, quòd maritus à ciuitate absens est, aut tanquam exbãnitus cum bonorũ publicatione, aut tanquam alio modo exul sine publicatione locus est repetitioni dotis. vt per glo. in d. l. 2. in princi. & per alia iura suprà allega. & idem quod Alexã. in d. §. si maritus. tenet Ias. in d. l. si constante. nume. 145. versi. amplia istud. loquẽdo in dicta partialitate. ¶ Notari potest ex text. isto. ni parcialidad. ꝙ

4 etiã in arbitrariis iudex non debet esse † minus partialis & fauorabilis alteri parti. notat Inn. in dict. c. cùm æterni. de re iud. in. 6. & certè cùm laxius dãtur habenæ, ille magis debet habere præ oculis æquitatem. vt in authẽ. ius iurando, quod præstatur ab his. collatio. 2. in nigro. & hoc dicit text. notabil. & vulga. in l. quòd si ephesi. ff. de eo quod certo loco. & tenet Bald. in d. l. de eo. num. 3. & in l. quocunque. C. de seruis fugi. col. 5. nu. 18. vbi ait, ꝙ in arbitrariis iudex debet inclinare in mitiorem pœnam. vt in cap. de causis, de offi. delega. non tamen debet esse nimis gratiosus. vt in regula, in pœnis. de regul. iur. in. 6. & ibi Iohã. And. in nouella. & idem tenet Bal. in l. 1. in prin. ff. de his, qui sunt sui vel ali. iur. ¶ An iudex procedẽdo ex officio debeat impo

5 nere pœnam † ordinariam, vel arbitrariam? Vi. Abb. in rub. de iudi. nu. 3. & 5. & quæ dixi suprà in

in c.1. in glo. derechamente. & eundem Abb. in c. inquisitionis. nu. 1. de accusa. nu. 2. vbi tenet, quòd de iure canonico mitius punitur, per viam inquisitionis, quàm per accusationem. De iure autem ciuili non reperit quòd hæc differentia fiat impositione pœnarum, sed par imponitur pœna. per bonũ tex. in. l. 4. C. de sepulchr. viola. facit. l. ordo. ff. de public. iudi. & quod notatur in. l. 2. §. si publico. ff. de adulteriis. Ex quo infert Abb. ibi, quòd saltē de iure canonico ex inquisitione non efficitur infamis: quia sicut receditur à pœna ordinaria delicti imponēda per hominem, ita eadem æquitate videtur recessum à pœna iuris, quæ est infamia, quæ sequitur condemnatum pro crimine. vt in. l. infamem. ff. de publicis iudiciis. & secūdum ius canonicum potest esse vera glos. in. l. 3. §. præterea. ff. de suspectis tutori. & in. l. 1. C. de modo multan. quòd condemnatus ex inquisitione, non est infamis. nam de iure ciuili Barto. tenet oppositum. in. d. l. infamem. Et potest esse ratio secūdum eund. Abb. quia de iure ciuili regulariter non potest procedi per inquisitionē, nisi in certis casibus: de iure autem canonico semper potest procedi, præcedente infamia. Quæ ratio dicit Francisc. de Aretio ibi in. d. c. inquisitionis. col. 2. non videri sufficiens: quia grauamē illatum in modo procedendi, non est iusta causa alterandi pœnam. vt plenè declarat Bart. in. l. ictus fustium. ff. de infa mi. vlti. quæst. & in. d. l. infamem. & Bald. ibi. & in. l. etiam. C. de furtis. vbi in effectu concludit Bald. in. dicta. l. infamem. quòd ex inquisitione generali condemnatus non efficitur infamis.

6 Vnde infert, quòd si officialis † in syndicatu condemnatur virtute generalis inquisitionis cōtra se factæ, non efficitur infamis: quia non potest dici, quòd inquisitio succedat in locum accusationis, quoniam accusatio non potest fieri sine specificatione criminis. c. libellorum. 2. quæstio. 8. Et hanc sententiam sequitur Iohan. de Imol. in. d. l. his qui reus. & in. d. l. infamem. Sed dominus Areti. vbi suprà dicit, quòd in hoc nō est standum: quia Bald. ponit exemplum, quando ex ipsa potest sequi condēnatio de iure, quia formatur contra certā personam pro administratione vnius officij. vt in. l. vnica. C. vt omnes iudi. tā ciuil. quàm crimi. quo casu ex inquisitione generali potest sequi sententia condēnatoria, & absolutoria. vt notat Ang. in. l. si vacātia. C. de bonis vacan. lib. 10. Sed tu vide Abb. in. c. at si clerici. de iudic. nu. 34. vbi indistinctè tenet, ꝙ †

7 si probatum est crimē per modum inquisitionis, venit quis mitius puniendus, quàm si ageretur per viam accusationis. per. l. hodie. ff. de pœnis. & Bald. in margarita. in ijo. in parte, pœna. tenet idem quod Abb. in. d. c. inquisitionis, scilicet, ꝙ pœna ordinaria nō imponatur ex inquisitione secundum canones, sed secundum leges sic. vt notat Innocen. in cap. cum. p. de purga. canoni. Quod limitat & dicit esse verum Bald. ibi, quando proceditur cū plena causæ cognitione, secus si incidēter, & summatim, quia tuc extraordinariè etiā secūdū leges nō potest puniri. vt notatur in. l. nullus. C. de testi. & idē tenet Hippoly. de Marsi. in sua practi. crimi. §. cōstāte. fi. col. nu. 100. & nu. 84. & vi. Socinum in fallen. in parte, pœna. regula. 293. Attamen in arbitrariis eius

8 arbitrium debet esse iuri † & æquitati consonū, aliàs non valet. Ita tenet Ludoui. Roma. in consilio. 376. vbi per hoc allegat glos. in. l. eas causas. ff. de conditio. & demōstra. & late Hippo. de Marsi. in sua practi. crimi. §. diligenter. nume. 24. & in. l. quæstionis modum. ff. de quæstio. nu. 71. cum seqnētibus. vbi quoque dicit, quòd qui

9 habet † potestatem disponendi secundùm conscientiā, vel arbitrium, nō debet sequi propriam conscientiā, sed publicam. tex. iūcta glo. in. c. iu dicet. 2. q. 7. & voluit Cyn. in. l. quisquis. C. ad. l. Iul. maiest. & Ias. in. l. sic legatum. ff. de legat. 1. nume. 28. cum sequentibus. Et ideo dixit Bald. in dicta. l. C. de eo. C. de pœna iudi. qui malè iudi. iudicem debere sequi regulas legum. & non conscientiam suam, quæ legibus aduersatur. De quo etiam per Bald. in. l. 2. in tertio notabi. C. de fideicōmiss. & per Roma. in repetitio rubri. ff. de arbi. colū. 2. ad finem. & text. in. l. 1. ff. de solu. tex. & ibi Bald. in. l. certi iuris. in fine. C. de iud. & Ias. in. §. sed iste. col. penultima. Instru. de actio. glo. & ibi Anto de Butri. in cap.

10 vt debitus. de appella. vbi dicit, † ꝙ in arbitrariis iudex debet facere suum arbitriū cum consilio peritorum. & allegat quæ habentur in cap. ne innitaris. de cōstitu. & subdit ibi Domi. Asto. per illam glo. quòd si cōmittitur aliquid iudici expediendum secundùm quòd sibi videtur, intelligitur tamen habito consilio peritorum. quod etiam voluit in capitu. 1. de constitu. quē sequitur Cardi. Alex. in. c. vt debitus. de appella. n. col. & Mathesil. in notab. 13. incipiente, nota ꝙ vbi iudex. & Fel. in cap. quoniā frequenter. §. porro. vt lite nō contesta. & Hippo. vbi suprà. Consulo tamē indiciebus, vt abstineant se

11 ab ista partialitate, † tam in arbitrariis, quàm in aliis, & vt euitent nimiam familiaritatem subditorum: quia ex conuersatione æquali, nascitur contemptus dignitatis. vt dixit textus in. l. obseruandum.

obſeruandum.ff.de offi.præſi.& text.in.l.8.tit. 4. parti.3. Et alibi dicit Canon, Dum nimium ſeruatur humilitas, regendi frangitur authoritas. vt in cap. quando.86. diſtin. 1. vilis & contemptibilis habetur. ſecundùm Archidi. ibi. pro ut tenet Abb. in cap. dilectus. de pœnis. num.2. & idem in procemi. Grego. nume.2. vnde infert illud vulgare, Familiaritas nimia, contemptum parit. ſed dicebat Azo. illud verbum procedere inter fatuos: quia fatui tantùm contemnunt præſidentem ex familiaritate, non tamē pruden tes: imò magis præſidem cōmēdant. de quo per glo. in dict. cap. quando. ſecundùm Abb. ibi.

¶ Nota vnum ſingula. in materia partialitatis,

12 quòd ſi in aliqua ciuitate † adeſt partialitas, vel inimicitia inter aliquos milites, vel alios potentes, poteſt iudex vetare, & præcipere ſub certa pœna, quòd vnus non tranſeat ante portam, vel domum alterius. Et eſt iuſta cauſa vetandi propter rixas, ſcandala, & pericula euitāda. vt tenet Bart. cum quo cæteri doctores tranſeūt in. l. qđ iuſsit. ff. de re iudi. & ibi Alex. nume.3. & Iaſ. late, num.25. vbi dicit, quòd pro hoc allegat Bart. text. in. l.1. §. fina. ff. de officio præfecti vrbi. in verbo, ſolitarium regionum. Ange. & Imol. & Alex. addūt tex. in. l. ſi cuius. §. ſed ſi inter duos. aliàs incipit. l. æquiſsimum. ff. de vſufru. vbi eſt

13 tex. notabil. quòd ſi duo † contēdunt de poſſeſſione alicuius loci, & eſt timor ne veniant ad arma, & rixam, poteſt iudex præcipere vtrique eorum ſub pœna ne vadant ad illum locum.

¶ Item per iſtam glo. dicit Rapha. Cuma. ſe pu

14 tare, quòd eodē modo poſsit quis cogi † per iudicem mutare hoſpitiū in quo habitat cauſa vitandę diſcordię. prout tenet Iaſ. ibi in. d. l. quod iuſsit. quod ego iam pluries feci. Et idem dicit

15 in epiſcopo, quòd epiſcopus † poteſt licitè pręcipere ſuo archipresbytero ſub pœna ne tranſeat per contratam duorum fratrum, quorum pater interfecerat, ne eorum animos prouocaret. Ad quod addit Iaſ. Idē quod tenet Iohā. And. poſt Guido. de Suza. in additio. ad Speculum. in titu. de pigno. §. ſequitur. verſicu. quid ſi timeo.

16 vbi tenet, quòd quādo eſt inimicitia † inter aliquos, iudex poteſt prouidere futuris ſcandalis, præcipiēdo ſub certa pœna, ne per certos fines incedant. arg. in. d. l.1. §. fina. ff. de officio pręfe. vrb. Quam deciſionem Iohan. And. refert, & ſequitur Alexā. in. l. qui bona. §. ſi quis iuſto. ff. de damno infecto. ¶ Tamen licet ſit prohibitus accesſus ad certum locū, vel ingreſſus palatij, con trafaciens ex cauſa ineuitabili, nō punitur. tenet Bald. in cap. monaſterium. de vita & honeſtate clerico. arg. l. Cęſar. ff. de publica. Et eſt ratio: quia perſona agēs eſt illa, quæ debet puniri, ſed iſta non eſt perſona agens, ſed patiens, quia per vim patitur. vt ait Seneca in epiſtola.c.7. ad Lucillum, ducunt volentem fata, nolentem trahunt.

¶ Item tu adde text. in. l. fina. ff. de offi. procur. Cęſa. in verbo, veluti contumelioſum. vbi eſt

17 text. ꝙ procurator Cęſaris, & quilibet † officialis poteſt ex cauſa prohibere, ne aliquis accedat ad talem fundum. Et per illum tex. decidit ibi in terminis noſtris Alberi. de Roſa. poſt Iacob. de

18 Aretio, quòd ſi ſunt duo † inimici, arbiter poteſt prohibere ne vnus vadat per contratam alterius, & econtra. Idem tenet Alberi. in. l. ſi. ff. de interdi. & relega. vbi ait, ꝙ iudex poteſt pręcipere alicui, ne vadat per contratam alicuius inimici ſui. per. d. l.1. §. fina. Et idē tenet Iaſ. ibi in. d. l. qđ iuſsit. nume.27. teuēdo contra Bal. ꝙ iudex poteſt iubere alicui, ne exeat domum ſuam. quem text. allegat ſingu. Alex. ibi. Sed ſecundum Iaſ. ibi dicit, ꝙ Alberi. in dict. l. fina. no

19 tat ex illo text. † ꝙ præſes prouincię, & poteſtas, poteſt pręcipere ſubdito ſuo ſub pœna, ne diſcedat de domo ſua. Et quòd non obſtet dictū Bal. in. c. Quintauallis. de iureiur. col.2. vbi tenet, ꝙ arbitrator pro bono pacis non poteſt mādare alicui, ꝙ exeat ciuitatem ſuam. Et ſimiliter non poteſt iudex pręcipere alicui, ne exeat domum ſuum, quia eſſet ſpecies ſeruitutis: niſi hęc poteſtas eſſet ſibi ſpecialiter cōceſſa à principe. qui tex. in. d. l. fina. propriè loquitur, quādo propter delictum cōmiſſum quis punitur à præſide iſta pœna, ne quis exeat de domo ſua, ſicut propter delictū, poſſet eum confinare in aliquo loco, ne inde recedat. Sed in caſu noſtro, & in materia noſtra non eſt delictum, ſed ſolus timor rixę, & armorum. ſecundùm Iaſ. vbi ſuprà, quāuis Alexā. ibi alleget. d. l. fina. ad materiam noſtram. ¶ Ratio dictorum poteſt eſſe, licet Iaſ. nō

20 dicat: quia ſcandalis † iudex prouidere, & occurrere debet. vt in. l. æquiſsimum. ff. de vſufru. & tenet Abb. in. c. licet. de probatio. col.15. num 36. in fine. Et ibi tenet Anto. Fran. in additio.

21 ꝙ iudex debet ſemper prouidere, † ne partes veniant ad arma: quia eius officium eſt partes concordare, ſi ſint diſcordes. vi. Bart. in. l. de die. ff. qui ſatiſda. cogan. & in. l. obſeruādum. ff. de iudic. per Alexā. in. l. athletas. §. Item ſi quis. ff. de his, qui not. infami. vi. glo. in cap. 1. de mutuis peti. quod dicit Alex. verum in additio. ad Bar. in. d. l. ſi vſuſfructus. §. ſed ſi inter duos. ff. de vſu

22 fructu. & ibi Angel. in ciuilibus, † ſecus in criminalibus, quia in eis non debet iudex ſtudere

ad

ad reconciliationem. vt per Bald.in.l.cùm affirmes.C.de liber.caus.& in.l. transigere.C.de trãsa. nu.13. col.3. ¶ Quinimo si iudex in criminalibus ante punitionem delicti, & ante solutionem pœnę cogit offensum ad pacem cum delinquente, tenetur in syndicat.secundũ Bal. in.d.l. cùm affirmes.& tenet Amod. Iusti.in tract.syndi. in parte, Item in eo q plures innocẽtes.col. 6. versic. Item tenetur.& idem Bald.in.l.1.ff.de offi. præf.vrb.& in cap.1.de pace tenẽ.glo.in.c. per venerabilem.de ele. & Bart.in.l. ambitiosa. ff.de decretis ab ordi. facien. Notat Bart.in.d.l. quos prohibet.ff. de postulan.dicens, q pax nõ potest fieri per iniuriatum ante condẽnationẽ. allegant glo.singu.in.l.2.ff.ad Sillania.& quod notat Bald. in.l. ex stipulatione.C.de senten.& in.l.1.§. quies.ff. de offi.præfe. vrb. & Iohan. Andre. in additio.ad Specula.in titu.de pigno. §. sequitur.versi.q si timeo.Sed intelligo Bar.in d.l. quos prohibet.scilicet. q pax nõ potest fieri ante condẽnationem, est verum per compulsionem iudicis.secus ex volũtate partis.vt text. in.l.2a.titu.1.par.7.& tex.& ibi docto. in.l.transigere.C.de transa. ¶ Quę pax potest fieri etiam post latam sententiam.vt Bart.in.l. quid ergo.§. pœna grauior. ff.de his,qui not.infa. nu.7. Per quod. d. Bart.extenditur.d.l.parti. quæ dicit,q debet fieri ante sententiã:& sic quòd non solùm ante sententiã, verũetiam post sententiã potest fieri.quod nota.& idem tenet Alex.in.l. iurisgẽtium.§. si paciscar.ff. de pactis. nu.1. si renuntiat sentẽtiæ pro se latæ.per glo. in.l.si diuersa. C.de transa.& ibi quoque Alexã.nu.3. & vide Bald. singula.in cap.nisi specialis. de officio delegati. nu. 1. vbi ait, quòd ne offensus patiatur dãnum in re sua, potest remittere pœnam sententialiter impositam ad ipsius querelam, ne propriũ suum perdat. quod dicit notandũ per tex.vnicũ in.l. qui pœnæ.ff.de manumissi. ¶ Quoq, intellige, q post condẽnationem, & solutionẽ pœnæ po-
23 test iudex cogere ad pacẽ, quando † respublica inquietaretur, & inimicitia eorum esset scãdalosa in republica, quia tunc ad pacẽ potest cõpellere.vt in.l.si quis ingenuã.§.in ciuilibus.ff.de captiu.tenet Bar.& Pau.de Cast.in.l.furti.§.qui iussi.ff.de his,qui not.infa.& idẽ Paul.de Cast. in l.quidã extimauerũt.ff.si cer.pet.nu.6.vbi dicit
24 q iudex † potest cõpellere partes ad cõpromittendũ, quando videt per viã iudicij, vel sententiæ nõ posse bene sedari discordia inter partes, & q sit oriturũ inter eas scandalũ, prout frequẽter cõtingit.arg.in.d.l.æquissimũ.aliàs secus. Et ita debet intelligi secũdum eum, quod tenet Bal. in.d.l.ex stipulatione.& ista opinio Paul.tenet Alex.in.d.l.quidã æstimauerunt.nu.4.& dicit, q eam amplectitur Bal.in.c.cùm ecclesia vulterrana.de electione.ad finẽ.licet.Bald.in.d.l.ex stipulatione.expressè tenet, quòd iudex etiã propter timorem scandali non posset partes cogere ad cõcordiam. vide quæ dicam io.c.6.infrà eod. in glo.pobres.nu. 25. ¶ Intantum iudex debet
25 occurrere scandalis, q si aliqui † contendunt de possessione, & vterq; properat ad occupandũ, & verisimiliter posset venire ad arma inter eos, possessio sequestrabitur, & mãdabitur vtrique, ne accedat sine licentia iudicis:& si post interdictũ iudicis accedit, punit, & reuocabitur statim à possessione. vt tenet Bal.in.l.edicto diui.C.de edicto diui Adri.tollẽ.1.col.nu.3.& est tex.in.l. ęquissimũ.§.sed si inter duos.aliàs est lex si vsusfruct⁹.§.sed si inter duos.& sequitur slicò.l.ęquissimũ.& tenet Abb.idẽ quod Bal. in.c. dilectus. de sequestra.posse. & fru.licet de Bald. nullam mentionẽ faciat.nu.10.&.12.& Bald.in.l.fi.C.de ordi. cogni. faciũt cumulata per Feli. in.c.nihil cum scãdalo.de præsumptio. ¶ Quod intelligitur verũ secundùm Alex. in additio.ad Bart.in d.§.inter duos.Si neuter contẽdentiũ possideat: quia si vnus possideret, non possidẽti inhibere tur.possessio, & non potest sequestrari. Bald.in l. 1. col.1. versi.quædam est.C.de sequestra.prohibi.& idem Bald.in.l.fi.C. de ordi.cogni.& in c.2. col.ad de vita & honesta.cleri.& in.l.ordinarij.C.de rei vendi. Quod refert, & sequitur Ias. in.d.l.quidam extimauerunt.3.col.nu. 4.vbi dicit hoc esse quotidianum: quia propter metum armorũ non debet fieri sequestrũ, nec recedi à tramite iuris, nisi quãdo dubiũ est de possessione.secus quando vnus possidet, alius non.& idẽ tenet Hippo.de Marsi.in sua practi.crimi.§.pro cõplemento.fin.col.nu.45. & idẽ tenet additio. Abb.in.c.examinata.de iudic.in additione, quę est in nu.13.col.4.in parte, si iudex. vbi tenet, q iudex præcipiat nõ possidenti vt non molestet possidẽtẽ sub certa pœna. Item tenet Petrus de Ferra in sua pract. in forma libelli sequestri.col. 2. nu.6.versicu.sed circa.& vltra eos allego glo. in cap. accedens. el primero. vt lite non contesta. in parte, turbare.

Summarium.

1 Adunatio dicitur cum vno tantùm.nu.10.
2 Stante statuto, quòd puniatur producens testes falsos, habet locum in producente vnum testem falsum.

3 Testator iubens bona sua distribui inter pauperes, possunt in vnum distribui.

4 Protestatio quæ debet fieri coram vicinis sufficit si fiat coram vno.

5 Appellatio quæ debet interponi coram honestis personis quando copia iudicis nõ potest haberi, sufficit si appellatio interponatur coram vna honesta persona.

6 Plurale ponitur pro singulari.

7 Pluralis loquutio, an vno numero sit contenta.

8 Decedere non dicitur sine liberis, qui ex matrimonio vnicam filiam relinquit.

9 Medici quando plures requiruntur, si in loco non possunt haberi, an sufficiat vnus.

10 Statutum disponens, quòd accedens ad domum alterius cũ hominibus armatis puniatur, an verificetur, si accesserit cũ vno homine armato.

d Ninguno.[d] Nota text. quòd partia-
1 litas, & confœderatio † cũ
vno solo contrahitur. idem tenet Bar. loquendo
in adunatione in. l. si rixa. 3. col. ff. de sicariis. &
in. l. si criminis. C. de vi publica. vbi dicit, quòd
formæ actionum coadunatæ debẽt intelligi, etiã
si adunauit vnũ. per. l. 2. §. 3. ff. vi bono. rapto. ꝙ
dicit menti tenendũ. ¶ Et facit quod tenet in. d.
§. 3. vbi dicit in simili, quòd stante statuto, quòd
2 si quis produxerit testes † falsos puniatur, quod
habet locum in producente vnum falsum testẽ.
Et vi. Alex. & Ias. in. l. gallus. §. quid si is. ff. de
liber. & posthu. 1. col. vbi idem tenẽt. & Albericus de Rosa. in. 2. part. statu. quæst. 28. & ibi dicit
quòd idem sit, si ad vnum actũ probandum producat duodecim in eadem causa, non debet puniri pro quolibet, nisi pro vno, quia est vnum
delictum. Secus si in diuersis causis ad diuersa
facta probanda. ¶ Item facit: quia si testator
3 † iussit bona sua distribui inter pauperes per
Titium. quòd Titius potest in vnum distribuere, licet in hoc contrarium tenet Bar. per ea, quæ
habentur in. l. 2. ff. de optione lega. & Alexã. in
dict. l. gallus. §. quid si is. quia in expresso tenet
Paul. de Castro. in. l. cùm quidam. ff. de lega. 2.
nume. 4. dicendo, quòd prima opinio est vera,
& sic quòd in vnũ potest distribui, quãdo est facta electio cũ discretione, & iusta causa, si bona
non multùm valẽt, & ille multùm meretur, quia
nobilis, & virtuosus, & cum illis bonis potest
ascẽdere ad magnum gradum, & sic relinquitur
arbitrio superioris, vt episcopi. ¶ Facit ad idem,
quod tenẽt Bart. Alex. & docto. in. l. de pupillo.
§. si quis ipsi prætori. ff. de noui oper. nuntia.
maximè ibi Alex. in fine, vbi ait, quòd quando
4 timetur de prætore, † de denuntiatione, debet
protestari coram vicinis, & sufficit probari per
testes, quòd coram vno tantùm vicino facta fuit
protestatio secũdùm Specu. in titu. de primo &
2. decreto. §. iam de effectu. versi. quid si nũc sufficeret. Lapus alle-

ninguno,[d] ni algu-

ga. 38. aliàs. 40.
vbi ad hoc allegat. l. vt perfectius. cum glo. in versicu. tabularũ.
C. de annali excep. & . c. vt circa de electio. in. 6.
& Romanus ibi in. d. §. si quis ipsi prętori. dicit,
quòd alibi nõ reperitur tactum, & quòd omnes
scribentes ita volunt, maximè Ante. de Butri.
in cap. pastoralis. §. præterea. de offi. delega. &
idem tenet Imol. in. c. fina. de apella. ¶ Vbi quo
5 que tenet Imol. quòd appellatio, † quæ debet interponi corã honestis personis, quando non potest haberi copia iudicis qui sententiã tulit, sufficit si appellatio interponatur corã vna honesta
persona. adhibitis tantũ testibus. per tex. in. d. l.
vt perfectius. & Abb. in. d. c. pastoralis. §. 1. de of-
6 fi. delega. ¶ Et sic ꝙ plurale † ponitur pro singulari. vt in. l. diuus. in fi. ff. de peti. hæredi. & in. l.
2. §. exactis. ff. de origi. iuri. glo. in. l. falsa. ff. de
condi. & demonstr. & glo. in princi. Institu. de
iure persona. Et non solùm in materia fauorabili, verunetiam in pœnali, & sic odiosa plurale
ponitur pro singulari. Bar. in. l. si quis alteri. per
illum text. cum glos. C. ad. l. Iuliam. maiesta.
quia licet omnes leges loquantur in plurali, &
dicant, præcedentibus indiciis, tamen sufficit
vnum indicium, & sic in materia odiosa plurale pro singulari ponitur. vt tenet Ias. in. d. l. gallus. §. quid si is. num. 5. ¶ Vbi dicit, quòd facit
quod tenet Bal. in. l. 1. 1. notabi. C. de conditio.
7 inserti. vbi pluralis † loquutio vno numero est
contenta. vbi infert Bald. quòd stante statuto,
quòd si supersunt masculi, non succedat soror;
quòd si extat vnus solus masculus, ille excludit
sororem: quia naturalis ratio magis attenditur,
quàm pluralis loquutio. ¶ Item facit secundùm Bald. quòd stante lege, vel statuto, quòd si
8 mulier decesserit sine liberis, vir lucretur † dimidiam dotis: quòd non dicitur decedere sine liberis, quando vnicam filiam ex eo matrimonio
relinquit. facit text. in. l. non est sine liberis. ff.
de verborum significatio. ¶ Item facit, quòd si
testator dicat, si decesserit sine liberis, quia sufficit decedere cum vno. vt est glo. in. l. ex facto.
§. primo. & ibi Bart. ff. ad trebellia. & idem dicit Bald. in dicta. l. 1. C. de conditio. insertis. generalius, quòd extante statuto, quod existentibus filiis masculis, filiæ fœminę non succedant,
idem

idem erit, si vnus masculus tãtùm extabit. secundùm Alexan. & Ias. in dicto. §. quid si is. ¶ In simili vi. tu Abb. in cap. proposuisti. de probatio. num. 4. versi. & primo. vbi tenet, quòd
9 licet plures periti † & medici requirantur in arte attestationis, si in eodem loco plures possunt haberi, sunt adhibendi, aliàs sufficit vnus solus. Bar. in. l. 1. §. 1. de ventre inspicien. & in. 1. constitu. digestorum. per tex. in authen. de non alienãdis. §. quod ait. col. 2. versi. vt neq;. & ille tex. est multùm notabilis: quia probat hoc dictũ. & idem tenet Paul. de Castr. in. l. qui luminibus. in fi. ff. de seruituti. vrba. prędi. & per Ange. in. l. quòd si nolit. §. si mancipiũ. ff. de ædilitio edicto. ¶ Sed contra nostrũ text. tenet Ias. in. d. §. quid si is. d. legis, gallus. nu. 12. dicendo, quòd si statutum disponat, φ si aliquis accesserit ad domũ alterius cum hominibus armatis, puniatur certa pœna, vt in. l. 11. titu. 4. foro legum. lib. 4. vbi ponitur pœna congregantis gentem ad malum, φ non habet locum, si ac-
10 cesserit cũ † vno homine armato. secũdùm Bal. in. l. iubemus. §. sint autem. per text. ibi. C. ad trebellia. & idem tenet Montal. ibi, in glo. illius. l. fori. quia nõ est eadem ratio. nam grauior est iniuria, quæ fit à pluribus, & materia subiecta requirit pluritatem. vt. ff. de testam. in. l. vbi numerus. ¶ Secus verò dicit, quando statutum vtitur nomine collectiuo, vt quia dicit, si quis accesserit cum familia. vt in dicta. l. fori. & non habet nisi vnum in familia, tunc punitur: quia hoc nomen etiam in vno verificatur. vt in. l. sint autem. & ibi Bald. C. ad trebellia. vbi Bal. dicit, quòd si statutum dicit, φ si quis accesserit cum familia, habet locum in eo, qui cum vnõ accessit, cùm plures in familia nõ haberet. & sic intellige dictum Ias. vbi suprà. & sic dicta. l. fori verificetur in coadunante virum solum. secũdùm Montal. ibi. & tenet iste tex. & facit text. in. d. l. 2. §. sed si vnus. ff. vi bonorum rapto. ¶ Et Alex. & Ias. in. d. l. gallus. §. qd si is: volũt concordare Bal. cũ. d. §. sed si vnus. & dicunt idẽ, quod Mõtal. scilicet, φ maior iniuria sit accedendo ad domũ alicuius cum pluribus armatis, quàm si accedant cũ vno. tex. est notabilis in. l. si plures serui. ff. de iniuriis. & ita procedit decisio Bal. in. d. l. iubemus. sed quantũ ad dãnum si quis violenter rapiat, putà centũ, tantũ dãnum infert rapiendo cũ vno homine, sicut si raperet cum mille hominibus. & ita loquitur. d. §. si vnus. ¶ Sed quid dicemus de. l. 1. tit. 10. lib. 4. in ordi. regali. vbi dicit, quod nemo faciat adunationem associatam, nec congregationem gentiũ sub pœna ibi posita: an si aliquis faciat istã associatam, seu adunationem cũ vno homine, puniatur pœna: de qua in. d. l. quod vide tur per supradicta. sed tu dic cõtra, per verbum, gens, positum in ea, quod verbum verificatur in quatuor hominibus. vt Bart. in. d. l. 1. ff. de probatio. quod nota ad intel. illi⁹. l. fori. & dixi suprà in gl. no se jũtarã.

nos regidores, ni caualleros, ni otras personas[e] algũas de los tales pueblos,[f]

e **Personas.**[e] Quæ veniant appellatione personæ, dixi late in cap. 1. in glos. de ninguna persona. & sic quòd cum illis personis, & vniuersitatibus contrahitur adunatio, confœderatio, & partialitas: siue sint ecclesiasticæ religiosæ, vel cuiuscunque qualitatis, & etiam si fiat cum muliere, vt dixit Paul. de Castro in. l. 1. §. iusgentium. in princi. ff. de iusti. & iur. & dixi in glo. 1. istius. c. nu. 2.

Summarium.

1 Partialitas contrahitur etiam cum forensi, si ibi sæpe conuersatur.
2 Statutum ciuitatis habet locum in forensem, & contra eum, si ibi continuè conuersatur.
3 Contrahere non potest iudex cum forensibus, qui conuersantur in loco suæ iurisdictionis.
4 In conuersatione decẽnium requiritur.
5 Conuersatio, an faciat quem de foro.
6 Scholaris non efficitur incola alicuius loci ante decẽnium: & ideo de contractibus, & delictis alibi commissis non potest conueniri in loco studij.
7 Conuersatio, seu habitatio assidua, an sufficiat, etiam si non sit decẽnalis.
8 Domicilium an dicatur quis contraxisse, quando vendidit bona, & possessiones, & contulit se in alium locum, in quo emit domum, & possessiones.
9 Domicilium, an constituatur per decẽnium.

f **Tales pueblos.**[f] Idem crederem, & tenerem, quòd in pœnam confœderationis, adunationis, seu partialitatis iudex incurrit, si eam habet non solùm cum subditis suæ iurisdictionis, verum
1 etiam cum forensi, † si ex eius adunatione, &

 partialitate

partialitate aliquis damnum recipiat, si talis forensis erat homo, qui sæpe, & quasi continuè ibi conuersabatur, vel vtebatur. Quia licet sit verum, quòd forensis dicatur ille, qui non est subditus, nec habitat in eadem ciuitate, nec habet ibi domicilium, vt Paul. de Castro. consilio. 193. col. vlti. & in consi. 9. & Feli. in cap. quoniam. de offi. ordina. in principi. non habet locum in forensem, qui continuè ibi conuersabatur, vel vtebatur: quia iste pro ciue, & subdito reputa-
2 tur: & contra eum extenduntur † statuta ciuitatis, & non potest allegare ignorantiam. tenet Gandi. in tracta. malefi. in titu. de rebus portan. contra deben. nume. 7. in fine. & Ias. in. l. cunctos populos. C. de summa trinita. & fide catholica. nume. 67. cum sequentibus. & Hippolyt. de Marsil. in. l. fin. ff. de iurisf. omnium iudi. nume. 81. in repetitio. ¶ Et cum talibus forensi-
3 bus, qui conuersantur † in loco, iudex non potest contrahere: & si contrahit, contractus est nullus. vt tenet Alexan. in. l. principalibus. ff. si cert. petat. nume. 4. versicu. quarto limita. & facit text. iuncta glossa. ibi in. l. quisquis. C. si certum peta. ibi, si in prouincia fuit versatus.
¶ Sed quod tempus in ista conuersatione requiritur? Angel. in consilio. 27. dicit, quòd in ista
4 † conuersatione requiritur decennium, loquendo quando quis dicatur contrahere incolatum: vbi dicit, quòd consuetus conuersari in ciuita-
5 te, talis conuersationis † vsus non facit quem, de foro, nisi vsus sit assiduus, vt per. 10. annos cõtinuos. secundùm Cy. in. l. 2. C. vbi senato. vel clarissi. vbi hoc expressè dicit. Et facit quod notat Innocen. in. c. ex parte. de foro compe. & idẽ tenet Alex. in consilio. 165. in. 6. volu. consiliorum. nume. 3. ¶ Tamen Bart. ibi in. l. 2. C. vbi de crimi. agi opor. dicit, quòd licet tales non habeant ibi domicilium, ex conuersatione assidua sortiuntur ibi forum, & possunt ibi conueniri. Quod est considerãdum: quia prædicti expressè dicunt, quòd assidua conuersatio domicilium non inducit, sed quòd facit quem sortiri forum. ita Bart. vbi suprà, & Feli. in cap. dilectus. de rescrip. col. 6. versi. ad domicilium sortiẽdum. vbi dicit, quòd cautus debet esse ille, qui fundat se in assidua conuersatione, vt deducat dictũ tempus. 10. annorum. Idem tenet Bald. in. l. 1. versi. quarto quæro. C. vbi de crimi. agi opor. dicens
6 post Iacob. Butri. quòd scholaris † nõ efficitur incola alicuius loci ante decenniũ: quia quotidie videtur esse in via, donec est in studio: & ideo de contractibus, vel delictis cõmissis alibi non potest cõueniri in loco studij. ¶ Sed secundùm Felin. vbi suprà, est aduertendum, quia multi tenent sufficere conuersationem assiduam,
7 † etiam non decennalem. ita Innocen. in. c. dilecti. de foro compe. & Salycẽ. in dicta. l. senatores. & in dicta. l. 2. C. vbi de crimi. agi opor. & Cardi. in cap. ex parte. de foro compe. dummodo ex coniecturis non appareat cum de loco recessurum. & ibi Abb. latè col. secũda. dummodo etiam habeat certam partem fortunarum suarum in illo loco. per illum text. videtur tamen Abb. ibi requirere hoc ad finem, vt quis dicatur sortiri ibi domicilium. Sed ad finem, vt possit ibi conueniri, videtur velle, quòd sufficiat assidua conuersatio. Et pro ista parte vide latè vltra omnes Maria. in cap. fina. de foro competen. colum. 16. vbi vltra alios considerat, quòd nõ reperitur text. qui dicat, quòd requiratur habitatio decẽnalis. Nec obstat. l. 2. C. de incolis. quia respondetur, quòd iura loquẽtia de habitatione, intelliguntur, quando quis efficitur per ea incola. vt in dict. l. 2. C. vbi senato. vel clari. & notat Innocen. in dict. cap. ex parte. secundùm Feli. vbi suprà, vbi dicit, quòd ex dictis Mariani licet multa scribat, tres casus ordinat. ¶ Primus, quando sola habitatio non habet aliam causam, aut actum adiunctum significatiuum assumpti, vel non assumpti domicilij, & hoc casu sit arbitrarium, vt arbitretur iudex ipsam habitationẽ & moram. ¶ Et sic sit in isto casu illius capitul quod sit arbitrarium, vt ex ista cõuersatione domicilij possit partialitas notari, si fortè nulla alia causa adest constituti domicilij, nõ debet arbitrari domicilium constitutum minori tempore decennij. per text. iuncta glossa. in. l. est verum. C. de incolis. lib. decimo. Et facit quod de decurione notat glos. in. l. 1. C. de seruis fugiti. Ita dicit sensisse Abb. in cap. fin. de parochijs. dum dicit, quòd si habitans non emit ibi possessionem, sed stat ibi in suspenso, tempus erit arbitrarium. ¶ Secũdus casus est, quando habitatio habet admista aliqua significatiua domicilij
8 quia in loco vbi prius habebat † domicilium, vendidit domum, & possessiones, & contulit se ad alium locum, in quo emit domum & possessiones, dicitur ibi constituisse domiciliũ. vt per Hosti. & Abb. in. d. cap. fi. & hoc modo intelligitur dicta. l. secũda. C. vbi senato. vel clari. cum aliis præallega. Et concludit latè Maria. contra Abb. in dict. cap. ex parte. quòd habitus totius patrimonij, vel maioris partis, non constituit domicilium, quia requiritur animus. qui cognoscitur per habitationem. Et dicit Abb. in. d. cap. fin. quòd vbi immediatè quis declarat animum

animum suum, quòd vult ibi habere domiciliū,
dicitur tunc habere sine alia exceptione tem-
poris. ¶ Tertius casus est, quando quis habi-
9 tauit decēniò, † quia videtur habere animum
perpetuò standi, & præsumitur ibi constituis-
se domicilium,
etiam si prius nō
ostenderit alia si

saluo q̄ ygualmēte[g]

gna domicilij acquirendi, putà, si stetit simpli-
citer conducendo domum. ita loquitur tex. cum
glo. in.d.l.2.C.de incolis. lib.10.& ita intelligi
tur quod notat Iohan. Andr. & Abb. in proœ
mio decretali. per.l. cùm de in remverso. ff. de
vsuri. & glos.Bart.& Angel.in.l. lex Cornelia.
§. domum. ff.de iniuriis. Speculator.in titu. de
compe.iudi.aditio.§.1. versic.45.& versicu.51.
¶ Sed hunc tertium casum limita tripliciter se-
cundùm Felio. vbi suprà in dict. cap. dilectus.
de rescrip. ¶ Primò dummodo decennium sit
continuatum, secus si interpolatum. allegat An
gel.in dict.§.domum. Sed Iohan. de Plate.in.l.
nec ipsi. C.de incolis.lib.10.num.2. dicit, quòd
si statuto cautur, quòd quicunque habitauerit
per decēnium sit ciuis, requiritur ad hoc quòd
sit ciuis, quòd habitauerit maiori parte tempo-
ris secundùm Iacobum de Aretio. & Barto. in
dict.l. cùm delanionis. §. sabinus. ff. de fundo
instructo. ¶ Secūdò limita, nisi sit præsumptio,
quòd etiam habitans decēnio non intendat ibi
contrahere domicilium. Exemplificat in scho-
lari, qui stetit in studio decennio, & fortè stu-
duit primò in vna facultate, & modò in alia, vel
fortè detentus alia extrinseca occupatione non
potuit studium complere, & cōtinuè cogitat de
repatriando: quia iste domicilium non sortitur
per decēnium. Et idem potest secundùm eum
exemplificari in quocunq; alio ostendente per
exteriora signa, quòd non intendit domicilium
sortiri. vt latè per Felin. vbi suprà. quem vide.
Et quòd per decēnium habitando quis, dicatur
vicinus, text. est in.l.23. titu.2.lib. 7.in ordi.re-
gali. & text. in.l.31. titu.2. partit. 3. & text.in.l.
2. titu. 24. parti. 4.

Summarium.

1 AEqualitas in iudiciis etiam arbitrariis, & in
aliis actibus extraiudicialibus est seruanda.
2 Priuilegium competens vni litigatorum, exten
ditur ad alterum.
3 Inter litigatores debet esse æqualitas.
4 Priuilegium personale egreditur personam, &
transit ad aduersarium.
5 Dilatio vni data, prodest alteri.
6 Aequalitas inter socios est seruanda.
Contrahentes cum minore, obligātur, licet ipse
non obligetur.
7 Aequalitas seruatur in quasi contractibus, & in
vltimis voluntatibus, & in collationibus, &
inter dotem & donationem, & in muneri-
bus subeundis.
8 Casus, in quibus ratione æqualitatis priuilegiū
personale egreditur de persona.
9 Accessoriæ, quæ dantur iudicibus Illiteratis &
nō salariatis ad proferēdam sententiā de con
silio peritorum, debent solui per vtrunque
litigatorum, vt æqualitas seruetur.
Quid in expensis notariorum.
10 Iudex, vel notarius, qui vni parti remisit expen
sas, an teneatur remittere alteri, vt æquali-
tas seruetur.

g Ygualmente. [g] Idem tenet Spe-
culator in titul. de
dilatio. §. 4. versicul. sed nunquid terminum.
1 nume. 13. vbi ait, quòd æqualitas † in iudiciis
est seruanda. Et facit text. in. l. qualem. ff. de
arbitris.& .l. in sacris. C. de proximi. sacro.
scrini. §. quoniam. lib. 12. & glos. in. l. fina. in
fine. C. de re milit. libro.12. in parte, forma.
¶ Et non solùm in iudiciis, sed etiam in arbi-
tris, & in aliis actibus extraiudicialibus, & ar-
bitraria contingentibus. vt. ff. de arbitris.l.si de
meis. circa principium. & . l. pedius. §. in ser-
uum. & . l. cùm dies. §. penulti. ff. de vulgari.&
pupilla. substitu. & .l.hoc iure. &.l. lucius.eod.
titu. & in. l. ratas. C. de rescinden. vendi.& in
l. in testamento. ff. de testamen.mili. & in.l.hæ
reditatem. de impuber. & ali. substitu. & Bart.
& Plate. in dicta l. in sacris. §. fina. ¶ Et dicit
Dynus in regula. in iudiciis. de regul. iur. in.6.
quòd intātum debet obseruari in iudiciis, quòd
2 si vnus litigatorum † sit priuilegiatus, & alter
non, priuilegium vni competens, extendi de-
bet ad alterum. vt in. l. fina. C. de fructi.& liti.
expens. & per dictā. l. in sacris. Sed dicit Dy-
nus, quòd hoc est falsum: quia priuilegium vni
concessum, ad aliud extendi non debet. vt In-
stitu. de iure natura. §. sed quod principi. nisi
saluetur, quòd habeat locum in priuilegiis con
cessis vel pertinentibus ad litis executionem.
vt in dicta. l. fina. de fructib. & litis expens.
Vel potest dici, vt ibi per eum. Aut priuilegiū
continet ius iniquū, vt quia in alterius læsione
concessum, & si fuit concessum ad postulationē,

debet vti impetrans eodem iure: sed si sine po-
stulatione, tunc non cōpellitur eodem iure vti.
vt in.l.1.ff. quod quisque iuri. sed si nō continet
ius iniquum, sed fauorem illius, cui conceditur,
& aliquam iuris cōmunis relaxationem, siue ad
postulationē eius concedatur, siue nō conceda-
tur, prodest impetranti tantū. vt in.d.§.sed quod
principi.& prodest nō solùm impetrāti, sed etiā
cū litigāti occasione controuersię.quæ inter eos
versatur, esset inæqualitas vitanda, & tunc vide
tur eum cōtingere.& ita loquitur.l.fina. de fru-
ctī. & litis expens.&.l. in sacris.&.l.vnicuique.
eod.titu.secundùm Dy.vbi supià. ¶ Ex quo di
cit Bart.ibi in.d.l. in sacris.in fine.& Plat. in.d.
§.si.quod inter litigatores debet esse æqualitas,
3 † vt quantum vnus soluit pro sportulis, tantum
soluat alter, & nō plus: & si vnus ex speciali pri
uilegio nil soluet, etiā vnus aduersarius nil sol-
uet, quantūcūq; succubuit, et aduersario sit in ex
pensis condēnatus.vt est casus in.d.l.fina. Et idē
tenet Christopho.por.Institu.quibus aliena.li-
cet vel nō.in §.dirēdo, quòd si aliquis ex priui-
legio habet ꝙ non teneatur iudici delegato sol-
uere nisi mediam partem salarij eius, quod alter
soluere tenetur, hoc priuilegium attribuitur ad
uersario eum quo litigat, vt dicta æqualitas in iu
dicio inter litigatores seruetur. ¶ Et sic est casus,
4 in quo priuilegium personale † egreditur per-
sonam, & transit ad aduersarium ratione iudicia
riæ æqualitatis seruandæ. ¶ Sic est in dilatione:
5 quia dilatio vni data, † prodest alteri. l. peten-
di. C. de tempo. in integr. resti. ¶ Similiter in
arbitris, vt dixi: quia se habent ad instar iudicio
rum. vt in. l. 1. ff. de arbitris. ¶ Et inter socios:
6 † vt in.l.si socius pro filia.ff.pro socio.licet quā
doque claudicet pactum, siue contractus, quādo
est iusta causa claudicādi, vt est fauore pupilli,
quia contrahendo sine authoritate tutoris, non
obligatur, sed cōtrahens secum, bene obligatur.
vt in.l. nihil.§.penul.ff. de actio. emptl.& Insti
tu. de autho.tuto.in princip.& vide Alex.in.l.
videamus.ff. de iur.iura.num.8.vbi idē tenet.s.
ꝙ licet contractus factus per minorē sit nullus,
est verū, quando est cōtra se, secus si est in suum
fauorē.glo.in.l.1 §. fuit quæsitum.ff. ad trebelli.
& in l.7.tit.11.foro legū.lib.1. & facit.l.11.tit.22.
part.3.tex.in.l.nō ideo minus.C.de procu.in fi.
glo. in.l.si tutor. C.in quibus caus.resti.in inte-
grū non est necess. Salyc.in.l. non vtiliter. C.de
eo, qui pro tuto. se gessi.& Cyn. in.d.l. si tutor.
Et facit quod tenet Bar. in.l.1. ff. de tutelis & ra-
tio.distra.num.5. vbi si contractus est nullus fa-
uore alicuius, ille potest dicere contractum vale
re.vt in.l.si res.§.1.ff.de iur. dot. & vi. Inno.in
c.accedēs.de procur.in fine.vbi allegat d.l. non
eo minus.eū glo.singula.in. l.2. ff. de acceptila.
& ibi Angel.& cōsi.316. & Bal.in.l. cōtra iuris.
ff.de pactis. Barb.cōsi.58. in.2.volu.in fine. licet
Bal.in.d.l.cōtra iuris. ff. de pactis dicat, ꝙ valet
actum fauorabile in fauorem minoris sine cura-
tore, si non opponatur. & Feli. in.c.s.de accusa.
nu.6.sed hoc intelligo, si actus est in fieri, & non
dum est perfectus. Secus est si est perfectus, quia
tunc valet, & tenet, licet à parte opponatur, si est
in fauorem minoris. vt in iuribus supradictis.
7 ¶ Itē in quasi contractibus † seruatur ęqualitas.
vt in.l.si.ff.de nego.gest. ¶ Et in vltimis volūtati
bus, & in substitutionibus in dubio seruatur.vt
in.d.l.in testamēto. ¶ Et in collationib⁹.l. illud.
§. ad hęc.C.de colla. ¶ Item inter dotē & dona-
tionē seruatur æqualitas. vt in authē. æquali.C.
de pactis cōuen. ¶ Itē in muneribus subeundis,
& solutionibus tributorū seruatur ęqualitas.C.
de anno.& tribu.lib.10. prout tenet dictus Iohā:
de Plate.in.d.l.in sacris. ¶ Attamē licet Plat.di
8 cat, ꝙ illi sunt casus, in quibus ratione † ęqualita
tis priuilegiū ꝑsonale egreditur de persona, An
ge.de Aretio, in.d.§.sed quod principi.nu.2.po
nit alios. ¶ Et primum dicit, quòd si est priuile
gium cōcessum propter naturalē & sufficientē
rationem, vt in beneficio restitutionis in inte-
grum concesso minori propter lęsionem, ꝙ tran
sit ad heredes. vt in.l.interdū.ff.de mino ¶ Secū
dus est in priuilegio concesso marito ne conue
niatur nisi in quātum facere potest, quod transit
ad hæredem, idest, ad cōmunem filium eiusdem
matrimonij. vt in.l.etiā.in princi.& ibi doct. ff.
solut.matri. ¶ Tertius in priuilegio prælationis
dotis concesso mulieri, quod trāsit ad hæredem
ratione æqualitatis, idest ad filiū mulieris eius-
dem matrimonij. vt in. l. assiduis. §. exceptis.
C. qui potio. in pig.habean. ¶ Quartus, quan-
do de hæredibus in plurali est facta mentio,
quia tunc etiam transit ad hæredem hæredis. vt
in. l. sciendum. ff. de verbor.significationi. Sed
si de hærede in singulari fuit facta mentio, tunc
non transit nisi ad primum hæredem, si est ta-
lis res, quæ de sui natura non transit ad hære-
dem. vt in. l. antiquitas. C. de vsufructu.
¶ Quintus, quando priuilegium conceditur ci
uitati, vel loco, quia semper idem est locus, licet
personæ renouentur. vt in.l. proponebatur. ff.
de iudiciis. & vide quæ dicam infrà, in capitu-
lo. 29. in glossa, los priuilegios. ¶ Sextus, si
concedatur posteris, quia transit ad successores,
non tamen ex fœmininis. vt in.l.prima, in fine.
ff.de

ff.de iure immunita. ⁋Septimus est,si priuilegium concedatur rei, quia ad quoscunque transit res, transiret priuilegium. glos. in .l. sordidorum. C.de exacto. tribu. lib.10. Quæ omnia sunt de mente Bart. in. l. 1. ff. de constitu.princip. & Bart. Angel. & Imol.in.l. quia personale. ff. solut. matrim.

tengã a, todos en justicia[h] quanto a ellos

⁋Et idem ego di-
9 cerem in accessoriis,† quæ dãtur iudicibus illiteratis nõ salariatis, vt eum consilio peritorum proferant sententiã, quæ debent solui per vtrũque litigatorem. vt tenet Luca. de Pẽn. in. d. l. in sacris. col.3. versicu.secundò quærit.per cap. statutum.§. assessorem.de rescrip.in.6. & Paul. de Castro in.l.fina.ff.de assesso.& Abb.in cap. sciscitatus. de rescrip.nume. 15. & dixi suprà in c. 1. in glo. y el derecho a las partes. versic. an si de consillo sapientis.in fine. ⁋Et facit quod tenet Bald. in. l. prætor. §. sed ibi. ff. de edendo. vbi ait,quòd si iudex mittit notariũ ad aliquem locum pro examinandis testibus, quòd debet mittere expensis petentis: si autem mittitur ex mero officio,tunc mittet expẽsis vtriusque partis.& sic tenet,quòd consilium est petẽdum expensis petentis. vt Bald. ibi,in additione.nu.2.
10 ⁋Sed si iudex, vel tabellio, qui † sportulas recipere debet gratis,remiserit vni parti,an teneatur remittere alteri, vt æqualitas seruetur. quod videtur per supradicta. & in authen. sed cùm testator.C.ad.l.falcidi. Tamen contrarium est verius:quia nemo tenetur esse liberalis vltra quàm velit. vt in.l.tutori. C.de negoti.gestis. secundùm Bald.in.d.l.fina.C.de fru. & litis expens. nume. 9. Nec obstat dicta authen. quia ibi non est liberalitas, sed fidei meritum,& honor exhibitæ fidei. vt in authenti.de hæredi. & falci. §.si verò.col.1.& in.l.patrem.ff.quæ in frau.credi.

Summarium.

1 Iustitiæ definitio.
2 Iudex debet esse iustus,& nulli vitio subiacere: & debet esse fortis,potens,& constans, & debet habere in se alia,vt hic.
3 Iudicandi authoritas est quędam potestas delegata hominibus à Deo,de qua rationem sunt reddituri secundùm qualitatem eorum.
4 Exemplum de quodam gentili,qui iustitiam fecit omni tempore.
5 Iudex non faciens iustitiam,Deo tenetur.
6 Iudex iustitiam non faciens,parti tenetur.
7 Iudex tenetur parti,si probationes,& defensiones non admittit.
8 Iudex negligens in accusatione,vel querela recipienda,& in testibus examinandis super ea, facit litem suam. Fallit vt hic.
9 Iudex si non admittit probationes,& defensiones,& instrumenta, tenetur.
10. Iudex tenetur,si non fecit restitui furtum.
11. Iudex tenetur, si non exigit condemnationem communis.
12 Iudex tenetur,si noluit audire partes.
13 Iudex tenetur, si per dolum notabilem omittit interrogare testem.
14 Iudex omittens condẽnare victum in expensis, quando fuerunt petitæ à parte, tenetur.
15 Iudex tenetur,quando non diffiniuit causam ciuilem,infrà tempus à statuto præfixum.
Iudex negligens inferendo sententiam, ad finem,vt partes se concordent in foro cõscientiæ, parti tenetur.
16 Iudex tenetur,si processum criminalem non expediuit infrà tempus statuti, & successori reliquit.
17 Iudex,an teneatur,si de maleficio non inquirit.
18 In magistratu præsumitur ignorantia,nisi scientia probetur.
19 Iudices,& rectores possunt aliquos retinere,vt socios,vel mandatores manifestent.
20 Iudices debent esse vigiles in iustitia facienda, quòd nunquam ad superiorem citius perueniat culpa delinquentium, quàm vindicta.

h **En justicia.** [h] Quę est omnis virtus secundùm Philos.ethi-
1 corum. † & est constans & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuens. Institu. de iusti. & iur. in principi. & in.l. 1.ff.cod. quæ non potest habere locum, vbi deficit fides. vt Specula. in titu.de summa trinita.& fide catholi.in prin-
2 cipi. Et sit iudex † in se iustus, vt nulli subiaceat vitio graui. Et fortis,potens,& constans in exhibendo quod debet. Nec vereatur magnitudinem cuiuscunq;: quia non est qui resistat maiestati suæ. Esther.9.& ideo dicitur Ecclesiastes 7. Noli velle fieri iudex, si non vales virtute, idest fortitudine irrumpere iniquitates malorũ. Et ad hoc tendit illud vulgatum. Non vultum pauperis, nec honores potentis considerari debere,sed quod iustum,& honestum videtur tibi vnicuique quod suum est, nec alterum lædere: quæ duo sunt iustitiæ partes. vt in.§.iuris præcepta. Institu.de iusti. & iur.& tenet Marcus Mantua in tracta. de fauoribus pupillorũ.

prima parte. col. fina. tomo.18. tracta. folio.95.
¶ Et debet esse patiens in sufferendo, & tran-
quillus in discutiendo, & finiendo, & rigidus
in minas inferendo: quia sic Deus iudex mina-
tur peccatoribus per prophetas. vnde dicit. Ni-
si conuersi fueritis ad Deum, gladium suum vi-
brauit suæ vltionis, cōminando. Et debet esse
æquus in discernendo, & maturus in discurren-
do. vt ponit Archiepisc. Floren. in tertia parte.
titu. 9. cap. 1. in princi. vbi quoque tenet, quòd
qui iustè iudicat, bonum opus facit, & secundū
eum remunerabitur: quia opus excellens & la-
boriosum valde bene peregit, & magno pręmio
coronabitur: quia iudex dicitur quasi ius dictat
populo, siue q iure disceptat. Iure aūt discepta-
re, est iustè iudicare. vt in.c. iustū. 23.q.2. et Leui.
19. Iustè iudica ꝓximo tuo. Et nisi sufficienter ꝓ
batum fuerit, nullus debet condemnari, nisi con
fessus, vel conuictus. Et hæc omnia acta per iu-
dices, potest dici pro eis, Beati, qui custodiunt
iudicium, & faciunt iustitiam omni tempore.
Psal. 105. secūdùm Floren. vbi suprà. ¶ Et quia
3 actus iudicij, & authoritas † iudicandi est quæ-
dam potestas delegata, seu collata hominibus à
Deo, qui in hoc tenent locum, & vices Dei in iu
dicando inquantū possunt debent eum imitari.
Vnde dicitur Deutero. 1. Quod iustum est iudi
cate. Dei enim est iudicium. Nam & de suis iudi
ciis ipsi iudici Deo rationē sunt reddituri, & se-
cundùm qualitatē eorum gloriā, vel pœnā rece-
pturi. vt tenet latè Archi. Flo. vbi suprà. ¶ Vbi
4 refert de quodā pagano iudice, † qui fuerat iustis
simus in iudicando, cauens sibi ab omni iniusti
tia: qui quamuis mortuus fuerit in infidelitate,
tū præseruatus fuit per longissima tempora ab
condēnatione infernali. ¶ Demum quodam fo
diente in agro suo ad puteum, vel aliud facien-
dum, audita est vox, leniter percute, ne me læ-
das: quo interrogante quis esset, respondit se
fuisse gentilem, & iudicem, & propter iustitiam
suam à Deo pręseruatum quousque baptismum
reciperet, rogans eum, vt pro episcopo mitteret,
vel iret, vt baptismum ei conferret: quo facto, su
bitò in cinerem dissolueretur: caluaria eius inte
gra erat, & lingua in ea viuens, & recens, & lo-
quens. Quibus omnibus peractis, & coram ipso
clero, & populo per ipsum declaratis, baptis-
mo recepto, in cinerem, est resolutus, ad beati-
tudinem anima eius nulli dubium tendente.
Beati ergo, qui custodiunt iudicium, & faciunt
iustitiam omni tempore, & sine acceptione per
sonarum. vt latè Dyn. in dicta regul. in iudiciis.
& in cap. nouit. de iudi. quia aliàs teneretur, vt
5 † dictus Archie. Florenti. vbi suprà allegando
Sapien. 6. dicendo, Discite iudices finium terræ
præbere aures vos, qui cōtinetis multitudines,
& placetis vobis in turbis nationum. quoniam
data est à domino potestas vobis, & virtus ab al
tissimo, qui interrogauit opera vestra, & cogita
tiones scrutabitur: quoniam cùm essetis mini-
stri regni illius, nō rectè iudicastis, nec custodi
stis legem iustitiæ, nec secundū volūtatem Dei
ambulastis. Horrendè & citò apparebit vobis:
quoniam iudicium durissimum fiet his, qui præ
sunt, idest damnatio, & punitio grauissima iu-
dicibus malè iudicātibus, & iniustè. ¶ Et non
6 solùm Deo, verumetiam parti læsæ tenetur. † vt
dixi in cap. 1. in glo. y derechamente. & in glo.
el derecho alas partes. in versi. & ideo si iudex.
7 ¶ Et vltra ibi dicta dic, quòd quoque iudex † te
netur, si non admittit probationes, & defensio-
nes, quia non facit iustitiā: dum tamen pars pro-
betur in syndicatu, quòd produxit testes pro-
bantes intentionem suam, & noluit examina-
re, aliàs non tenetur. Quod est menti tenen-
dum secundùm Amodeum Iusti. in dicto tracta
tu syndica. in parte, an & quando officialis te-
neatur de negligētia. versi. 2. ¶ Ex quo secundū
8 eum ibi infertur, quòd si potestas, † vel iudex ne
gligat recipere accusationem, denuntiationem,
vel querelam sibi porrectā. vel si recipiat, & no-
luit examinare testes sibi productos, facit litem
suam, & tenetur in syndicatu: dum tamen pars
probet in syndicatu, quòd produxit testes pro-
bantes intētionem suam, & iudex noluit exami
nare: & quòd interest sua testes fuisse examina-
tos in tanta quantitate. vt in. l. si quando. C. de
testibus. aliàs iudex non teneretur secundùm
Bald. in. l. dāni. §. sabinus. ff. de damno infecto. &
in. l. in pecuniariis. ff. de feriis. allegat. l. qui cō
meatus. ff. de re militari. ¶ Sed hoc fallit, quan
do querelatur seu queritur de vxore, filiis, vel
cęteris, quos secū iudex habet. quia quādo tales
conueniūtur, potest iudex non admittere quere
lantem, & dicere, vade ad alium iudicē. text. est
in. l. lex Cornelia. ff. de iniuri. in princi. & tenet
in. l. qui iurisdictioni. ff. de iuri. omni. iudi. in si.
¶ Similiter tenetur, si non admittit alias defen-
9 siones, † vel probationes per instrumēta. secun
dùm Bal. in. l. præscriptione. C. si contra ius vel
vtil. publi. ¶ Idē secundùm eundē Amod. Iust.
10 tenetur, † si nō fecit restitui furtū, vel dānum, dā
num passo, cū possit, & tenetur in solidum. quia
præsumitur esse in dolo, vel lata culpa. quę dolo
cōparatur. secūdùm Bald. in. d. l. mancipia. C. de
serui. fugi. vbi dicit, quòd vidit quēdam iudicem
condēnari,

condemnari, quia attulit accusationem sibi porrectam ad camaram, & noluit super ea procedere.
11 ☞ Item tenetur, si non exigit † condemnationes, & alia debita communis. vt in. l. 1. C. de muner. lib. 12. & in. l. fi. C. vt in posse. lega. maximè si debitores ipsius communis facti sunt non soluendo. l. lucius. §. fi. de fideiuss. & eo casu debet de suo salario tantundem retineri. l. iudicis. C. de anno. & tribu. lib. 10. ☞ Potest tamen ab his, pro quibus soluit, repetere. secundùm Bartol. in. d. l. missi opinatores. C. de exa. trib. lib. 10. ☞ Item te
12 netur, si noluit † audire partes. Bald. in rub. C. de poena iud. qui male iud. & l. argentarius. §. cùm autem. ff. de edendo. ☞ Item si per dolum, vel nota-
13 bilem † negligentiam omittat interrogare testem de causa scientiæ. per tex. in. l. si quando. C. de te
14 stibus. ☞ Item si omittit condemnare † victum in expensis, quando fuerunt petitæ à parte glo. singula. in cap. fi. de rescrip. aliàs non tenetur, si nō fuerunt petitæ. vt in. l. properandum. §. sint autē alterutra. C. de iudiciis. Tamen si vult, potest condemnare in expensis, licet non sint petitæ à parte, cùm hoc emergat post litem contestatam, & sic ad eius officium spectet. tenet Iohan. de Plat. in. l. 2. C. de decurionibus. lib. 10. in fine: & si nō condemnat, non recuperat ab eo, qui debuit condemnari: quia lata sententia super expensis, officium expirat: quia soluit potius poenam sui quasi delicti, quàm verum debitum, ideo nō potest recuperare secundùm Angel. & Iohan. de Imol. in. l. si quis dolo. ff. de re iudi. Bal. in. l. sancimus. C. de iudi. licet Specula. teneat contrarium in ti. de expensis. §. postremò. ☞ Item tenetur, si non
15 diffiniuit † causam ciuilem infrà tempus à statuto præfixum. vt in authentica de quæstio. §. super hoc. colla. 6. Et non solum facit litem suā vt teneatur ad interesse partis quatenus eam lædit. vt in cap. iudices. de pace iura. firm. in vsi. feud. Sed tenetur etiam ad poenam statuti, & incidit in periurium: quia iurauit seruare statuta, & poena statuti nō excludit poenam periurij. vt in. l. si quis maior. C. de transa. & notat Bal. in. l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. procons. & lega. in. 3. q. versi. sed nunquid iudex. & ita refert tenuisse Iac. butri. in. d. l. properandum. in principio. C. de iudiciis. & idem tenet tex. in. l. 6. titu. 16. lib. 3. in ordi. regali. & in Pragmatica. 95. facta per nostrum Imperatorem & regem Carolum Valisoleti, anno. 1523. loquendo in iudicibus appellationum regimenti, quòd si infrà illum terminum nō decidūt causam, incidūt in illam poenā vltra interesse partis. ☞ Quod limita, & intellige verum, si potestas, vel iudex est in dolo, quia potuit, & noluit: sed cessante dolo, non est periurus, aliàs sequeretur, quòd ex culpa, & negligētia fieret periurus, quod est falsum. non tamen excusatur à poena pecuniaria statuti, nisi propter causam probabilem, & necessariam. vt in. l. cōtinuus. §. illud. ff. de verbo. obliga. & Innoc. in capit. pe. de offi. delega. ☞ Et dicitur probabilis causa, si fuit impeditus facto partium, & tunc excusatur à poena, & potest tempus prorogari secundùm Bald. in l. petendæ. C. de tempori. in integrum restitu. pete. & in authenti. clericus. C. de episcopis & cle. & in. l. ideo. C. de his, quibus vt indignis. vbi habetur, quòd vbi nō est culpa, non debet esse poena. ☞ Dicitur ergo iudex in culpa, si causa erat instructa, & fuit requisitus quòd expediat, & stat per eum: aliàs non dicitur negligens, nec tenetur ad poenam. secundùm Bald. in authentica, sed & his. & in authentic. Itē si appellatiōe. C. de temporibus appella. & in dict. §. iudicis. & dixi in capitulo primo in gloss. y. fiel. versiculo vltra supradicta. vbi singulariter. Quia in his, quæ respiciunt vtilitatem priuatam, iudex regulariter non impartitur officium non petitum. l. 4. §. hoc iudicium. & ibi Bartol. & scriben. ff. de damno infecto. & Amode. Iusti. vbi suprà. ☞ Et quātuncunque iudex teneatur infrà certum terminum causam finire, non cogitur expedire, nisi infrà finem temporis. Bartol. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, procedatur. & Cataldi. in. d. tracta. syndica. quæstione. 45. ☞ Et facit quod singulariter tenet Cardina. in Cle. sæpe. de verbo. significa. §. & quia quęstio. 18. vbi ait, quòd si iudex est negligens ferre sententiam ad finem concordandi partes, si propter concordiam partes læduntur, parti læsæ in Foro conscientiæ ad refectionē damni tenetur. quod sequitur Restaurus Castal. in tracta. de Imperatore. quæstione. 110. columna. 7. versiculo. 41. in fine. tomo. 5. tracta. folio. 72. ☞ Quoque tenetur, † si nō expediuit pro-
16 cessum criminalem intrà tēpus statuti, & successori relinquit. vt Bal in. l. 1. §. sciendum. ff. de magistra. conueni. Quod intellige verum, quando procedit ex mero officio, & ad vtilitatem publicam, quo casu dies, & terminos statuti interpellat pro homine. l. magnam. C. de commit. & contrah. stipula. c. potuit. de loca. Secus si procedit per accusationem, & non fuit per accusatorem requisitus, quia tunc non dicitur negligens, nisi accusatore petente, & requirente, quòd sententiam ferat. notat glossa in. l. si curatoris. C. de iure deliber. & . l. penult. eodem titulo. & est casus in. l. prima. C. vt infra certum terminum crimi. quæsti. termi. secundùm Amodeum Iusti.

Iusti.vbi suprà. ¶ Item tenetur, si non inquirit
17 † de maleficio, quando est notorium, vel quando fuit ei denuntiatum, aliàs non teneretur. tenet Bald. singulariter in.l. prima.§.magistratibus.ff.de magistra.conuenie.quia eo ipso, quòd delictum est sibi denuntiatum, vel est notorium, cõstat de negligentia iudicis: quia si ei nemo denuntiat, nec est notorium, non tene-

possible fuere l. Ni assi mismo durante el tiempo de su officio del dicho assistẽ

18 tur, quia etiam in magistratu præsumitur † ignorantia, nisi probetur scientia. quod Bald. ibi dicit notandum. & dicit quòd ibi est melior text. ad excusationem officialium. ¶ Et vid. Iohan. Andre. in capitulo, quanto. de offi. ordin. & tex. in capitulo, ordinationes.8. quæstione prima. vbi dicit, quòd si iudex non inquirit de eo, quod debet inquirere, tenetur, quia præsumitur in eo scientia, vel culpa. Quod intellige, quando est publicum, quia si non est publicum, nec notorium, & non denuntiatur ab officiali, vel syndico, vel promotori fiscali, sed ab aliquo priuato, qui prætendit commodum proprium, sit cautus iudex, quòd faciat porrigi accusationem in scriptis, & recipiat testes ad informationem, & ea data, procedat. ¶ Si verò non dederit testes, non inquirat, quia tunc non tenetur: quia non debet esse facilis ad credendum iniuriato, imò condemnat accusantem, non in pœnam talionis vt in.l. prima. C. de accusa. saltem in expensis, maximè ex querela maleuola, & non sit leuis ad inquirendum. Quia sicut iudex arguitur de negligentia, si non procedit de crimine, de quo sibi liquet: ita arguitur de lenitate, procedendo de eo, de quo non constat, maximè super maleficiis antiquis, in quibus dicit Amode. Insti. vbi suprà, quòd vidit muitos officiales leues ad inquirendum, & cum verecundia processisse, & in syndicatu fuisse damnatos. ¶ Rectores, &
19 † iudices possunt aliquos retinere, vt manifestent socios, vel mandatores, vel vt aliud faciant, quod de iure debent, & est iusta causa carcerandi. ita Bartol. in.l.3.§. diuus.ff. de iure fisci. Cataldi. in dict. tracta. syndi. quæstione.88. Et de multis alijs, ex quibus iudex tenetur, vel non, ne membranas occupem, nec sim transcriptor, vi. latè per dictum Paridem de puteo. & per a-
20 lios in dictis tractatibus. ¶ Et intantum † iudex debet esse vigil in iustitia facienda, quòd nunquam ad superiorem citius perueniat culpa de-

linquentium, quàm vindicta: quia hoc ipso præsumitur & arguitur de negligentia iudicis inferioris, qui hebet delicta punire. vt in capitulo, peruenit.18. distin. Innoc. in capitulo, sicut. de accusa. & tenet Lucas de penna. in.l. quotiens. C. de lucris aduoca. lib.12.

i te, o gouernador, o corregidor, ni sus officiales por si, ni por otro cõpre heredad k

l Fuere. l Text. in.l.4. titul.15. lib.5. in ordi. regali. versicu. la quinta. & dixi suprà in cap. primo in glo. y el derecho a las partes. prima columna.

Summarium.

k Heredad. k No. tex. quòd officialis in loco, in quo officium gerit,
1 prædium non potest † emere. simil. text. in.l.5. titu.5. parti.5. & in.l. qui officij.ff. de contrahen. emptiõe. vbi qui officij causa in prouincia agit, vel militat, prædia comparare in eadem prouincia non potest. ¶ Quod extẽde etiam ad nauem, quia nec eam fabricare, nec fabricatam emere potest. secundùm glo. ibi. Et ratio huius est secundùm. d. glo. ne fortè culturæ militiam, idest exercicium iurisdictionis dimittãt. vt in.l. milites. C. locati. & Ias. in.l. principalibus. ff. si certum peta. num. primo. referendo Ludou. Roma. dicit. quòd officiales debentes officio publico vacare & sic publicæ vtilitati, commóde facere non possent, si vacarent priuatis emptionibus. argumẽ.l. militis

militis agrum.ff.de re mili.& in.l.ab admini-
stratione.ff.de leg.primo. Et istam rationem an-
tea assignauit gloss.in.l.1.C.de nego.ne mili.lib.
12.& vi.tex.qui idem tenet in.l.nō licet ex offi-
cio.ff.eodem.de contrahen.empti.vbi non licet
ex officio, quod administrat quis, emere per se,
vel per aliam personam, alioquin non tantùm
rē amittit, sed etiam in quadruplum conuenitur,
quod fisco applicatur.vt gloss.ibi.& idem tenet
tex.in.l. vnica.C.de cōtractibus iudi.& text.in
l.aufertur.§.qd à præside.ff.de iure fisci.¶ Quod
2 extendet † ad consiliarios domesticos,& assesso-
res,qui quoque isti non possunt emere.vt in.d.
l.nō licet.& Paris de Put.in tracta.syndi.in par-
3 te,officiales.folio.87.¶ Quod fallit,† nisi quan-
do res paternæ confiscatæ venderentur,quia tūc
licet filio officiali emere propter affectionem.vt
in dict.l.qui officij.& est simil.text.in.l.milites.
ff.de re milit.& nō solùm quando distrahuntur
à fisco, verunetiam si distrahantur ab alio eme-
re licet.vt glo.ibi.¶ Quoque fallit finita iurisdi
4 ctione,† vel officio,quia tunc licet emere vt glo.
ibi.¶ Tu circa istum tex.vi.distinctionem Bar.
5 in dicta.l.aufertur.§.à præside † quam sequitur
Lucas de penn.in.l.2.C. de lucris aduoca.lib.12.
vbi dicit,quòd quando quis habet aliquod offi-
cium sine iurisdictione, vt si est ei commissa ad
ministratio rerum publicarum, & tunc si vigo-
re illius administrationis aliud venditur,non li-
cet sibi emere, aliàs punitur. vt in dict.l.non li-
cet.nisi emerit palàm, & bona fide.vt in.l.cùm
ipse.C.de contrahen.emptione.prout est in tu-
tore,& in executore testamentario,quia nō pos-
sunt emere bona minorum.nec defunctorum, a-
liàs puniuntur.vt in.l.13.titul.19.lib.8.in ordin.
regali.nec per se nec per aliam personam.vt Dy-
nus in regula.alicui.de regulis iuri.in.6.& Paul.
de Castr.in dict.l.cùm ipse.¶ Et idem,si haberet
iurisdictionem, & administrationem. & ex ea
emeret per dictas.ll.& hoc vult dicere dict.l.non
licet ex officio. ¶ Quandoque quis vult emere
extra id,quod venditur ratione ipsius officij: &
tunc aut emit inferendo metum occasione sui of
ficij, & habet locum.l.si per impressionem. C.
quod metus causa.quæ loquitur etiam in medio
cribus officialibus, vt in his,qui positi sunt ad
denuntiandum maleficia,& similibus.¶ Si verò
emit non inferendo metum, & tunc si quidem
est talis officialis,qui habet iurisdictionē,& non
licet sibi emere, nisi prout dicitur in dict.l.pri-
ma,de contractibus iudi.& si emerit, habet lo-
cum poena,dict.§.quod à præside. ¶ Si non ha-
bet iurisdictionem, non impeditur emere ali-
quo iure.argumen.in.l.ad inuidiam.C.quod
metus cau.quæ distinctio certe est bona.¶ Quid
6 autem si vtensilia, quæ emere † valet.vt in dict.
l.prima.C.de contra.iudi.non potest ad emen-
dum inuenire, an possit ex pretio soluto aufer-
re,vel subditos cogere ad vēdendum? Dic quòd
sic, vt tenet dictus Lucas de pēna,in dicta.l.secū
da,de lucris.aduoca.quod est notandum: quia
multi ribaldi nolunt talia vendere iudicibus ex
inimicitia, quā cū eis habent.& tenet Bal.in ca-
pitulo,nobis intrantibus.de pace constan.in v-
si.feudo.¶ Text.nostrum amplia, vt non solùm
habeat locum in iudicibus, verunetiam in pro-
7 ceribus † palatij,siue consiliariis,qui stant ad con
silium dominorum, quorum consilio res publi-
ca regitur,quia isti non possunt emere res subdi
torum,aliàs amissione pretij multantur.vt text.
& ibi docto.in.l.finali.C.de rescindenda vendi.
& hoc est, quia possunt ostendere minacem, &
seruorem.vt gloss.ibi. Quod dicit ibi Bald.habe
re locum in magnis consiliariis magnorum do-
minorum, qui tenent locum principum, sicut
sunt Regis legati,& Cardinalis, & domini ma-
gnarum ciuitatum, & non de aliis, quia non de-
bet intelligi de consiliariis episcoporum, vel ma
gistratuum minorum ecclesiasticorum, nec de
ipsis seruatur de consuetudine. ¶ Et istum text.
8 intellige verum, nisi de † conscientia, vel licen-
tia principis,seu dominorum,quia tunc licet eis
emere.secundùm Bald.in dict.l.finali.& est tex.
hic. Et vi.Alexan.in consilio.64.numero.4.in
4.volu.vbi ait, quòd licet consiliarij principis
non possunt emere res subditorum,tamen si il-
la emunt de conscientia principis, possunt: quia
præsumitur abesse omnis sinistra suspicio pro-
pter præsentiam principis. ¶ Et quia suprà lo-
quitur Bald.de consiliariis dominorum, videtur
9 quòd † quilibet dux, seu comes potest habere
consilium, seu parlamentum. vt sentit ibi Bald.
Tu tamen tene contrarium quia solus princeps,
qui non recognoscit superiorem, potest habe-
re consilium, seu parlamentum. vt tenet Gui-
do Papa.decisione.43.Quod est cōtra istos Du-
ces, & Marchiones Hispaniæ,qui vocant suum
consilium.Quia si superiorem habent,non pos-
sunt habere parlamentum, seu consilium. vt
ibi.allegando Bartol.in.l.quodam Tiberius
Cæsar.ff.de hæredi.institu.licet ibi Bartol.non
videatur hoc sentire. Sed tu vi.Bartol.vbi vult
hoc expressè dicere in.l.2.C.de decurio.lib.10.
in fine,allegādo.l.2.circa principium.ff.de orig.
iuris.Et tenet Iohann.Montag.in tracta.de par-
lamentis.in princ.nu.4.tomo.5.tracta.folio.241.
¶ Et

Et an quilibet prælatus, vel Baro posſit conſtituere conſulatum in terra ſua. vi. Guido. Pap. licet remiſsiuè ſingulari. 422. §. vtrū. Et licet officialis nō poſsit emere à ſubditis hoſpitia, vel campos, niſi victualia, vt dictum eſt. & in. l. ſolēt. §. nūc verò. ff. de offi. proconſu. tamen poteſt † emere equos, quia nō debet ire pede,

10

ᵉalguna, ni edifique caſas[l] ſin nueſtra li-

quia ſunt ſimiles alimentis, imò ſunt pars alimētorum. vt notatur in. l. denique §. idem labeo. ff. mandati. ſecundùm Bal. ibi. & tenet Paris de pu. in dict. tracta. Syndi. in parte contrahere officialibus. folio. 86. num. 3.

de reſcrip. per doctorem del Caſtillo in. l. 31. de Toro in gloſ. ſpecialmente. Quibus adde, quòd renuntiare, eſt donare: quam renuntiationem procurator non poteſt facere ſine ſpeciali mandato. tenet Abb. in capit. primo. vt lite non conteſta. num. 28.

cencia, y es ſpecial[m] mandado en la tier

Tamē in omnibus caſibus, in quibus ſpeciale mandatū requiritur, ſi probabiliter dubitatur de mandato, admittitur procurator cum cautione de rapt. ita tenet Abb. in cap. coram, de in integr. reſti. colū. ſi. numero 6. per text. notabi. in. l. quòd ſi ſpeciali. ff. de minori.

Summarium.

1 Habitare debent judices in palatiis publicis, & non in domibus priuatorum.

1 Caſas. [l] Similis tex. in. l. vnica. C. de cōtracti. Iud. ibi, vel domos extruere nō aliter poſsint, niſi ſpecialē noſtri numinis hoc eis permittente diuinam reſcriptionem meruerint. ſimil. tex. in. l. 5. titu. 5. parti. 5. & ibi Montal. Et ratio eſt, quia poſſunt inferri metū & impreſſionem vt dictum eſt in gl. ſuprà proxima. Et
1 quia non poſſunt habitare † in domibus priuatorum, ſed in domibus publicis. vt in. l. nulli. C. de officio rectorum prouinci. & gloſſ. in. l. obſeruare. ff. de offi. proconſ. & lega. Quod intellige ſi ſint palatia publica, vel prætoria, aliàs ſecus. vt ibi in. d. l. nulli iudicum. & Paris de Pute. in. d. tracta. verſi. officialis. in fine. folio. 88.

Summarium.

1 Mandatum ſpeciale requiritur in iſtis caſibus. Et an in iſtis caſibus admittatur procurator cum cautione de rato.

m Special mandado. [m] Nota caſum, in quo
5 Duces,†Marchiones,Comites,& Barones nostri tẽporis habeãt has pœnas, & ius cõfiscãdi? Iohan. de Plate.in.l.1.C.de bon.vacat.lib.10.1. colũ.nu.2.versi.an autẽ barones.dicit,ꝙ videtur ꝙ sic,cũ habeãt merum imperiũ in feudũ.vt in d.§.si verò dñs tẽporalis.de statutis cõtra libertã.ecclesiæ. præsertim cùm imperiũ sit scissum. Quidã autem dicunt posse confiscare ex causis descendentibus à mero imperio,ex quo ipsum habent,aliàs nõ. Sed secundũ Iohannem de Plate.ibi possunt,si consueuerunt, cũ enim ex consuetudine dicatur eis iurisdictionẽ competere. vt in.l.1.in fine. C de emancipa.liber. ita & confiscatio.& facit tex.in.l.final.titul.quinto.libro quarto.foro legum. vbi in expressò tenet,que las penas, y las calonias que las ayan aquellos que tuuieren vezes del Rey en los lugares que han por donadio del Rey,ansi como las debe auer el Rey. qui textus est singularis, vbi expressè cauetur,quòd pœnæ,seu multæ,quæ applicantur fisco de iure, pertinent dominis locorum. & sic tene. ¶Et facit quod tenet Baldus in.l.prima.in fine.C.de hæredi. vel actio. ven.vbi tenet, quòd domini terrarum in suis terris habẽt fiscũ ex largitione principis,seu ex cõtractu,seu ex pscriptiõe immemoriali.& vide Petrũ Iacob.in sua prãc.in Rub.de cõditiõe ex lege

lege. Institu. de actio. §. quadrupli. col. 3. vbi dicit, quod licet videatur, quod non sit nisi vnus fiscus. vt in. l. 1. C. de boni. vac. lib. 10. attamen quilibet habens merum Imperiũ, habet fiscum ex quadam consequentia quantum ad confiscationem bonorum, vel ex sententia cõtra criminosos lata, vel alio modo. & sic intelligitur authentica, bona dãnatorum. C. de bonis præscrip. & l. vnica. C. nec sine iussu princi. & l. 1. ff. de iur. fisci. Et sic, quod ille, qui habet merum Imperium confiscat, & etiã de consuetudine, quæ pro lege debet obseruari. vt in. l. de quibus. ff. de legi. ¶ Sed hoc intellige, quando confiscatio fit à lege: quia hanc confiscationem expressam, vel tacitã, potest facere quicunque habet cognitionem, & condemnationẽ de illo crimine. Sed cõfiscationem, quam vellet facere dux, seu alius dominus, vel iudex ex officio, & præter legem in casibus, in quibus à iure non cauetur, non potest facere nisi quis positus est in summa potestate, vel alius de principis iussu. Et ita procedunt, & soluuntur omnia contraria. prout tenet Saly. in. d. l. vnica. C. nec sine iussu princ. & Bal. & ibi Cy. & Martinus de laude in tracta. de fisco. q. 3. tomo. 6. tracta. folio. 2. Et sic quoque potest intelligi dictum Matthæ. de afflictis. in tracta. de iure protomiseos. in parte est autem. n. 24. vbi dicit, quod ciuitates, & alij domini, recognoscentes dominos superiores, non habent fiscum. l. eum qui vectigal. ff. de verbo. signi. & l. prima. C. de bonis vacanti. l. simile. ff. de muneri. Attamen fiscus dominorum merum Imperium habentium nõ habet priuilegiũ tacitæ hypothecę, nec in aliis similibus. sicut habet fiscus Imperatoris, seu regis, quia ille, qui habet merum Imperium, potest illud exercere sine talibus priuilegiis, secũdum Petrum Iacob. vbi suprà, quod nota. & vide in. c. 12. infrà eo. in gl. Camara. & ibi quoque dicam si episcopus habet fiscum. ¶ Attamẽ isti duces, Comites, & Barones, & alij. †ad cuius bursam pertinẽt istę pœnæ, qui habent regalia, possunt minuere. vt Bart. in. l. acta apud se. §. de ampliã da. ff. de re iudica. Sed pœnã infamię, vel aliã, nõ pecuniariã non possũt remittere, nec minuere. vt in. l. 1. §. de qua. ff. de postu. secũdũ Bar. in. d. l. acta apud se. §. de ampliãda. Et Paul. de. Castr. in. l. 1. §. ait prętor. ff. de postula. nu. 3. & 4. dicit, quod restitutio aduersus infamiã non potest fieri nisi à principe, quia est casus de reseruatis principi. vt in. c. cum te. de re iudi. p Innoc. in. c. domino sancto. 50. distin. & ibi p glos. & Bar. in. l. fi. C. de sentẽ. passis. & 3. q. 1. §. intelligitur. p Cy. in. l. imperialis. C. de nuptiis. & tenet in expresso Lucas de pẽna. in. l. cõtra publicã. C. de re milita. lib. 12. versi. 26. ¶ Quod ego intelligerẽ, quod nõ possunt remittere pœnã infamię, quæ est pœna determinata p sententiã, sec⁹ ante sentẽtiã, vel in ipsa sententia. vt Ang. in. d. §. de amplianda. & hoc cũ causa, vt gl. & docto. in. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff de his, qui notant. infami. aliàs sine causa ante sententiam, vel in ipsa sententia non possunt minuere. vt ibi per docto. & per Pau de Castro. in d. §. ait prætor. Et quid de restitutiõe gratiosa, & de nõgratiosa, sed de iustitia: & an papa posit laicum famę restituere: vi. per Abb. in. d. c. cũ te. de re iudi. & Roma. consilio. 497. ¶ Angel. in. d. l. 1. §. de qua. ff. de postula. dicit, quod populus, qui præscripsit iura Imperij in sua ciuitate, restituere potest infamẽ. Quod intellige, si est infamis ex statuto, secus si est infamatus de iure cõmuni. l. infamẽ. ff. de publicis iudi. quod tenet quoq; Bar. in. d. §. de qua re. & idem dicit esse in regibus, & principibus, qui Imperatorẽ in dominũ recognoscunt, quia non possunt ad famã restituere, Sed si non recognoscunt. possunt quoad seipsos & quoad eos restitutio famæ valeret, quia apud eos met dicitur esse Imperiũ sui ipsius. Et cum ista limitatiõe Bar. trãsit. Alex. in. d. §. de ampliãda. n. 4. Quia restituere infamẽ nõ potest alius, quàm Imperator, vel Papa. l. 1. § de qua. ff. de postula. & tenet Bald. in. c. cũ. p tabellio. de fide instru. versi. quęrit Innoc. ¶ Et quoq; isti Duces, Marchiones, & Comites, & alij domini tẽporales, & spirituales non possunt pœnas remittere, nec bãnitos reuocare, nec exiliũ remittere, nec dare licentiã redeundi ad loca, ex quibus fuerũt exulati. vt tenet Ioh. faber in. l. pœnam. C. de pœnis. nec episcopi dãnatos ad carceres perpetuos reuocare. vt ibi. Quia nullus nisi princeps, vel ciuitas non recognoscẽs superiorẽ hoc potest facere, & concedere dictã licentiam reuertendi ad ciuitatẽ. tex. in. l. relegati. in fine. ff. de pœnis. cõmẽdat eũ Ludo. Roma. in singula. 537. & idẽ tenet Bal in. c. at si clerici. de Iudi. n. 11. vbi post diffinitiuam remissio pœnæ à nullo potest fieri, nisi à principe. & ibi quoque in. n. 16. & idẽ tenet Cy. & Bal. in. l. seruos. C. ad. l. Iuli. de vi publi. Dicũt tamẽ ibi, quod aliquãdo Barones de facto, aut de cõsuetudine, & pro libito, & nõ de iure faciũt: & quod solus Imperator, seu rex hoc posit, tenet Restau castel. in tracta. de Imperatore. q. 110. in. 1. col. versi. secundò dare cõmeatũ. tomo. 5. tracta. folio. 71. idẽ tenet Ang. in. §. cũ autẽ. Institu. quibus mod. ius patr. solui. col. 3. n. 6. ¶ Sed cõtrariũ videtur, quia de iure isti duces, & cæteri domini hoc possunt: quia omnes isti perpetuò inuestiti cẽsentur

principes in suo regno, ducatu,seu comitatu, & dñio,& omnia possunt in subditos eorum, quæ posset Imperator in toto orbe, & rex in suo regno.vt Pau.de Cast.in consi.125.& Alex.consi. 2.primo volu.n.6.& Feli.in.c.quæ in ecclesiarū. de cōstitu.col.10.n.33.& est cōmunis opinio. vt Curtius iunior.cōsil. 61.¶ Sed hoc non obstāte, crederē & tenerem primam opinionē, & sic,ꝙ supradicta nō possunt facere: quia licet possint in suo ducatu,seu dominio omnia,quæ Imperator,& rex in suo imperio,seu regno: est verū de potestate ordinaria,secus de absoluta.vt tenet Fe li.& Philip.decius in.d.c.quæ in ecclesiarū.& tenet idem Bonus decurtillus in tracta. de nobilitate.in.3.parte.n.218.tomo.5.tracta.fol.14.quia absolutā nō habet nisi princeps nō recognoscēs superiorē.¶ Et si de facto isti duces,& domini faciūt,ad consequentiā nō debet trahi.vt Corse.in notabili.suis.in parte,facere.Facit.l.cōtinuus.§. cū quis.ff.de verbo.oblig.& Franc.de Are.¶ Et quia factū cōtra legē.pro nō facto habetur. vt in l.non dubiū.& ibi Bar.C.de legi.&nullū est:licet lex vltra nō procedat. vt ibi p eū. & per Bal. in.l.iubemus.§.1.& ibi Bar.C.de sacrosanc.eccles. ¶ Sed ego hoc intelligerem,quòd dicti duces,& domini hoc nō possunt,quādo pœna,seu exiliū est determinata,& certa per leges regū,vel iuris cōmunis,quia tūc inferior nō potest venire contra legē superioris,nec eā tollere.vt in Clemē.ne Romani.de electiōe.Philip.deci.consi.403.nu. 4.&.5.& in.c.cū inferior.de maiori.& obed.25. q.2.quasi per totū.Abb.cōs 26.in.1.volu.& in.c. inferior.21.distin.sanctus Thomas.2.2.q.67.art. 4.quoque dicit,ꝙ inferior à principe non habet potestatē absoluēdi reū à pœna cōtra leges superioris sibi impositas.¶ Nec ad hoc potest obstare tex.in.l.1.tit.32.parti.7.quæ vult,que el perdō puede hazer el Rey.O el señor dela tierra alos hōbres que tuuiere presos.quia loquitur ante sententiā,vel in ipsa sentētia,nō post.vt in.l.quid ergo. § pœna grauior.ff.de his,qui notā. infami.& ibi doct.cū simili.¶ Secus si pœna, vel exiliū p Ducē,seu Comitē, vel aliū dominū,seu per suos iudices fuit imposita ex suo capite,seu ex suo arbitrio:quia licet sit certū,& determinatū,tēporale, seu perpetuum, potest per dictū dominū loci, seu villę tolli,&gratiā de eo facere,& cōcedere licentiā redeundi in loca ipsius ducis,vel domini ex quibus locis fuit missus in exiliū. Et hoc tenet.s.Tho.vbi suprà dicēdo,ꝙ misericordia iudicis habet locum in his, quæ arbitrio iudicis relinquuntur,hoc debet fieri cum causa: quia in his,quę sunt determinata secundū legē diuinam, & humanā,nō est suum misericordiā facere.¶ Et in istis arbitrariis potest habere locū,quod dicit Bar.in.l.illicitas.§.præses.ff.de offi. præsi.nu.2. & in.d.l.relegati.& Abb.in.c.nisi specialis.de offi.lega.nu.6.vbi tenent,ꝙ iudex potest ex causa remittere bānum ex post facto,idest post sentētiā.¶ Et qđ tenet Paris de put. in tract. syndic. in parte,iudex qui aliquem ad mortem condēnat.foli.31.in fine: vbi damnatus per iudicis sententiā ad opus metalli,potest ab illo exercitio reuocari per ipsum iudicem post decem annos, si superueniat infirmitas,dummodo vnus ex consanguineis subrogetur, qui deseruiat pro ipso. ¶ Quod facit secūdū ipsum, ꝙ dānati in galeis si efficiuntur infirmi, vel debiles, possunt dando vnum seruū liberari.¶ Facit quoq; , quod tenet Ludo.Roma.in repeti.l.si verò.§.de viro.ff.solut.matr.collu.11.vbi dicit, ꝙ licet sit verum , ꝙ nulli competat remeatum exilij concedere nisi principi.vt in.d.l.relegati.& in.l.non omnis.§. si.ff.de re mili.& per Barto.in.l.is qui reus.ff.de publie.iud.tamen restringitur vt non extendatur ad casum,in quo inferior remeatum concedere vellet ratione vtilitatis publicæ. ¶ Et quòd princeps potest remittere pœnas pecuniarias si bi debitas,& pœnas corporales prout vult, vltra suprà allegata.vide Andre.de Isernia in titu.quę sint regalia.in parte, & bona committē. crimen. numero.73.in vsi. feud.¶ Sed quantum interest pecunialiter alterius,illud non posset remittere. quia sicut non potest donare meum , sic nec mihi debitum. secundùm communem distinctionem glossæ in.l. finali.C. si contra ius vel vtilit publi.& in.l.prima,de constitu.princip.& creditor dicitur ex delicto.vt in.l.creditor.ff.de verbo.signific.& facit.l.licitatio.§.quidem talia. ff. de publi.& text.in.l.venia.C.de in ius vocan.in fine.vbi pœna, quæ applicatur parti , non debet per principem remitti.& ibi gloss.& communiter docto.& tex.in.l.4.titulo.24. parti.3.& in.l.3.titulo. 11. de los perdones.lib. 1. in ordina.rega.& Lucas de pēna in.l.nulli.C.de condi tis in publie.horre.lib.10.in fine.

Prætorum Cap. secundi finis.

Sequitur Caput III.

Summarium.

SVMMARIVM.

s Familiæ appellatione, quis veniat.

Prætorum Caput III.

Otrosi mandamos que el tal Assistente, o Gouernador, o Corregidor, ni sus officiales ni familiares [a] no sean abogados, [b] ni pro-

a Familiares. [a] Per tex. istũ reprobatur opinio Abb. in. c. 1. de officio iudicis. vlti. notabil. vbi tenet, quòd domesticus, & comensalis iudicis potest esse aduocatus alterius partis, nec ex hoc iudex est suspectꝰ: quia non est tanta suspicio contra iudicẽ si aduocatus est sibi domest. cuius sicut cũ pars est familiaris suus. nã causa nõ est aduocati, sed partis. Sed hodie cessat sua
s opinio p tex. istũ. ¶ Sed qs dicatur † familiaris? Dic q eiꝰ appellatiõe venit etiã seruus. vt in. l. 1. §. familiæ. ff. de vi, & vi arma. & l. si familia. ff. de iuri. omn. iudi. l. fi. C. de verbo. significatio. ¶ Item veniunt etiam nascituri ordine successiuo. vt Paul. de Castro in consilio. 17. per. l. fina. ff. de fundo instru. & l. grege. ff. de legat. primo. ¶ Item filij habitantes cum patre, aliter non. secundũ n Cepola. in tract. de seruit. vrba. cap. 50. & Anchara. in cap. quanto. de censi. ¶ Item veniunt omnes de familia successiuo ordine, scilicet. proximiores gradatim. secũdùm Bar. & Bal. in. d. l. fi de verbo. signifi. vbi est casus vsque ad quartum gradum. tenet Alex. in. l. pronũtiatio. ff. famili. hercis. ¶ Item venit vnus tantùm, si plures non sunt in familia. l. iubemus. §. siquautem. in fin. C. ad trebellia. Sed gl. in cap. 1. 10. q. 1. dicit, quòd nec per duos dicitur familia. per. l. de statione. de verbo. signifi. secundùm Alexã. vbi suprà. ¶ Itẽ venit ꝓpria familia testatoris. Bar. in. l. cũ filius. §. cũ pater ff de legat. 1. & in. l. peto. §. pater. in princip. ff. de leg. 2. & Bar. in. l. si cogatis. ff. de rebus dubiis. ¶ Item veniunt agnati, & cognati etiam hodie, licet sint exæquati quoad successionem intestati, non aliter. Bar. post glos. in. l. cùm ita. §. fina. ff. de legatis. 2. ¶ Item veniunt ij, qui à testatore non sunt nominati. l. is qui. & ibi Bart. ff. de legatis tertio. ¶ Item vxor dicitur de familia viri. vt. in. l. quicunque. C. de re milit. lib. 12. c. hæc imago. 3. q. 5. ¶ Sed bastardi non dicuntur de familia, nec de domo patris. secundùm Bart. & Alex. in. l. tutelas. in princip. ff. de capit. diminu. & per Bertachi. de firmi. in suo reperto. aureo. in parte, bastardus. versic. 5. & 6. & per. Ias. in. §. pœnales. instit. de acti. nu. 58. & Ang. in. l. filiũ diffinimꝰ. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. vbi si est statutum, q de domo magnatũ nullus possit habere officium in cõmuni, q spurij possunt habere, quia non sunt de domo. & latissimè per nostrum Pala. Ruui. in repetitione Rubric. de donatio. §. 32. nume. 4.

Summarium.

s Aduocatus, & iudex, vel assessor in eadem causa non potest esse. nu. 7.
Decurio potest esse aduocatus.
2 Aduocatus, an potest esse in causa, in qua fuit iudex. nume. 5.
3 Qui fuit aduocatus in vna causa, non potest postea in illa esse iudex, nec assessor. nu. 4.
6 Defendere an potest iudex suam sententiam, & an debeat vocari in causa appellationis ad eam defendendam.
8 Aduocatus electus prætor alicuius ciuitatis, debet finita prætura redire ad aduocandum.
9 Aduocatus sicut non potest esse iudex, ita non potest quis esse iudex in sua causa, nec suorum. Fallit, vt nu. 9.
10 An potest quis ius sibi dicere.
11 An iudex potest cognoscere de sua vel suorum iniuria. nu. 12. 13. & 14.
12 Iudex, cui aliquid per statutum applicatur, an de causa potest cognoscere. nu. 13.

b Abogados. [b] Quia iudex, & aduo-
s catus † in eadem causa non potest esse. text. in. l. 15. titu. 19. lib. 2. in ordina. regali. text. in. l. quisquis. C. de postulan. simil. in. l. 6. titu 18. eod. lib. 2. in eisd. ordina. in fi. Tamen ille, qui non potest esse aduocatus, potest alteri mõstrare, ostẽdere, siue consulere qualiter

liter aduocare debeat. tenet Bald. in cap. qualiter.de electione.nu.3.quia consulere,& mandare,nō sunt facere.vt in.l. ob hæc verba.ff.de his, qui not. infami. & ibi notatur secundùm Bald. vbi suprà. ¶ Et quoque assessor, & aduocatus non potest esse.glo.in.l.nemo.la.2.C.de assessori. Et non solùm in foro iudiciali prohibetur, veruntiam de foro conscientiæ. tenet beatus Archiepiscop.Florenti. in.3. parte.titu.6.cap.1. §.1.quasi in fine.dicendo, φ in illa causa, in qua quis est iudex,vel assessor,in eadem non potest esse aduocatus: quia duo officia in eadem causa prohibentur exerceri.cap.cùm sacerdotis.de postula. &.c. 1.&.2. 4.quæst.4.& glos. in.d.l.nemo ex his.la.3. de assesso.& Montal. in.l.3 titu. 9. foro legum.lib.1. in glo.1.in fine. ¶ Intantū, φ si aduocatus fuit iudex, vel testis, retractatur sententia.vt glo. Montal. in.l.4.eod.titu.& lib. foro legum. in glossa,por christiano. ¶ Tamen decurio,idest,regidor, bene potest esse aduocatus in sua patria,& pro sua vniuersitate, & habere salarium ratione aduocationis ab ea: quia hic non militat ratio de duobus officiis. vt suprà in cap. 1. in glo. officio. quia hoc officium aduocationis non est incompatibile cum officio decurionatus,imò ei annexum. vt tenet singulariter curia Pisana,in.s.lib. cap.23. & est glos. in cap. de occidendis. 23. q. 5. ¶ Potest tamen is, qui
2 fuit iudex,nunc in † causa patrocinari:quia cessat causa prohibitionis erga causam, in qua fuit aduocatus, ergo cessauit effectus. Iuxta illud vbi ratio legis. &c. vt in.l. adigere. §. quāuis.ff. de iure patronatus. & satis expressè probatur in.l. fina. C. de assessori.& tenet Cyn. in dict.l. quisquis.C.de postul.1.quæst.& Mōtal.in glo. ordina. in parte, aduocatus. ¶ Tamen ille qui
3 fuit aduocatus † in causa,non potest postea esse iudex, vel assessor in ea. est text. in.l.10. titu.4. parti.3. ibi. otro si dezimos. & Bald. in l.nec in arbitrii.col.2. C.de arbitris.& in.l. apertissimi. C. de iudi.& tenet Bart.per illum text.in.l. prætor.& ibi per Alexan.ff.de iuri.omni.iudi.glo. in cap. postremò. de appella. notatur in speculo.in titu.de lega.§. restat. versi.Item si fuerit.& Philip.fran. in.d.c.postremò.intelligit hoc verum in causa,in qua fuit aduocatus,secus autem in alia causa:nisi forsan esset cōnexa, vel dependens ab illa,in qua fuit aduocatus.de quo etiam per Iohan.Andre.in cap.fina.de testamen.in.6. ¶ Abb. tamen in cap. irrefragabili.de officio ordi. in fine. dicit, φ si aduocatus fuit consultus in aliqua causa, & nondum dedit responsum, φ si assumitur in iudicem, potest iudicare. licet ibi Domi. Anto. hoc impugnet, dicens, φ ex quo isti sunt reuelata secreta causæ, potest vt suspectus recusari. Sed dictum Abb. est verius. per glo. ordinariam in cap. dilecte. de testibus. vbi dicit, φ non debet quis remoueri à iudicando, quia reuelauit ei secreta causæ, quia non habet iudicare secūdùm conscientiam, seu secundùm reuelata per partem, sed secūdùm legitimas probationes.quod dictū Abb.mihi placet. ¶ Paul. de Castro in.d.l. quisquis.C. de postulan.dicit, φ iste tex.intelligatur tribus modis. ¶ Primò,
4 † φ ille,qui fuit aduocatus in vna causa nō possit postea in eadem esse iudex, quod dicit verum in iudice delegato,secus in ordinario. vt Specu. in titu. de iudi.delega. §. superest.versicu. Item si fuit aduocatus. dum tamen causam ordinarius delegaret, si ab eo petatur,cùm sit suspectus propter officium aduocationis, quia videtur habere affectum ad causam, in qua fuit aduocatus.& ista est iusta causa recusandi,& sic habet iurisdictionem mero iure.Sed delegatus videtur,quòd ipso iure non habeat, vt sit aliqua differētia inter delegatum, & ordinarium. ¶ Secundò dicit Paul. de Castro, φ potest intelligi econuerso,φ
5 ille, qui fuit iudex † in causa, non possit finito officio esse aduocatus in ea. sed, vt suprà dixi, Cy. non tenet hoc, imò contrarium, & sic φ potest esse aduocatus:quia non est eadem causa suspicionis: quia iudex non præsumitur habere affectionem plus ad vnam partem, quàm ad alteram.Sed in isto casu dicit Paul.sibi videri,& honestum esse,φ si dedit sententiā in vna causa pro vna parte, non possit finito officio suo in causa appellationis sumere officiū aduocationis pro illa parte, vel saltem non debet,quia tunc resultat suspicio,φ faueret illi parti, vel cùm intellexit se cum illa Sed si non dederat sententiā,secure,potest acceptare officiū aduocationis.Sed in hoc cōtra Pau.de Castro est hodie Pragmatica in pragmaticis aduocatorū.17.in ordine,quæ incipit, Otrosi mādamos. vbi tenet, φ iudex, qui
6 sententiam † pronuntiauit, contra eam in causa appellationis aduocare non potest, tamen potest eam defendere allegando iura,interest enim sua: dummodo ex hoc salarium à partibus non percipiat. Idem tenet Montal. in.l.s.titu.2.foro legum.lib.2. in glo.fin derecho. in fine. allegando Innocen.in.c. verum. de foro compet.& Archidi. in.§. in hoc.2. q. 6. Et facit.c. dilectus.de rescrip.vbi Feli.penulti. col. versi. quarta decla ratio. & sic φ in hoc dictum Paul. non sit verū. Imò nō solùm finito officio potest suam defendere sententiam,sed etiam eo durante potest legitimè

gitimè assistere pro denfensiõe suæ sentẽtiæ, & instruere,& producere acta & monumẽta causæ pro sentẽtia per eũ lata faciẽtia in causa appellatiõis. vt Lucas de pena. in. l. apparitores. C. de exacto. tribu. lib. 10. versi. quod facit, quia secũdũ eũ iudex ad hoc est admittẽdus, vt euitet infamiã,& pudorẽ suũ seruet illesum. arg. in l. quæ omnia. ff. de procura. versi. omnia. & faciũt q̃ notãtur in. l. si suspecta. in glos. 2. ff. de in offi. testa. & quod notat Archidi. in. c. hoc etiã, 2 q. 6. Et tenet Bald. in. c. accedẽs. vt lit. non cõtesta. nu. 4. dicẽdo, quòd iudex debet defendere suũ processũ, quia debet defendere suũ decretũ & missionẽ. vt. l. si quis est missus. ff. ne vis fiat. ei. ¶ Licet cõtrariũ videtur quia ꝓducere testes, vel instrumẽta nõ cadit in aliũ, quã in partẽ principalẽ, vel suũ procuratorem. vt notat Innoc. in. c. veniẽs. de accusatio. ¶ Quia in hoc dictus Lucas de penna distinguit. Aut iudex qui sentẽtiã tulit, procedit ex officio suo, aut ad partis petitionẽ. Primo casu vocãdus,& admittendus est ad defensionem sententiæ, & probationes inducere poterit pro defensiõe ipsius. Nã, prout dicit Innoc. in c. cũ speciali. de appel. appellatio nõ mutat naturam Causæ. sicut ergo in principali procedebatur sine parte, & iudex solus loco partis erat, sic & in causa appellationis procedi poterit sine parte,& iudex solus loco partis habetur,& poterit quod pars potest, scilicet probatiões inducere. vt notat Innoc. in. c. in nostra. de probatio. in glos. qualiter recipiuntur. vbi apertè tenet, ꝙ si iudex primæ causæ ex officio processit, vocabitur quãdo petitur sentẽtia reuocari, secus vb. nõ ex officio. ¶ Secundo casu, quãdo ad partis petitionẽ procedit, nõ est admittẽdus. Et sic dicit Lucas de pẽn. ꝙ fuit per illũ determinatũ de cõsilio doctorũ, cùm ipsũ cõsiliũ peteretur. Verũtamen dicit ipse Lucas de pẽn. quod, qđ dictũ est de iudice à quo appellatur sustinere partes officij sui, seu onus partis, quas ipse in principali sustinuit in causa appellationis & coram ipso iudice, non videtur congruè dictum, cùm lata sentẽtia iudex fuerit functus officio l. iudex. ff. de re iudi.& appellatione interposita, extinctum fuerit pronuntiatum. l. prima. §. vlti. ff. ad Turpilia. Nõ ergo videtur admittendus ad prosecutionem ipsius negotij, ne sit præsumptio contra eum, quòd aduersus cõdemnatum ex aliqua animi passione processit. ¶ Magis ergo dicit videri honestũ, quòd sicut iudex causæ principalis vigore officij, & contẽplatione vindictæ publicæ subiit partes actoris in principali, ita iudex appellationis. & tenet Ange. in tracta. maleficiorum. In partè. præsente dicto Gaio appellãte. versi. quæro quãdo appellatur. nu. 27. Et ex hoc dicto Lucę de pẽn. credo extractã fuisse quãdam pragmaticã, quæ est in volumine pragmaticarũ. lex. 47. §. 5. q̃ incipit. Otrosi. porq̃ a nos es hecha relació. vbi cauetur, quia aliquando Correctores, vel sui locũ tenentes ex officio ꝓcedunt contra delinquentes, qui appellant ad curiam regis, & iudices vt euitent expensas, nolunt sequi causas: cauetur, quòd dicti iudices cancellariæ iubeant fiscali regio, & ipsa lex iubet, quòd assumat causam, & in ea procedat, allegando ex parte curię, & regis, & damnificatorum. quam vide, quia sic vtitur. ¶ Et idem tenet Angel. de malefi. in. d. suo tracta. in dict. parte, pręsente dicto Gaio appellãte. nume. 27. vbi dicit, quòd syndicus, vel fisci procurator, cuius interest, est citandus. & ibi per Augusti. de Arimi. in additio.& dicti iudices debent citari, vt mittant processum, informationes, & acta causæ. Intantùm, quòd dicit Abba. in. dict. cap. cum speciali. de appellatio. nume. 8. allegando Federi. in consilio suo. 254. quòd processum est nullum, si iudex, qui processit ex officio, non fuit citatus per iudicem ad quem. allegat Innocen. in capitu. penul. de re iudi. quod dicit Abb. sibi placere, quia est loco aduersarij. ¶ Rectè fuit enim illa pragmatica facta: quia, prout dicit Lucas de penn. vbi suprà, iudex à quo appellatum est, non videtur posse pro hac causa deserere Imperium, id est iurisdictionem sine permissu principis. vt in. l. 3. ff. ad. l. iuli. maiesta. nec portabile est terram esse sine rectore. vt in authenti. de admi. prope finem. colla. 7. & vt dicit Innoc. in capitu. significauerunt. de iudicijs. periculosum est sine regimine terram esse. ¶ Tamen contra Lucam de pẽn. Inquantũ tenet, quòd quãdo procedit ad partis petitionẽ nõ est admittẽdus ad suã sententiã defendẽdã. est tex. expressus de nostro iure Regio in. d. pragmatica aduocatorũ, ibi inquantum tenet. pero bien pueda assistir cõ los abogados dela parte appellada en cuyo fauor pronuncio defendiendo su sententia, y allegando derechos en su fauor. ¶ Sed credo, quòd opinio Lucæ de penn. sit vera, & rectè vocetur Lucas de penna. quia lucem dedit tribus libris. C. & debet intelligi, quòd non est admittendus contra suam voluntatem, nec ad illud est compellendus, sed si spontè vult, bene admittitur. vt tenet Augusti. in additio. ad Angel. in. d. tracta. malefi. in dict. parte, pręsente dicto Gaio appellante. versic. quæro quando appellatur. nume. 27. vbi

vbi de hoc.& sic dicit dicta pragmatica.bis pue da assistir,quod verbū,potest,non importat ne cessitatem.vt Abb.in cap.at si clerici.de iudi.in §.de adulteriis. Bart.& Alex.in.l.quòd seruius. ff.de condi.ob cauf.& idem Abb.in.d.cap.eum speciali.de appella. num.8.ibi dum dicit,quòd quando iudex procedit ad instātiam partis,nec agitur ad puniendū iudicem, potest iudex assistere in processu,licet necessariò nō sit vocādus. Dicit,φ hoc casu poterit iudex appellare, si sententia sua retractatur, quia iudex potest assistere: in hoc casu. ¶Sed quando agitur ad pœnas iudicis,semper est vocandus, siue processerit ad instantiam,siue ex officio,cùm agatur de suo præiudicio,& in præiudicium absentis nil est innouandum.cap.1.de causa pos. & proprie. secundùm Abb. vbi suprà. de quo per Augustin. de Arimi. in additio.ad Angel.de Aretio. in dict. tracta.malefi.vbi suprà.& per Bart.in.l.1.§.reus. ff.ad Turpilia.& ibi per additio.& per Alex. in.l.de vno quoque.ff.de re iudi.& Ludo. Roma.in consilio.343.col.3. versic.2. ad idem.vbi tenet,quòd ad irritationem sententiæ, quam iudex promulgauit ex processu per eum ex officio proprio instituto,citādus est ipse iudex pro nuntiās,quia ad eum isto casu pertinet defensio suæ sententiæ, & processus:aliàs autem sententia ipsa irritatiua quoad eum nulla est, nec præiudicialis.per.d.Federi.in consilio.205.allegās Hosti.in cap.1. de re iudi.per text.optimum in cap.in canone hoc etiam.2.q.6.& per dictū Innocen.in.d.c.eum speciali.& in cap.in nostra. de procura.& per Barto.in.d.l.1.§.reus.& per Bal.in.l.nam ita diuus.ff.de adoptio. ¶Tertio modo intelligit Paul.de Castro istum tex.in.d.

7 l.quisquis.scilicet,quòd eodem † tempore,quo quis est iudex, non debeat tanquam aduocatus vnius ex partibus allegare pro ipsa. Et ita dicit, quòd faciunt cauti iudices,quando vna pars du cit aduocatum,& altera non,nam dicit illi, Ducas aduocatum tuū vt respondeat aduocato alterius partis,quia non intendo esse iudicem & aduocatū pro te.Sed præsentibus aduocatis vtriusque partis,si alter ipsorum deficeret in respondendo, potest supplere de iure allegādo meliorem legem,vel rationem.vt in.l.vnica,C.vt qui desunt aduoca.& istam credit Paul.fuisse mentem illius literę.l.quisquis.& istius capituli est. ¶Tamen iudex volens audire istos aduocatos partium,non tenetur: quia præsumitur doctus, nec dicitur grauare partes.Innocen. in cap. pastoralis.de causa posse.& proprieta. & Bald. in margarita.in verbo, iudex, versi.66. sed facit se suspectum,etiam si causa erat clara. Lanfran. de oria.in Clemēti.sæpæ.de verbo.signifi. in versi

8 culo. de plano. ¶Adde, φ aduocatus † electus prętor alicuius ciuitatis,debet finita prætura redire ad aduocādum.ita Bar.& clarius Bald.in.l. si quis.C.de aduocatis diuerso.iudi.& dicit esse argu. de Abb. φ depositus remanet monachus sicut prius,& habet vocem in capitulo sicut simplex monachus,quod intellige,quādo nō priuatur propter demerita sua, vt Andre.Barb.in additio.ad Bald.ibi. ¶Eodem modo sicut iudex

9 nō potest esse aduocatus,ita non potest esse † iudex in causa sua. vt in.l.10.titu.4.parti.3.versi.y porende.vbi habetur,quòd nemo in causa propria sit iudex,nec locum duorum teneat,scilicet iudicis,& actoris.text.in.l. vnica. C. ne quis in sua causa ius sib. dica. Et secundùm Cyn. ibi est ratio:quia fauor, & odium peruertunt iudicia. nam maledictus homo qui partem suam deteriorem facit.Et non obstat text.in.l.proxima. ff.de his qui testa.delent.&.l.hic Tiberius Cęsar. ff.de hæredi. instituendis. quia loquuntur in imperatore, qui potest esse iudex in causa sua:& eodem modo ille, qui non habet superiorem,sub quo litiget, nec recognoscit superiorē. ¶Attamen licet possit iudicare in sua causa, regulariter constituit alium iudicem, scilicet, procuratorem Cæsaris, & procuratorem fisci, qui de causis spectantibus ad eum cognoscunt.vt in l. procurator. C. de edendo.& vtrobique Cyn. & Alex.cōsi.35.in primo volu.& Ias.in addi.ad Por.Instit.de autho.tuto.in fine. Et Anto.in.c. cùm venissent.de iudi. prout ibi Abb.nu.6.refert concludendo cum Cyn. ¶Et quòd papa in causa sua patrimoniali, aut ciuili.personam eius tangens, potest cognoscere de absoluta potestate,sicut dicimus in imperatore. vt glo.ibi.& Innocen.in cap.ex parte.de verbo.significa. tenet idem dicendo, quòd debēt eligi arbitri. vel potest ipse causam delegare: quia imperator in causa fiscali dat procuratores,qui habent ordinariā, fortius poterit papa dare delegatum. & videtur sentire glo. in cap.cùm dilecta.de confirmatione vtil. vel inutil.vbi poterit esse iudex in causa suæ ecclesiæ.& sic sentit, quòd nō in propria causa ꝓcedit. secūdùm Abb.vbi suprà.de honestate.secus tamē de absoluta potestate, quia potest ipse cognoscere.secūdùm Bar.& Cyn.in.d. l.vnica.puta si papa requiritur ab aliqua muliere asserēte se esse vxorē illius.& ipse negat, ipse non cogitur stare iudicio alicuius,sed potest excipere,dicēs, Dominus est,qui me iudicat.glos. in cap.Guilisarius.23.q.4.si per verbo,anathe-

matizari

matizari.glo.in.c.si quis pecunia.79.distinc.& c.aliorum.9.q.3. ¶ Et quod dixi, quòd non recognoscẽs superiorem potest esse iudex in causa propria, limita esse verum, quando procedit cõtra subditũ suum, quia tunc potest esse iudex in facto proprio: secus si contra nõ subditũ, vel saltem nõ omnino subditũ, quia tũc debet conuenıri corã papa. vt tenet Abb.in.c. nouit.de iudicus.colũ.6.nu.16.quod dicit esse satis rationabile, & notabile. Quod secus est in aliis iudicibus inferioribus, qui non possunt de sua causa cognoscere, vt per Abb.in.d.c. cum venissent. ¶ Intantum non potest iudex esse in causa sua, ꝙ etiam si aduersarius consentiret nõ potest illũ facere iudicẽ in sua causa: quinimo nec tanq̃ arbitrum potest in eũ consentire, prout tenet Ab. in.d.c.cum venissent.nu.12. ¶ Et non solũ de sua causa cognoscere nõ potest, verumetiam nõ po-
10 test esse iudex de causis liberorũ, † aut suorum familiarium.vt in.l.qui iurisdictioni.ff.de iurisdict.omni.iudic.tex.& ibi gl.& docto.in.c.causamque.el.2.de offic.delega. ¶ Quod fallit primo in iurisdictione volũtaria.vt in.l.cõsul.ff.de adopti.& in.l.apud filium.ff.manumissi.vindi. ¶ Secũdò fallit, in causis breuissimis, quia poterit quis esse iudex in causis suorũ.vt.l.senat⁹.in verbo, parcissimè.ff. de officio præsidis, secundùm intellectũ, quẽ ponit Ang.in.d.l.qui iurisdictioni.qui sequitur ibi Fulgoliũ.quod est bene notandũ, si esset verũ.sed Alexã.ibi.nu 1 putat hoc nõ esse verũ: quia ille tex.in illa parte loquitur etiã in causis ipsius met iudic. & sic pariter ille tex. probaret secundùm talẽ intellectũ, quòd quis possit esse iudex in causa propria, quãdo esset causa modica.quod nemo dicit.per d.l.1.C.ne quis in sua causa. Quando enim lex sub eadẽ determinatione determinat, debet intelligi vt pariformiter determinet.l.nã hoc iure. ff.de vulgar.& pupilla.notat Barto. in.d.si cùm dotem.in pi in.ff.solut.matri. Sed Ias.ibi in.d.l. qui iurisdictioni. tenet, quòd potest in breuissimis, & vilissimis cognoscere, quicquid teneat Alexand. ¶ Tertiò fallit, quando actio esset perritura.vt gl.in.d.l.qui iurisdictioni. quam vide. ¶ Quarto fallit, quãdo filius nõ ageret corã patre, sed conueniretur.l.ille à quo.allegata in.d.l. qui iurisdictioni ¶ Quintò fallit, quãdo iudex pariter esset affectus, vel cõiunctus tam actori, quàm reo.arg.in.l.non solùm.§.denuò.ff.de ritu nuptia.notat glos.in.c. postremò.de appella. facit bene. l. repetitalias est lex extraneo. ff.de quæstioni.rum ibi notatis per Bart. gl.in.c.1.3. q.5. ¶ Sextò fallit, vbi persona iudicis esset talis qualitatis, quòd omnis suspicio verisimiliter cessaret, vt si esset monachus.ita Specul.in titu. de iudice delega.§.superest. versic.quid si non est cõsanguineus.arg. in.l.non omnes. §.à barbaris.ff.de re milit.. ¶ Septimò fallit, in iudice delegato, secundùm glos.quæ ita intelligit in.l. in priuatis.ff.de iudiciis. Et ratio differentię est: quia ordinarius nõ potest recusari tanquã suspectus de iure ciuili.vt in.l.nemo.cum ibi notatis. C.de iurisdic.omni.iudic.& ideo grauissimum fuisse, quòd talis possit esse iudex, sed delegatus tanquam suspectus bene potest recusari.vt in.l. apertissimi.C.de iudic.quod intellectus approbatur communiter per docto.in.d.l. qui iurisdictioni.secundũ Alexã.ibi.dicit tamen Paul.de Castro, quòd licet de iure ciuili nõ possit recusari ordinarius, fallit in casibus in.d.l.qui iurisdictioni.expressis: & ideo in illis casibus bene põt esse iudex. patet, quia tex.ibi vtitur verbo, nõ debet, nõ autem verbo, nõ potest.& sic secũdùm Alexã.ibi.nu.2.si non opponatur, valebit processus.& ita intelligitur.l.in priuatis.allega. in gl.d.l.qui iurisdictioni. & putat verum esse, quod in casibus illius.l.possit esse iudex, si nõ opponatur.vt dicit notare Iohan.andre.in.c.postremo.de appellatio.per text.in.c.1.3.q.6.versi. Item si cõtra patrem.& probatur in.l. quinetiã. ff.de arbitris.Quod dicit intelligẽdũ in criminalibus, in quib⁹ pater nõ põt esse iudex in causis filiorũ, vel aliorũ, si opponatur alſq; aliqua recusatiõe facta ratiõe suspiciõis allegãdæ, quia lex excludit iurisdictionis exercitium. ¶ Sed in causa ciuili potest esse iudex etiam ordinarius, dummodo non recusetur.allegat. d. l. in prolãtis.& facit pro hoc, quod notat glos. & Archidiaco.in dicto.§.tria.versicul. Item si contra põtestatem.quæ glos.similiter in criminali loquitur.& illa opinio satis placet Alexan. licet fallit in casibus, vt ibi per eum. ¶ Et Alexand. videtur tenere, quòd si non fuit oppositum, valet sententia. cuius contrarium tenet Abbas in.d. c.cùm venissent.nu.12. vbi tenet, quòd vbi iudex esse non potest, quia esset iudex in causa propria, non valet sententia: quod intelligit, etiã si aduersarius consentiret: nõ enim illum potest facere iudicem in propria causa, quinimo etiam nec tanquam in arbitrum consentire.l. penult. ff.de arbitris.secus si vellet sibi dare potestatem tanquam arbitratori vt procederet extra iudicia liter, quia tunc posset.vt.c. veniens &.c.quintavallis.de iureiurã. Et licet Alex nullã faciat mẽtionẽ de Abb. Aeneas de faleo.ibi in additio.ad eundẽ Abb.dicit, ꝙ licet ex cõsensu partiũ talis sententia

ſententia non poſsit validari, per ea, quæ dixit in.c.dilecti filij.de iudic. tamen fortè valeret in vim pacti. vt dixit in.d.c.dilecti. in additione, quæ incipit, Aduerte.quæ eſt in nu.5. ❡Sed in caſibus verò, in quibus poteſt eſſe iudex, licet poſsit recuſari, tenebit ſentẽtia, niſi recuſetur, quia verè iudex eſt, & iuriſdictionẽ habet, licet elidibilẽ per exceptionẽ, vnde antea quàm elidatur iuriſdictio, tenent geſta per eum. vt tenet Abb.in.d.c.cùm veniſſent.in fi. ❡Quid dicẽdum de cõtrarietate Abb.& Alex. licet per doctores nõ iouenio tactũ, tamen pro Alexan. eſt cõmunis opinio quia ſi nõ opponatur à parte, poteſt eſſe iudex: quia partes nõ opponẽdo, intelligũtur cõſentire, & prorogare iuriſdictionem, quæ aliàs poterãt declinari. & hoc cõmuniter tenetur ſecundũ Iaſ.in.d.l.qui iuriſdictioni.nu.6.in fin. ❡Tamen Bar.in l.2.ff. ſi quis in ius voca.non ierit.nu.7.vult hoc intelligere, ꝙ quãdo nõ fuit oppoſitum cõtra iuriſdictionem, valeat ſentẽtia, eſt verũ, quãdo partes cõparent, & ſciunt illũ eſſe iudicẽ. ſecus ſi ignorauerint, quia non videtur prorogata iuriſdictio. Et idem ſi dubitauerint, niſi eſſet proñuntiatũ ſuper iuriſdictionem, & iudex pronuntiabit ſe eſſe iudicem competentem, tũc talis ſententia faceret ius, ne poſsit poſtea diſputare de errore, vel dubitatione partiũ: quod eſt notandũ, licet loquatur in alio caſu. & idem tenet Bart.in repet. ibi. nu.5 ❡Octauò limita in officiali, puta notario, vel aſſeſſore, qui delinquit in officio: quia poteſtas poteſt eũ cõdemnare, nec ab eius ſententia appellatur.tex.in.l.nulli. C.quorum appella: nõ recipi.& Bar.& Ang.ibi.& etiã ſi delinquat extra officium vt Bart.in.l.ſi quis.ff.de pœnis. Quod eſt verũ, quando delictum eſt notorium: quia in notorijs delictis poteſt ſibi ius dicere in cauſa propria, quãdo pœna eſt certa, & limitata à iure, vel ſtatuto. ſecus quando eſſet arbitraria, tunc nõ poſsit punire, etiã ſi delictũ eſſet notorium, ſed debet ad ſuperiorem remittere. ita tenet Iaſ.ſupplẽdo Alex.in.d.l.qui iuriſdictioni. in iſta.8.fallẽtia.& idẽ tenet ibi Frãciſcus Curt. in additio.ad Alex.in additiõe, quę eſt in.nu.4. & infrà dicam. ❡Nonò fallit in caſu.c.1.de pœnis.in.6. ❡Decimò fallit, quãdo cõſuetudo hoc induceret ſecundũ doct. in.c.cùm cõtingat. per glo.ibi, de foro cõpeten. Tu allega text.expreſſum in.d.c.1.de pœnis.in.6.cum gloſ.in verſic. punire.in fine. ❡Vndecimò fallit in epiſcopo, qui poteſt eſſe iudex in cauſa ſuæ eccleſiæ.gloſ. ordin.in.c.ſi quis ergo.in glo.fi.2.q.7.& in. d.c. cùm veniſſent.Innoc.in.c.in noſtris.de electio.

❡Duodecimò, quando epiſcopus vẽdidit rem eccleſiæ, & poſtea vult eã venditionẽ retractare, quia poteſt corã eius vicario litem mouere. Et ſimiliter quãdo epiſcopus vult mitti in poſſeſſionem bonorũ relictorum pauperibus, poteſt per eius vicariũ ſibi dari teouta dictorũ bonorum. ſecuñdũ Bart.in.l.ſi quis ad declinandam. C.de epiſco.& cleric. quicquid teneat Innoc.in c.ex parte.de verb.ſigni.ſecundũ Iaſ.vbi ſuprà. quas limitationes ponũt Alex.& Iaſ.in.d.l.qui iuriſdictiõi. ❡Vbi plus dicũt, ꝙ regula, ꝙ quis io cauſis ſuorum non debet ius dicere, procedit vſq, ad decimũ gradum cognatiõis, vſq; ad quẽ permittitur ſucceſsio. ſecundũ Bar. Ang.& moder.ibi.& ſecundũ Bar.in. l. qui teſtamẽto §. ꝙ autem.vlti. colũ.ff.de teſtament. & docto.in.c. inſinuante.de offic.delega. ❡Et quid de cõſanguineo cõſanguinei mei, & quid de amico inimici mei, vi.per Alex.& Iaſ.in.d.l.qui iuriſdictioni. ❡Sed ego addo aliã fallentiã, in qua poteſt quis ius ſibi dicere, ſcilicet quando quis ex
11 defectu iuriſdictionis † rẽ ſuã nõ valet cõſequi, tunc poteſt propria authoritate illã cõſequi, & inuadere.vt dicit glo.notabil.in.c.ius gentium. 1.diſtinct.& Innoc.in.c.olim.de reſtitu.ſpoliat. & Mõtal.in gl.ordi.regal.in parte, iudices iuſtitiam.& Abb.in.c.1.de dolo & cõtumia.nu.10.& allegat.l.ait prætor.§.ſi debitorem.ff.qui in fraudem credito.l.nullus.iuncta gloſ.C.de Iudęi.& quod notatur in.c.cùm ab homine.de iudic. Et Specula.in tit.de actore.§.1.verſic.Item ꝙ vult. nu.55.ponit iſtũ & alios plures caſus, in quibus poteſt quis ius ſibi dicere. ❡Sed aliter tenet Abb.in. c. qualiter & quando. de iudic.1.colũ. nu.2.vbi ait, quòd licet iudex negligat iuſtitiã facere, nõ tamen per hoc quis ius ſibi dicere debet, ſed debet habere recurſum ad ſuperiorem: in defectum tamẽ ſuperioris licitũ eſt cuilibet ius ſibi dicere.vt notat Innoc.in.d.c. olim cauſam.de reſtitu.ſpoliat. Et hoc credo verius: quia prius eſt requirẽdus iudex vt ſibi iuſtitiam faciat, & illo negligẽte, debet ad ſuperiorem accedere, ſcilicet per viã appellationis denegatæ iuſtitię.vt Petrus Anchar.in.d.c.qualiter & quãdo.& vi.l.fi.§.illud.C.de tempo.appella.& ibi Barb.in additio.ad Bar.& ſi neuter faciat ſibi iuſtitiam, tũc poteſt ſibi ius dicere, & accipere rẽ ſibi debitam, etiã manu militari, propter potentiam aduerſarij, ratiõe denegatæ iuſtitię, & prouidere indemnitati ſuæ, & ſe indẽnem cõſeruare, nec propter hoc incidit in pœnã.l. ſi quis in tantam. C.vnde vi.nec.l.2.tit.19.foro.li.lib.3.& l.8.tit 5.eod.for. & libro.prout tenet Antonius

Franciſcus

Fräcíscus in additio.ad Abb.in.d.c.qualiter & quādo.in additiōe,q̄ est in nu.a.in parte ius sibi dicere. Et ibi Aeneas de falco.in.d. additiōe tenet, ꝙ creditor, qui ꝓpria authoritate exigit suos debitores, nō inueniēdo institiā, non incidit in pœnā illius.l.licet dicat, ꝙ per aliquē nō vidit tractata, & cogitandū relinquit. ¶ Et idem dic ꝙ quādo non habetur copia iudicis, potest quis propria authoritate ius sibi dicere, si periculū sit in mora. secundū Cy. & Bal.in.l. sed si per prætorem.§.ait prætor.ff. ex quibus caus.maio. per.d.§.debitorē. Attamē Alexā.in.l.1.§. nūtiatio. ff.de noui operis nūtiatione dicit idem, etiā si non sit periculū in mora. per.l.generali.C.de decur.lib.10.sed debet prius expectari iudex absens. quod intelligit, si sit in breui rediturus, aliás nō. Et quoq; nō debet expectari, quādo expectatio esset frustratoria secūdū Alexā. vbi suprà, nu 6.&.7.allegādo glos.in.c.1.& ibi Bal.de cōsuetudi.recti feudi. ¶ Omnia supradicta loquūtur in ciuilibus. Sed quid in criminalibus,
32 an iudex † possit cognoscere de sua vel suorū familiariū iniuria, puta quādo potestas percutitur, iniuriatur, vel vulneratur, nunquid poterit delinquētē punire? Et quia est quæstio, quæ sæpe accidit, volo eā examinare. Et pro parte affirmatiua. & sic, ꝙ possit de ea cognoscere, facit: quia præses prouinciæ omnē iurisdictionē habet in sua prouincia quā varij iudices habēt Romæ.ff. de officio præ.l.ex omnibus.&.l.sequēti. ergo à simili. & potestas in sua ciuitate: sed lege cauetur, quòd præfectus omnia vlciscitur. vt. ff.de officio præfe.vrbi.l.1.in principio. ergo & potestas, cùm ille, qui in eū surrexerit, crimē commiserit. ¶ Quoq; facit: quia præses debet purgare suā ciuitatē malis hominibus. vt in.l.cōgruit. ff.de offi.præsi. nec distinguit, ergo nec nos distinguere debemꝰ. vt in.l.deprecatio.ff.de pub. ¶ Et qa reipublicæ vtile est, nec maleficia remaneāt impunita. vt in.l.ita vulneratꝰ.ff.ad.l.Aquiliā. Sed nisi potestas puniat, remanebit impunitū maleficiū, cū nullꝰ aliꝰ habeat hāc potestatē: ¶ Et quia permittitur ius dicenti non pati se cōtemni. & contemnētes potest punire. vt in.l.nec quicq̄ ff.de offi.procōs.& lega §.1. & in.l. obseruandum.ff.de offi.præsi. ergo multò magis suos iniuriatores puniet, cùm sit maius. vt.ff.de iniuriis.l.iniuriarum.§.si quis. ¶ Alia ratio: quia cōstat potestatem ciuitatis dici principem ipsius ciuitatis. vt in.l spadonem.§.si ciuitas.ff.de excusa.tuto. sicut & dominus dicitur princeps familiæ. vt. ff. de verbor. significatio. l.familiæ. sed princeps familiæ animaduertit in illos de familia in se delinquētes. vt in.l.si seruum.ff.de verb. obligat. & in. l. quid ergo.ff. de lega. primo.& in.l.1.ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. ergò potestas poterit animaduertere in suos ciues in se delinquētes. ¶ Alia ratiōe probatur: quia magistratus est publica persona.ff.de iusti.& iure. l.1.§.ius publicū. & ex iniuria sibi facta respublica est affecta, sicut ex iniuria sacerdoti illata. vt in. l.si quis in hoc genus. C. de episcopis & cleri. ergo potest talē iniuriā vindicare, etiā nemine nūtiāte. ¶ Finali ratiōe probat. Ille qui laedit magistratū populi Romani, incidit in.l.Iul. maiesta. vt in.l.1.ff.ad.l. Iuli. maiesta. nec mirū, cū in magistratu repræsentaretur imperator, sicut dominus repræsētatur seruo. vt.ff. de optione lega.l.si Pāphilo. & sicut in ministro ecclesiæ repræsentatur ecclesia.ff.de annuis leg. l annua.§. Attitia. argumen.l.peto.§. mater.ff.de lega.secūdo. & ideo iniuria facta ei, domino Regi, seu Imperatori videtur illata, siue imperio, cū in parte minister est. vt in Procœmio Institutio. nullus. & nullus dubitat, ꝙ iniuriā factā imperio, & principi, ipse princeps vindicare potest, sicut Imperator. vt in.l.quisquis. C.ad.l. Iuli.maiesta. ¶ Pro cōtraria parte, quòd nō potest ius sibi dicere. vt in dicta.l. vnica. ¶ Secundò: quia ex offensa iudex est factus inimicus. C.de inofficio.testamēt.l.liberi.&.ff. de his qui testamēt. delē.l.si inimicitiæ.& si est inimicus, non debet ius dicere. vt.ff.de iniuri.l. lex Cornelia. argumē. in. l. pariter. C. de libera caus. quia si aliqua defēsio cōpeteret offendēti, nō admitteret eā, cū de eius defensiōe admittēda nullo modo posset cogitare, sicut aliàs dicitur. C.de hæretic.l.si quis orthodoxe. in fine. ¶ Itē, quia nō debet quis committi sui aduersarij potestati. vt.l. si idē.ff.de iuri.omni.iudic. ¶ Et quia lex est expressa, quòd si patitur iudex iniuriā, superiori suo illud debet nuntiare, vt puniat. vt in authētica de defēsiōe ciuita.§.si verò egerit. collatio. 3. ergo non poterit per se: quia si per se posset, nō poterit ab alio. vt.ff.de furti.l. serui & filij.
¶ Quoq; facit: quia isti competit defensio, & debet audiri: Sed cùm iudex assumit sibi accusatoris vel denuntiatoris personam, iudiciariam potestatem, quam habet, amittit, cùm in eadem lite duplici non possit fungi officio. vt in l.nemo.C.de assesso ¶ Et videtur casus expressus in.l.senatus. ff.de offi.præ. ¶ Cyn. in. d. l. vnica. C. ne quis in sua caus. 2.colum. pro solutione & intellec. dicit, quòd Iaco.de Are. distinctionē facit. ¶ Aut delictū est notoriū. ¶ Aut non. ¶ Si est notorium, non indiget inquisitione, sed sola puniendi coertione, vt in. l. ea quidem. C. de accusation. & tunc poterit punire,

dere iuriſdictionem : quia ſi poſſeſſor turbetur
in ea extra iudicium , poteſt de facto reſiſtere.
Quod dicit valde notandum pro conſeruatione
iuriſdictionum temporaliũ,& eccleſiaſticarum,
in quibus procedit illa vulgaris regula , vim vi
repellere licet. vt in.c.ſignificaſti.el.2.de homic.
& ibi glo.& in.l.1.C.vnde vi.& Ange.& Ferra.
vbi ſuprà.& idem tenet Bar.in.l.1. §. hoc inter-
dicto.ff.de itiner.actuq́; priua.nu.2.&.3. quẽ vi
de.vbi credo Ange.extraxiſſe.licet Bar.non al-
legauerit.& idẽ tenet.Abb.in.c. cũ Vintonień.
de elect.in fine.num.14.vbi per eum.& in.cap.
1.de immunita.eccleſ. ¶ Quinimo iudex ſecula-
ris quando clerici aliquid attentant in præiudi-
cium temporalis iuriſdictionis, poteſt coercere
clericos reſiſtentes,& meritò: quia quilibet po-
teſt tueri ſuã iuriſdictionẽ etiã pœnali iudicio.
vt in.l.vnica.in principio.ff.ſi quis iusdicen.nõ
obtemp & Innoc.in.c.1.de offic. delega. Poteſt
etiam nõ ſubditos coercere. iuxta.c.Romana. de
pœnis.in.6.& ob id iudices tẽporales in dictis
caſibus clericos multant , nec propter hoc inci-
dunt in ſententiam excommunicationis,nec fa-
ciunt contra libertatem eccleſiaſticam:quæ licet
ſit tuenda, & amplianda , non tamen ꝙ aliis ius
ſuum auferatur.arg.c.ex tenore.de ſor.comp.nõ
enim debet apponi laqueus fauore eccleſiarum.
vt in.c.mulieri.de iur.iur.& iuriſdictio eccleſiæ
tueri debet ob reuerentiã Dei,ſcilicet iuſtè.Sed
nullatenus iniuſtè: & ſic contra eos poteſt pro-
cedi , prout tenet Bernardus Lauren. in tractat.
de poteſtate ſecularis ſuper eccleſiaſticas perſo-
nas.nu.13. cum ſequentibus. tomo.5. tracta. fol.
vlti.442.¶ Tamẽ dicit ibi,ꝙ executio huiuſmo
di multæ pecuniariæ non debet fieri contra per
ſonam clerici , nec in bonis eccleſiaſticis , quia
non ſubiiciũtur iudici temporali , ſed executio
fit in bonis immobilibus , ſeu in rerum tempo-
ralitate,ſi qua habẽt , cùm talia bona temporalia
ſubiiciuntur iuriſdictioni regũ, & aliorum tem
poralium dominorum.vt.c.quo iure.8.diſtinct.
& in.l.ſi captiuus.§.expulſus. ff.đ capti.& poſt
limi.reuerſ.& Oldra.conſi.59.& conſi.17.& ita
dicit dictus Bernar. ꝙ ſeruatur. & vide quæ di-
cam in.ca. 20. infrà eod. in glo.vſurpan.num.9.
¶ Quod verò de epiſcopo,qui non recipitur ab
4 eccleſia ſubiecta† ad procurationem debitam, ſi
poteſt frangere oſtia domus eccleſiæ,& violen-
ter intrare? Et quid de canonicis , qui non ad-
mittũtur ad eccleſiam , & ad capitulum? Et quid
de illo, quod eſt factũ in re mea,& à me poſſeſ-
ſa, an poſsim mea authoritate illud deſtruere?
Vide Alexã.& doct.in.l.1.§.nuntiatio.ff.de no-
ui ope.nuntia. num.2.cum ſequentibus. ¶ Et ꝙ
iuriſdictio ordinaria per occupationẽ non de-
5 best† impediri,tenet Iohan.Monachus in.c.cũ
epiſcopus.đ offici.ordi.in.6. & Bar.in.l. ſepul-
chri.ff. de ſepulchro.viol. nu. 3. vbi eſt conceſ-
ſum iudicibus ſuam iuriſdictionem defendere.
6 ¶ Et libellus† contra impedientem ſic intenta-
tur. Talis procurator talis vniuerſitatis, vel do-
mini noĩe ipſius dicit , cũ ipſa ſit in poſſeſsiõe,
vel quaſi talis iuriſdictiõis turbat illã , & mole-
ſtat,quo minus vtatur plenè & pacificè iuriſdi-
ctione ipſa. Quare peto per vos ſententialiter ei
interdici , ne illã deinceps turbet , ſed pacificè
vti ſinat poſſeſsiõe vel quaſi iuriſdictionis prę
dictæ,& illam in hoc potiorem eſſe ſententiali-
ter declarari:vt ponitur iſta forma ab Specul. in
tit.de cauſa poſſe.& proprie.§.1.num.16. verſic.
porrò.vbi dicit hoc eſſe interdictum vti poſside
tis.quod nota. Et ꝙ iſtud Interdictum cõpetat,
ſi turbatur in iuriſdictione. tenet Bar.in.d.l. ſe-
pulchri.& in. l.vlti. ff. vti poſsi. & facit.l. ſanæ
mentis.ff.de iniuriis.&.c.1.de offi.delega. ¶ Tu
quoq; dic,ꝙ nõ ſolùm pro iſta juriſdictione cõ-
7 petit interdictũ vti poſsidens,† ſed etiã cõpetit
actio cõfeſſoria , & negatoria , ſicut cõpetit pro
ſeruitutibus ruſticis,& vrbanis. vt notatur per
Innoc.in.c.conquerẽte. de offi.ordi. & in.c.in-
ter

ter quatuor. de maior. & obedi. & in. c. abbate. de verbo. signi. & tenet dict° Petrus de Ferra. in. d. libello. actio confesso. in parte, plenam & omnimodam iurisdictionem. versi. & aduertendum. nu. 8. & idē tenet Iaso. in. §. æquè si agat. institu. de actio. num. 35. & idem Ias. vbi dicit, q ista est communis opinio in. l. si prius. ff. de noui oper. nuntia. num. 4. & sic ego aliquando intentaui, & obtinui. ℣ Intantum iudex potest suam iurisdictionem defendere, & impedientes punire, habet etiā † locū, si impediētes sint penitus extranei à sua iurisdictiōe. vt tenet Bart. in. l. oībus. §. is videtur. ff. si qs ius dicē. nōobtēp. in fi. nu. 6. vbi ait, q cōtra tales remedia ciuilia pdita sunt. vt. ff. nec quis eum, qui in ius voca. p totū. &. ff. de eo per quē factū erit. & in. l. 1. C. de his q latro. ℣ Item in remediis criminalibus. vt in authen. vt omnes obediant iudic. prouinc. §. accipiant. aliàs. arripiat. colla. 5. sed in casibus, vbi remedia criminalia non apparent expressa, putat Barto. ibi. in dict. num. 6. q iudex posit punire tales impedientes crimine stellionatus: quod habet locum, vbi deficit nomen delicti. vt in. l. 1. ff. de crimi. stellio. de iure canonico potest punire ex officio suo. vt in cap. 1. & c. fanè. el. 2. de offi. delega. quod sequitur Alexand. in dict. §. is videtur. num. 6. & Iaso. ibi. num. 16. ℣ Talis enim,

8

9 qui iudici non vult parere, † vel suā iurisdictionē impedit, dicitur rebellis. vt tenet Abb. in. d. c. fanè. cl. 2. de offi. delega. nu. 4. & idē Barto. ibi, col. 3. versi. nota. ibi, cōtumax & rebellis. vbi ponit quoq; differētiam inter contumacē, & rebellem, & rebellis est, qn̄ de facto resistit. ℣ Et adde secundū Ias. in. d. l. in omnibus. §. is videtur. nu. 6. q nō solum puniūtur impedientes iurisdictio

10 nem, verūetiam eximentes † à manibus familiæ potestatis captū pro aliquo delicto, p quo esset condēnatus: quia tales eximētes dicūtur impedire, & pturbare iurisdictionē, & incidūt in crimen læsæ maiestatis. tenet Bart. per illū tex. in. l. cuiusq;. ff. ad. l. Iul. maiesta. & in. l. legis iuliæ. ff. ad. l. iuli. de vi publi. & Bal. notabiliter in. l. addi tos. C. de episcopa. audi. & Hippol. de Marsi. in singul. 223. quē vide, & idē tenet Ias. in. §. pœnales. insti. de actio. nu. 102. p dictū Bal. in. d. l. addi tos. & p. l. si. C. de oper. liberto. & p. l. 3. C. de exa cto. tribu. lib. 10. & ibi p And. de Barulo & Guido. pap. singul. 300. & latius per eū in cōsil. 211. vbi conclusiuè tenet, ponēdo qualiter puniatur eripiēs hominē à manu officiariorū, q aut eripitur homo condēnatus, vel cōdemnādus cū esset cōfessus de crimine: tunc talis eripiens incidit in crimen legis iuliæ maiesta. vt p Bar. in. d. l. cuiuscūq;. si verò eripiatur aliquis non cōdemnatus, vel confessus: tunc talis eripiēs condemnari debet ad mortem. in aliis autem casibus qualiter puniatur talis eripiens captiuatū à manu officiariorum, habetur in authē. vt omnes obedi. iudic. §. eripiat. colla. 5. ℣ Quod fallit, quando clericus

11 dicitur † per officiales tēporales, quia eis impunè pōt auferri, quia cōmittunt illicitū. Quod est verū, vbi cōstat eū esse clericū, aliàs secus, vt tenet singula. Guido papa in decisio. 73. in fin. & Bal. in. c. 1. de offi. delega. in fi. ℣ Quoq; fallit, qn̄ condēnatus, qui eximitur à manibus familiæ,

12 esset † iniustè cōdemnatus, quia tūc eximēs non punitur. tenet Hippo. de Marsi. in. l. 1. ff. ad. l. cornel. de Sica. nu. 67. & in. l. 1. ff. de quæstio. 6. col. nu. 26. & 27. cū sequētibus. Sed de hoc dubito: quia licet iniustè captus, nō pōt eximi: vt infrà dicetur. ℣ Prædicta procedūt, qn̄ aliquis eximit captū à manibus familiæ. ℣ Quid si aliquis exi-

13 mit positū † in carceribus ab ipsis carceribus: Iohan. Fab. in. d. §. pœnales. dicit distinguendō. Aut erat captus, p debito ciuili, & tūc eximens tenetur ad pricipale debitū. p. d. l. 3. quę incipit, quotiēs. de exactori. tribu. lib. 10. quę lex licet loquatur in fisco, habet locū in priuato, imò in priuato expresse loqtur. secdm Bar. ibi, & Ias. in. d. §. pœnales. nu. 104. & Iohā. Fab. quicqd dixerit glo. ibidē in. d. l. quotiēs. ℣ Si verò erat carcerat° pro cā criminali, & sic pro maleficio, tūc si erat cōuictus, & cōfessus, & condēnatus, tūc eximēs crimine læsæ maiestatis tenetur. vt in. l. 4. versi. pe. vbi est casus. ff. ad. l. iuliā maiesta. & Guido. pap. in singul. 408. §. aliquis. vbi dicit, q si aliquis homo ingreditur carceres, & reū de aliquo crimine victū, seu aliàs cōpeditatum soluit, & liberauit, punitur capite: nā tenetur crimine læsæ maiestatis. vt dicit esse casum in. l. cuius. §. Itē contra confessum. ff. ad. l. iuliā maiesta. ℣ Sed si non esset conuictus, nec confessus, nō videtur q habeat locū illa pœna. secdm Iohā. Fab. ibi, in dict. §. pœnales. nu. 9. versi. itē aduersus. ℣ Tamē Ias. ibi nu. 104. dicit, q quicqd dixerit Iohā. Fab. si nō erat cōfessus, vel condēnatus de maleficio qualiter eximēs puniatur, dicit q est text. in. d. §. arripiat. in. d. auth. vt omnes obedi. iudic. prouinc. colla. 5. & Barto. in dict. l. 4. ff. ad. l. iuliam maiesta. vbi quoq; posit procedere de incarcerato pro maleficio confesso, & condemnato, ne dum si eximat de carceribus, sed etiam si quis eximat à manibus familiæ. & in extrauaganti ad reprimendum. in glo. in versicu. tangatur. & idem tenet Ias. in dicta. l. omnibus. §. 15. videtur. numero. 17. & Speculator in titulo

de

de præscrip.§.2.& Host,in.c.à nobis.de aposta tis.Quia ille,qui est detentus,vel captus à familia,vel dicitur ab ea, dicitur esse incarceratus.vt in.l.qui neq;.ff.de verbo.signifi. & tenet Barto. in.l.eiusdem.§.trans fugas.ff.ad.l. Cornel.de sicariis. & August. de Ari.in additio.ad Ange. de Gâbeli.in tract.de malefi.in parte,q fama publica. num. 56. ¶ Sed ego teneo, q si est captus pro delicto, licet non sit conuictus, nec confessus,qui eximit eum à carcere,seu à vinculis,punitur ea pœna, qua ipse captus puniendus erat. per.l.1.C.de his qui latro.quem tex.allegat Bar. in proposito in.l.si quis. in fine.ff. ne quis eum qui in ius vocat.vi eximat.& Alex.consil.35.in 2.volumi.nu.5.& facit & tex.in.l.14.tit.29.parti.7.quam vide.& Montal. ibi,quæ habuit ortũ à.l.vnica.ff.de effracto.& ab his, quæ notantur in.l.eos.ff.de custo.reorũ.& est tex.nouissimus de nostro iure regio,qui ista decidit, loquendo in eximente à manibus familiæ delinquentem. in.l.5.tit.12.lib.8.in ordi.regali.versic. y si le tomare el preso. vbi tenet, q si ab officialibus captum quis ceperit, seu quomodocũq; ne capiatur impedierit, vel vt executio iustitiæ nõ fiat, si talis pati pœnam sanguinis merebatur, illam captũ accipiẽs,seu executionem iustitiæ impediẽs patiatur.si autem captus pœnam sanguinis subeundus nõ erat, propter ausum temerarium contra iustitiam cõmissum, si generosus fuerit, per medium annum in carcerem iaceat, & pee decem annos à regno exulet: si verò generosus non fuerit, per annum in carcerem permaneat à regno quoq; insuper p bienniũ exulet.si bona sua viginti mille marabitinorum quãtitatem excesserit,sex mille marabitinorum soluat:si minoris sunt quãtitatis,quartam perdat bonorum: & si soluendo non sit,per annum in catenis iaceat, & per quadriennium à regno exulet. Et si talis condemnatus ante exilium cõmpletum sine regis mãdato in regnum intrauerit, exilij tempus duplicetur. Et si tertiò ingredi rebelliter cõtendat, vltimo supplicio puniatur. Quæ lex ad literam seruatur, quando aliquis eximit captũ pro delicto à manibus familiæ. Sed quando eximit à carceribus, vel vinculis, seruatur pœna dict.l. partitæ,scilicet, q debet pati eam pœnã, qua captus puniendus erat,de quo per Ange.in tracta. malefi.& ibi per August. in additio.in parte, q fama publica.versi.secundò quæro.nu.55. cum sequentibus. Et Saly.in.l.1.C.de fals.mone.in.7. notabil.dicit,q qui custoditum fugere fecit, ea pœna,qua ille punitur.vt in.d.l.ad commentariensem.C. de custo. reorum.versi. si quis fecit. Tamen August. in dictis additio.ad Ange. de malefi. in parte supradicta, num. 57. intelligit hoc, q eximens aliquem à carcere, tenetur pro eo,& non in plus,q teneretur ipse principalis, qui fuit exemptus.vt dicit tenere glo. & Ange. ibi,ponderãdo text.in.l.1.§ hæc verba.ff.ne vis fiat eis. quod dictum Angel. non inuenio: imò nec illum tantùm legi.dicit August. vbi suprà fore intelligendum in ciuili,sed in criminali nõ procedet intellectum suum. potest esse, quia in criminalibus licet quis sit iniustè captus, & in vinculis vel carcere positus.& nullam pœnam mereatur captus,tamen eximens eum, meretur pœnam:quia captus de mandato iudicis, de cuius iurisdictione cõstat, licet captura sit iniusta, non est resistendum de facto,sed de iure per appellationis remedium.Ita tenet Angel.singulariter in.l.1.ff.ne quis eum qui in ius voc.vi exi. allegando Innocẽ.in.c.si quãdo.de offi. delega. & alia iura, vt ibi per eum.¶ Et talis eximens in isto casu potest puniri ad petitionẽ iudicis,qua si eius iurisdictio sit turbata, vbi captura est iniusta respectu rit⁹,& ordinis, & tũ eximẽs debet puniri,etiã ad petitionẽ partis. & vi. Hippoly. de Marsi. in sua practi. crimin.§. attingã. nu.49.vbi remissiuè.¶ Et eundem Hippoly.in dict.pra.§.opportunè.num.20.vbi tenet,q si aliquis est captus ex mandato iudicis pro aliqua summa, qui verè non est debitor, attamen eximens eum à manibus familiæ, cadit in pœnam, etiam si velit ostendere, q exemptus non erat debitor.tenet Cępola cõsil.14.in.4.col.¶ Quod dicit Angel. vbi suprà fallere, quando aliquis esset captus de mandato eius, de cuius iurisdictione non constat, puta, de mandato delegati à principe, qui suum mandatum in publicum non deduxit,tunc nõ punitur eximens,quia licitè eximit exemptum.¶ Idem si fuit captus de mandato non habentis iurisdictionem,quia excessit terminos iurisdictionis suæ.per.l. prohibitum.C. de iure fisci.lib.10. ¶ Quoq; fallit secundùm Iohã.Fab.in. d.§. pœnales. versic,item aduersus.nu.9.quãdo quis non est dãnatus,nec captus,p delicto ab imperatore,vel ab eius officiali, sed à iustitia inferioris, puta, ducis, vel Marchionis, vel suorum officialium, tunc eximens non incidit in.l. Iuliam maiestatis, sed aliter debet extraordinariè puniri.Quia ad hoc vt incidat in illam pœnã.l. iuliæ maiestatis.requiritur,q captus,vel carceratus sit ab imperatore, vel eius officiali. Quod dictum Iohann Fab.sequitur Ias.in.d.l.omnibus.§.is videtur.num.16. vbi dicit,q est notandum,quia est magna limitatio

ratio ad prædicta iura, & ad decisionem Bar. Sed dictus Iaſ. in d. §. pœnales nu. 107. dicit, φ ſi hoc dictum Fabri eſt verum, eſt aureum, & notabil. dignum, nec alibi inuenitur. de quo dicit, quòd dubitat per dict. l. 4. verſi. pe. ff. ad l. iuliam maieſta. ibi, propter hoc in vincula cõiectum emiſerit. Et propter iſtam dubitationem in d. §. pœnales. & propter affirmationem per eum factam in d. §. is videtur. videtur mihi, φ ſit verũ illud, quod multi aſſerunt. ſ. φ lectura in d. tit. de actionibus. non ſit Iaſ. ſed Alex. de Imol. & propter alia, quæ laborando ſcripta inueni in multis locis. ❡ Et quòd limitatio Iohan. Fab. non ſit vera, ſed quòd dicta pœna habeat locum, ſcilicet, pœna legis. 4 ſuprà allega. etiam in eximente delinquentem à carcere Ducis, Marchionis, vel aliorum dominorum. tenet tex. in l. 14. tit. 29. part. 7. ibi. E porende mãdamos, q̃ ſi alguno fuere oſado de ſacar preſo dela carcel del rey, o de algun adelantado, o de comun de algun concejo, o de otra priſion qualquier en que fueſſe metido por mandado del rey, o de alguno de los otros que an poder de juzgar por el, que deue recebir tal pena qual deuia recebir aquel que fue ſu deſacado por fuerça. qui tex. loquitur in criminalibus, vt ex eo patet, & inquantum text. dicit, que deuen juzgar por el, ſcilicet, quando à principe magiſtratus eſt conſtitutus ad iuſtitiam exercendam, vel ab alio, qui habet poteſtatem à principe. vt dixi latè in c. 1. ſuprà in glo. 1. in princi. quia vt tenet Alex. in l. 1 in fine. num. 35. verſic. vnde dicit Bal. ff. de iuri. om. iu. quòd omnis iuriſdictio eſt imperatoris, & ipſe eſt, qui iuriſdictionem tribuit, magiſtratus creando, vel conſirmando, vel præſtãdo authoritatem creandi, vel confirmandi, allegando Bal. in cap. 1. §. ad hæc. 1. col. de pace iura. firman. per illum text. & per. §. iudices verò. fallit quoq; niſi condemnatus, vel alius pro eo, puta conſanguinei, vel amici appellaſſent iuſtè à ſententia condemnationis iuxta l. non tãtùm. ff. de appella. quo caſu ſi iudex non obſtante appellatione vellet exequi ſentẽtiam, quæ non eſt amplius reiterabilis, vel retractabilis, iſto caſu licitum eſſet etiam facto reſiſtere iudici, & impunè talem executionem impedire, quia per appellationem ſublata eſt iuriſdictio iudicis à quo. ita Inno. ſingulariter in c. ſi quando. de offi. delega. verſi. tranſactione. quod dictũ reputat notabile Bal. in d. l. additos. C. de epiſcopa. audienti. vbi vide alia plura per eũ. & ſequitur Iaſ. in d. §. pœnales. nu. 108. vbi alios docto. allegat hoc idem ſequẽtes. & idẽ tenet Ange. ibi. num. 17. de quo per Abb. in d. c. ſi quãdo. & de intellect. nu. 2. ❡ Vltimò limita prædicta de eximente, vt non procedat in Cardinalibus: nam ſi Cardinalis obuiauit ei, qui ducitur ad mortẽ, habet ex cõſuetudine priuilegium hoc, φ poſſunt eum eximere, & à morte liberare, ſecundũ Bal. in d. l. additos. & Iaſ. in d. §. pœnales. num. 109. ❡ Si autẽ eſſet aliquis incarceratus pro debitis

14 priuatorum, faciens † eum fugere de carceribus, tenetur ſatiſfacere omnibus creditoribus. text. eſt ſolennis in d. l. quotiens. C. de exacto. tribu. lib. 10. vbi tex. iuncto vno intelle. gloſſæ adhuc probat aliud, quod eſt ſingularius, φ etiam ſi ille denuò reducatur ad carcerẽ, hoc nõ obſtãte, qui fecit eũ primò fugere, tenetur creditoribus ſoluere. & ita p illum tex. dicit Iaſ. in. d. l. omnibus. §. is videtur. nu. 17. quod tenet Saly. in l. bonæ fidei. C. de rebus credit. & in l. admonẽdi. ff. de iureiuran. & ibidem Ludoui. Roma. col. 25. vbi refert & ſequitur. ❡ Si autem aliquis occul-

15 tauit † debitorẽ alicuius, & non patitur eum capi, an teneatur, maximè ad creditum? Bald. in l. fi. C. de ope. liber. tenet, quòd non: ſed Salyc. ibi tenet contrarium, & fortè melius, ſecundùm Iaſ. in d. l. omnibus. §. is videtur. in fi. & idem tenet Iaſ. contra Bal pro Saly. in d. §. pœnales. inſtitu. de actio. nu. 102. & credit etiã, φ iſto caſu prouideatur creditori, mediante tit. ff. ſi quis ius dicẽ. non obtemp. hoc modo, quia iudex habet præcipere illi occultanti ne impediat executionem, & ſi cootẽneret præceptum, poſsit iudex procedere ad multas, & ad alia remedia, quæ traduntur per ſcribentes in dict. l. 1. ff. ſi quis ius dicen. nõ obtempe. & opinionem Salyce. licet de eo non faciat mentionem, ſcilicet, quòd uedum ille qui de facto exlmeret captum, tenetur creditori ad ſolutionem. ❡ Sed etiam ille, qui noti-

16 ficauit † debitori alicuius, quòd fugere deberet, quia creditor ſuus ordinauerat facere eum capere, & detineri, tenetur ad ſoluendum debitum creditori, ſi talis debitor fugam arripuit. ita doctor del Caſtillo in l. 66. de Toro. in gloſ. de ſe arraygar. 3. colum. verſicu. & nota allegando meum Hippolytum de Marſiliis, in repetitio. rub. ff. de fideiuſſo. colom. 7. num. 16. & 17. vbi allegat Petrum de Auchara. in conſilio. 341. incipiente, Viſo themate. in fine. & idem tenet Hippolyt. de Marſil. in ſingula. 137. quem vide. & Bald. in c. dilectus. colum. 4. de appella. & ibi Cardi. Alex. & Iohan. de Ana. conſil. 55. incipiente, quia dubia ſuper facto iſto occurrente. in fine. vbi dicit, quòd reperit, φ cõſuluit Salycetus, & dominus ſuus Petrus de Anchara. & inter alia allegant text. in l. ſint certo. verſiculo, cuſtodiam.

custodiam.ff.cōmoda. cum ibi notatis. per glo. & in.l.si à bonę fidei possessore.versi.si vero cu stodiæ.ff. de rei vendi. allegant etiam notata in l.pe.C.de operis liberto. Ego in fauore Saly, & Anchara. & Hippolyt. & sequacium allego dictum Paul.de Cast.in.l.dedi tibi.§.fi.qui incipit,quanq. nn.6.ff.de condi.cauf.data.vbi dicit per text.ibi,qui non est alibi,secūdùm Ray:
17 de for. quòd si tu impedis † me,quo minus aliquam vtilitatē consequar, habeo cōtra te regressum ad omne interesse.vnde infert Paul.de Castro, si aliquo volente mihi aliquid relinquere, tu impediuisti,teneris mihi ad interesse. Et ad de Iohan.Andr.in additio.ad Specul.in titu.de indicijs.§.generalia.vers.posset poni. vbi ponit de tutore, qui procurauit, vt testator sibi relinqueret totum,vel partem eius,quam pupillo relinquere intendebat, ꝙ pupillus potest agere ad interesse.quod dictum Paul.sequitur Alexā.in additio.ad Bar.in.d.§. quanq. Et idem quod Saly.& Anchara.tenet Fran. Curtius in additio. ad Paul.de Cast.in.l.si per alium.§.docere.ff.ne quis eum qui in ius vocatus vi exi. & idem in expresso tenet Iohan.de Pla.in.d.l.quotiēs.vbi singulariter de ista materia. Circa supradicta vide notabile dictum Iohan.de Plat.in.§.præterea.institu.de actio.vbi tenet,ꝙ licet receptaue-
18 rim † in mercatores falitos,vel qui fregerūt,non propter hoc possunt conueniri vt eos exhibeāt, nec teneor ad interesse.& idem tenet & sequitur Hippoly. de Marsi. in singula. 366. quod nota, Sed hodie dictum Plat.Ias.& sequacium non tenetur,quia contrarium disponitur per text. in l.5.tit.8.de los troques y cambios.lib.5. in ordinamen.regali.vbi cauetur,ꝙ nullus receptet dictos mercatores falitos,aliàs ad debita, quæ ipsi tenentur,teneantur.& facit.l.80. in pragmaticis. fol.78.& text.singula.in.l.4.ti.17.lib.8.in ordi. regali.vbi idem tenet, ꝙ receptantes, ad debita teneantur,& hoc quando malefactorem,seu debitorem abscondit, quia tūc dicitur receptator,
19 † non in eo,qui dedit potum,vel cibum.text.& ibi Bart.in.l.1.§.ꝙ autem.ff.de seruo corrup.vbi Bar.dicit facere pro statutis, qui dicunt, si quis receperit malefactorem, vel bannitum, Quoq; receptator debet esse sciēs,prudēsq;,vt demum puniatur,si sciuerit ipsum esse debitorem rebellem,non antē si ignorauerit.vt in.l.1.C.de desertori.mili.lib.12.& ibi Plat.nu.3.& facit.l.3.§.nō tantùm.ff.de incen.rui.naufra.&.l.metodorum. ff.de pœnis,& in dubio præsumitur ignorantia, nisi foret notorium.vt in.l. 1. ff. de recepta. pro quo facito quod notat gloss. in. l. si tutor. C.de pericul.tuto.prout tenet dictus Plat.in.d.l.1. & statur iuramento suo.vt ibi per eū.nn.4.& Hippoly.in.l. qui ignorans.ff.ad.l.cornel.de fal.nu. 22.& Feli.in.c.à nobis.de exceptio.& Plat.in.l. fi.C.de fabricen.lib.11.& Luc.de penna.in.d.l.1,
20 col.1. Idē est in occultante,vel faciēte † fugere officialem tēpore syndicatus, quia tenetur ad restitutionem in quadruplum,secundùm Bal.in.l. 2.C.de adsesso. Sed intellige verū in foro conscientiæ post condemnationem, sed ante solùm tenetur ad dānum,quod restituere debebat ipse officialis, si in syndicatu fuisset. ita singulariter summa Angeli.in parte,restitutio.§.9.versi.vtrū faciēs fugere.de quo vide quę latē posui suprà, in.c.1.in gl.ni recibira dadiua.versi.sed vtile est. nu.20. Adde vnū singulare,ꝙ contra eximen-
21 tem aliquē de manibus familiæ interesse † probatur per iuramētum creditoris. tenet Bart.in.d.l. si per aliū.§.docere.ff.ne quis eum.& tenet Pau. de Cast.in.l.sed eximendi.§.item si is.eod.tit. & tenet Anto.Frāc.in additio.ad Abb.in.c.dilecti filij.de foro compe.in additione finali:quæ incipit, ex contractu. post medium.& Angel.in.d. §.pœnales.nu.16. vbi tenet, ꝙ in ista actione in factum contra eximētem iuratur in litem:& speciale est, quamuis sit stricti iuris propter rigorem iuris conseruandum.de quo ibi per eum,& format quæstionem vt clarius intelligatur. Et ideo dicit Montal.in glo.ordi.in parte, iudices prætores.ꝙ ille,qui aufert captum, vel alio modo eum eximit,succedit ne dum in interesse, & pœnam,sed etiam est in maius periculum,quàm erat reus principalis, quia facilior est probatio contra eum. Dicit ad hoc tex.valde notabil.in.l. 2.§.prætor ait.ff.eod. tit. ne quis eum qui in ius voca.vi exi.& Bald. ibi. & probatur per. d.l.fi. C.de operi.liberto.& in.l.consiliarios. C. de adsesso.& glo.in.d.l.quotiēs. Item nota,ꝙ si plures abstulerūt captum à familia,vel vi eximunt
22 aliquē de carcere,ꝙ quilibet tenetur † in solidū, & vnius solutio non prodest alteri.per tex.in.l. 2.§.fi.ff. ne quis eum qui in ius vocatus vi exi.& ibi Bal.& tenet Mōtal.vbi suprà:& tenet in expresso Paul.de Cast.in.l.pen.quæ incipit,si per alium.§.hoc iudicium.ff.eod.ti.nec pœna soluta ab vno,liberat alium, & etiam debitor remanet
23 obligatus. Sed an solutio † facta ab eximente debitorem liberet?Glo.in.d.l.pen.quę incipit,si per alium.§.1.tenet quòd nō,sed aliquis antiqui tenent ibi contra. Sed Ange.& Flori.ibi concordant,dicendo. Aut primo debitor fuit condemnatus,& soluit quod debebat,& eximens liberatur quoad ipsum actorem:quia amplius sua non

non intereſt,& primũ debitum eſt extinctum. ¶ Aut primò fuit exactus eximẽs, & tunc non liberat eximẽs debitorem:nã id quod ſoluit eximens, videtur ſolutũ in pœnã ſui delicti.l.mancipia.C. de ſeruis fugit. ¶ Sed iſtã diſtinctionẽ Ange.de Are.in.d.§.pœnales.nu.18.dicit,ꝙ nõ credit eam verã:imò quamuis ſit primò exactus debitor, nõ ſit liberatus eximẽs propter dolum ſuum, & ſuum delictũ. Præterea quia vt eximẽs teneatur,nõ habetur reſpectus ad quãtum in veritate teneatur exẽptus :quia etiam ſi in nihilo tenebatur, & calũniosẽ eſſet exemptus, tamen eximens tenetur. vt in.d.l.ſed eximendi.§.item. & in.d.l. ſi per aliũ.§.1.in fi. ¶ Pro quo etiam facit quod dictũ eſt,ꝙ ſi ſunt plures,qui eximunt captum,quilibet tenetur in ſolidum. vt in.d.l. pen.§.hoc iudicium.Sicut etiam dicimus,ꝙ duę cauſæ lucratiuæ procedentes à diuerſis debitoribus poſſunt concurrere in eadem re, etiam quo ad exactionem,qñ primò extimatio rei fuit exacta.l.Meuius.§. duobus. & ibi Bartolus latiſsimè.ff.de lega.2.& in.l.planè.§.1.in.2. reſponſo. ff.de lega.1. Præterea poteſt dici,ꝙ quoad debitorem ſit rei perſequutio,& quoad eximentem ſit pœnalis. Sed pœnalis non tollitur per perſecutoriam,nec econtra.vt in.l.ſi pro fure.§.1.ff. de condi. furti. cum ſimilibus. ſiue ſit exactus primò debitor,ſiue non , quia non liberatur alter,qui tenetur ad pœnam. ſecundum Angel.in dict.§.pœnales.quod mihi placet. ¶ Sed quid in

24 iudice delegato,†ſeu perquiſitore, qui ſunt idẽ, an poteſt defendere ſuam iuriſdictionem limitatam , quam habet, & punire turbantes eam?Et videtur ꝙ non: quia iuriſdictio delegata nõ extenditur ad perſonas nõ expreſſas in reſcripto. vt in.c.1.& glo.de offi.delega. ſed de iſtis impedientibus non habetur mentio in reſcripto, ilicò ad ipſos non extenditur iuriſdictio. Sed dic, ꝙ illud intelligitur vniuerſaliter,& fallit in iſtis, qui impediunt proceſſum iudicis , quia contra ipſos bene extenditur iuriſdictio. vt in.c.1.de of fi.delega. Et eſt ratio.quia omnia videntur ſibi cõmiſſa , ſine quibus iuriſdictio explicari põt. cap.præterea.el.2.de offi. delega.& .l.2.ff. de iuriſ.om.iud. Cõtra iſtos ergo turbãtes põt delegatus exercere cẽſuram:qa permiſſũ eſt iudicibus defendere ſuã iuriſdictionẽ iudicio pœnali. vt in.l.1.ff.ſi quis ius dicẽ.non obtẽp.licet Iohã.de Imol.in.d.c.1.& in.c.dilectus. de pœnis variet. ¶ Sed tu cõclude poſt ſcribẽtes in.d.c.1.de offi.de lega.ſcdm And.ſicul.Barb.ibi,col.25.cũ ſequẽt. ¶ Quod ſi tertius delinquit in perſonã iudicis delegati,nõ põt illũ punire,niſi ex hoc cõtingat ſuam iuriſdictionẽ impediri.Et ita reducitur ad concordiã Inn.in.d.c.1.& in.c.dilect⁹.nã in.c.1. tenet,ꝙ põt ſuã iniuriã vlciſci.p.c.ſi qs erga.2.q. 7.ſed in.c.dilectus.tenet oppoſitũ.& cõcorda vt dictũ eſt. ¶ Quoq; dic,ꝙ tex.in.d.c.ſi qs erga.loquitur in ordinario.d quo plenẽ per Abb.in.d. c.eũ veniſsẽt.de iudi. Et attẽde, ꝙ in caſu,in quo põt delegatus punire,nõ intelligas ꝙ poſsit imponere pœnã ordinariã , ſed extraordinariã.qa ipſe nõ eſt deputat⁹ ſupra illã iniuriã. ¶ Si verò delinquitur cõtra partes.vel teſtes,& ſimiles perſonas neceſſarias in iudicio.cõclude,ꝙ ſi ex hoc ſua iuriſdictio impediatur , põt vlciſci , aliàs ſecus , & ad limites impedimẽti põt ſe impedire, & nõ aliter. Sed cõtra officiales delinquẽtes coram ſe cõtrariũ tenet Inno. in.d.c.dilectus,ꝙ nõ põt ipſe procedere,niſi impediretur ſua iuriſdictio , ſed debet facere eos punire per ordinariũ. ¶ Quam aũt poteſtatem põt exercere delegatus in iſtos tales impediẽtes? Dic ꝙ cẽſura eccleſiaſtica,etiã ſi hoc nõ ſit expreſſum in reſcripto.vt voluit Inno.in.d.c.1. Et quoq; poterit eos multare pœna pecuniaria ſcdm eundẽ:quia oĩa videtur cõmiſſa , ſine quibus iuriſdictio exerceri nõ põt.idẽ tenet Abb.in.d.c.1.nu.6. ¶ Quid ſi alius pręter litigatores,eſt ſuſpectus,ꝙ vult impedire iuriſdictionẽ,vel offendere eos, qui ad ſuũ iudiciũ ſunt vocati?Dicit Inno. ꝙ iudex coget eum pſtare cautionẽ ſuper eorũ ſecuritate.arg.c.literas. de reſti. ſpol. tenetur enim iudex aſsignare partibus locũ ſecurũ.c. ex parte.de appella. ¶ Sed limitatur hoc, niſi eſſet tãta ſæuitia, ꝙ nõ poſſet p cautionẽ mederi, qa dicit Hoſti.ꝙ ſuſpẽderetur cẽſura, donec mutẽtur tempora, vel per deũ, vel eius vicariũ aliud cõſilium apponatur , & conſulatur,ꝙ ad tps deſiſtat.arg.in.d.c. literas. &.c. ex trãſmiſſa.de reſti.ſpol.ſcdm Barb. vbi ſuprà, in.d.c.1. ¶ Sed quæritur , ſi iudex,ſeu poteſtas p

25 defenſiõe ſuæ iuriſdict.delinquat,† & dãnũ det, an ille teneatur ad ſatiſfactionẽ delicti, vel ciuitas,rõne euius defenſionẽ fecit?Et videtur ꝙ ille tenetur,& nõ ciuitas:qa delictũ pſonæ in eccleſiã, vel ciuitatẽ ſeu rẽpublicã nõ debet redũdare. Et iõ ſi Abb.delinquat, vel ali⁹ monach⁹, vel cleric⁹,iniuriã faciẽdo,vel dãnũ dãdo, vel alicui eius poſſeſsionẽ occupãdo, eccleſia nõ tenetur. Nã qua rõne delictũ tutoris non obligat pupillum. vt in l.neq;.ff.de reg.iur.& in.l.pe.ff.de tabulis exhibend.eadẽ ratione delictũ clerici. vel prælati,nõ debet eccleſiã obligare : cũ pupillus, & eccleſia,& reſpublica pariſicetur ex vna parte. & eorũ adminiſtratores etiam pariſicẽtur ex alia. vt in .l. orphanatrophos. C. de epiſcopis, & cleri,

& cleri.& in.c.1.de in integr.restitu. & ibi glo. ¶ Et quia ex delicto officialis non tenetur vniuersitas ad pœnam,ex eo,ꝙ in generali mãdato non venit,ꝙ faciat incidere in pœnã.tenet Bart. in.l.aut facta.§.fi.vlti.col. ff. de pœnis.sequitur Alex.in consi.105.in.3.volu.consiliorum. num. 27.¶ Sed in contrarium videtur ratione prædictæ parificationis:quia iure expressè cauetur,ꝙ pupillus teneatur de dolo tutoris.vt in.l.1.§.hoc edicto.ff.ne vis fiat ei,qui in posse.&in.l.si vna. §.si dolo.ff.de peculio.& in.l.3.§.pe. &.ff.de administra.tuto.l.fi. ¶ Dyn.in regula delictũ personæ.de regul. iur.in. 6. pro solutione dicit, ꝙ si ex delicto, vel dolo prælati, vel alterius peruenit ad ecclesiam aliquid, catenus teneatur ecclesia, sicut tenetur pupillus de eo, quod ad se peruenit ex delicto tutoris. vt in.l. supradicta. Sicut pater ex delicto filij tenetur, & dominus ex delicto serui inquantum ad eos peruenit. vt in.l.1. §. cùm igitur.ff.de vi & vi arma.& in.§. si quis.eum.& in.§.si filius.& in.l.2.§.fi.ff.de peculi. Et eodem modo tenetur ciuitas, vel vniuersitas,quatenus ad se peruenit ex facto, vel delicto præsidentis.i.iudicis.vt.ff. de vi & vi arma. l. si in me.&.ff.de dolo.l. si ex dolo.§.Sed an municipes.Tunc ecclesia non videtur pati damnum, quod est diminutio patrimonij. vt in.l.4. ff.de damno infecto.cùm de suo non soluat,sed quod ad eam peruenit restituit. Et istam solutionem quoq; tenet Iohan.Andr.in.d.regula delictum. in mercuriali. in princ. ¶ Vbi Dyn.ponit quoque alium contrarium de.l. iubemus nullam.C. de sacrosanct.ecclesi. ¶ Sed soluendo dicit,ꝙ delictum commissum à prælato,seu à iudice,colle-
26 gio,seu consistorio,† vel capitulo vocato,& cõmunicato redundat in damnum ecclesię,seu vniuersitatis.vt in.d.l.iubemus. Secus eo non communicato:quia delictũ solius potestatis,vel prælati,seu alicuius,vel aliquorum de collegio, ecclesiæ,vel vniuersitatis non pręiudicat.& ita intelligitur.d.regula delictum,& ista est communis solu.secundùm Dyn.ibi. Et eam quoq; dicit communẽ. Abb. in.c.1.de dolo & contu.nu.12. & Bart.in.d.l.iubemus nullam.vbi quoq; dicit, ꝙ sic debet intelligi.d.c. delictum. ¶ Quinimo non solùm obligatur ecclesia,ciuitas,vel vniuersitas quando communicato consilio fuit factum,
27 & de suo consensu,verunetiam obligatur† vniuersitas,si ratum habuit quod factũ est per prælatum,seu per iudicem, & hoc casu obligatur ecclesia,seu vniuersitas etiã in delictis. vt notat gl. in.c.cùm dilectus.de ordi.cogni.in glo.3. & vi. Bal.& Abb. Notat etiam glo.& ibi Barto.in.l.si quis in tãtam.C. vnde vi.tenet ad literam. Alex. in additio.ad Bart.in.d.l.iubemus nullam. in fi-
28 nali addit. ¶ Sed hoc intelligitur verum †,quando omnes de capitulo,vel de collegio cõsensissent: secus si maior pars capituli consensisset,& minor contradixisset, quia adhuc nõ fieret præiudicium ecclesiæ. Nec obstat.l.maior.ff. ad municipales. quia debet intelligi de his, quæ tendunt ad vtilitatem, vel saltem non tendunt ad damnum: & tunc quod maior pars facit, videtur fecisse totum capitulũ,vel vniuersitas. Sed quando tendit actio ad damnum,requiritur ꝙ omnes concordent, & cõtradictio vnius faceret,ne videatur gestum ab vniuersitate. Quod perpetuò tene menti,secundùm Paul.de Cast.in.d.l.iubemus nullam.num.6.quod dicit raro reperies alibi hoc dictum,& est pulchra limitatio ad.l. maior.& vi.aliquid per Roma.in singula.44. Et in casu isto non ciuitas, sed ista maior pars tenetur ad damnum,nõ in solidum, sed quilibet tenetur pro parte.vt tenet Bal.in.c.edoceri. de rescript. nom.3.dicendo,ꝙ si plures admittuntur ad communionem officij publici, & simul delinquunt in officio, quilibet tenetur pro parte. quod est notã dnm. Ad quod facit,quod tenet idem Bal. in.c.cùm dilecta.de rescrip.nu.5.vbi tenet, ꝙ si multitudo hominum facit sibi vnum caput,siue capitaneum,omnes dicũtur principales, tamen vnusquisq; tenetur pro se, & non pro alio. vt notatur in.l. prætor.ff.vi bono.rap & vi.Bal. in rub.de his quæ vi met.caus. in decretali.num.13. vbi singulariter. & vide suprà in glo. iuntaran, in fine.& quæ ibi dixi in.c.2. ¶ Alij faciunt aliã distinctionem. Aut delinquit contrahendo, vel delinquẽdo,aut negligendo , aut delictum reale & mere suum,aut est delictũ,vel actũ, & inclusum,seu coniũctum cum administratiõe. vt per Bart. Bald.& Paul.in. d.l. iubemus nullam. singulariter distinguẽtes & quoq; ibi per eos quid in acquisitis,& quid in acquirẽdis. & per Abb. in.d.c.1.de dolo & contu. ¶ Sed contra supradictam conclusionem, in qua cauetur, ꝙ quando communicato consilio fecit, nõ tenetur,sed vni-
29 uersitas.facit glo.† in.c.placuit.16.q.6.& Archi. ibi.& Cardi.in.d.c.1.& glo.in.c.priuilegium.11. q.3.vbi indistinctè volunt, ꝙ quantũcunq; hoc delictum fit communicato consilio, nunquam præiudicet ecclesiæ, vt ecclesia priuetur re sua: quia cũ expressè non posset prælatus & capitulum sine causa legitima, & solennitate debita, alienare bona ecclesiæ.12.q.2.c.sine exceptione. multò fortius tacitè, maximè delinquendo. Et distinctio,quæ fit, an fiat communicato consil. vel

vel non, procedit quoad ea, quæ cadunt in potestate prælati, & capituli, vt in obligando ecclesiam pro aliqua legitima causa. vt legitur in capit. quod quibusdam de fide instru. non autem quoad alia. notat in simili Barto. in. l. sciendum. ff. de verborum obligat. Et hoc plus placet Abb. vt ipse ait in dict. cap. 1. de dolo & contuma. num. 13. & 14. cum sequentibus. vbi singulariter hoc altercat melius, quàm alibi: quem vide, & concludit in num. 18. & dicit, quod si res spectat ad mensam prælati, puniatur ipse prælatus in vita delinquentium: si verò res erat ecclesiæ, & non pertinebat solum ad mensam prælati, & capituli, tunc condemnabuntur ipsi de proprio ad æstimationem. & idem voluit tenere Bald. in prælud. feudo. in finali diuisione, licet Abb. eum non alleget. nume. 58.

¶ Attamen quicquid dicat Abbas, ego teneo,
30 † quod si iudex fauore suæ iurisdictionis aliquod damnum fecit, quòd non tenetur soluere ex suo, sed respublica tenetur tale damnum emendare, & soluere condemnationem contra eum factam. vt tenet singulariter Paris de Puteo in tractatu syndica. in parte, an officialis possit capere rem. folio. 69. in libro portatil. vbi dicit, quòd si officialis accipiat boues alicuius pro homine trahendo ad iustitiam, quod illi boues de cætero cùm arabunt in terram, & nunquàm germinabit fructum illa terra arata cum dictis bobus, dicit quod non iudex, sed respublica ad emendam illorum boum sic deterioratorum de pecunia tenetur, & soluetur talis emēda, non de pecunia iudicis, sed de pecunia publica: per notata in argum. per Barto. in. l. diuus. ff. de bonis damna. & in. l. cùm ratio. §. Si plures. eo. titul. vbi tenet quòd expensæ pro exercitio officij sunt faciendæ ex multis extraordinariis paruulis, & quòd talia vilia non conuertantur in suam vtilitatem, sed in vtilitatem officij.

¶ Maximè si illud, quod facit iudex pro dicta defensione, habet causam successiuam: quia tunc quamuis non præcedat tractatus vniuersitatis, imputatur vniuersitati. vt Cardina. In clementina. 1. de pœnis. & tenet Pala. Ruui. in repetitione cap. per vestras. de dona. §. 18. fol. 65. nu. 36. quòd dicit esse notandum.

¶ Et facit idē, quod tenet Pala. Ruui. in d. repe. c. per vestras. §. 39. nu. 6. fol. 75. vbi dicit. quòd si,
31 † priuatus intentat iudicium ad vtilitatem publicam, siue clericus ad vtilitatem ecclesiæ suæ, debet sibi refici expēsæ à fisco, si vtilitas sit fisci, id est afferens lucrū fisco. Et dicit esse casum notabilem in. l. si mulier in opus salinarum. ff. qui potio. in pigno. habe. secundùm Bald. in d. l. in prin. iuxta finem commenti. ff. de iusti. & iure. & text. in. c. ex parte. de accusa. & Francisc. de Are. tenet ita in. c. si quis testium. de testibus. 3. colū. Et licet Pala. Ruui. alleget. d. l. si mulier. ego non inuenio, & credo quòd est text. in. l. si. §. fi. ff. de pignora. actiōe. ¶ Adde quod tenet idē
32 Bar. in dict. §. si plures. vbi dicit, quod rectores † pro amplianda ciuitate numero hominū, & ciuium, potest expēdere de bonis communis, & est iusta causa expendendi. ¶ Et in simili facit quod tenet Bar. in. l. multarum. cap. de modo mult. vbi
33 quando iudex † non potest facere aliter aptare cameram. imponat aliquam multam, & deputet eam ad fabricam vel expensas palatij. qd dicit, menti tenendum. Sed credo, quod palatium debet esse ciuitatis, & non priuati. Et ita intelligit Salycet. ibi, dum dicit, quod iudex in impositione mul-
34 tæ potest eam deputare † in salarium aduocatorum, vel in refectione alicuius rei spectantis ad rempublicam. Et Bal. in. l. 2. C. communi rerum alie. num. 3. dicit, quod iudex potest donare fiscalia modica, sed magna non, nisi ipse princeps. ¶ Facit quod tenet Andreas de Iserni. in tit. de pace iura. firman. in vsi. feu. §. receptatoribus. circa fi-
35 nem. vbi tenet, quòd non tenetur † iudex, qui vt maleficia puniantur, & alij terreantur, zelo iustitiæ dedit alteri damnum, sed tenebitur fiscus ad illud damnum: quia hoc exigit publica vtilitas. argum. l. contra. §. fi. ff. ad Silania. & in. l. 1. C. in quibus causi. seru. & per notata. in. l. si is cum quo. ff. famil. hercifcun. vbi de villa exusta propter contumaciam alterius socij, quod Andre. latè examinat in. d. §. receptatoribus. & ibi intelligit hoc verum, si iudex aliter non potuit prouidere. Et facit quod tenet Stephan⁹ aufreri in decisione. 70. Tholosa vbi dicit. quòd si officialis delinquit præ textu officij, & ad commodum ipsius officij, seu vniuersitatis, successor in officio tenetur satisfacere. Secus si officialis delinquit, vel cōtraxerit ad cōmodum proprium, vel libidinē suam secundam, nam tunc non successor, sed ipse, & eius hæres conueniri debent, iuxta quod legitur, & notatur in. l. 1. & 2. ff. ad. l. Iuliā repetund. & in. l. iubemus. C. eo. tit. Et ita voluit Siculus limitare. c. aduersus. de im muni. ecclef. Et est tex. & ibi glo. expressa in. l. si laborante. §. 2 quis simium. ff. ad. l. Rhod. de iact. vbi tenet, quod si quis pro communi vtilitate, vel alterius damnum patiatur, est sibi restitutio facienda. ¶ Nec obstat, quòd officialis nil debet recipere à prouincialibus. vt in authen. de man. da. princi. §. fi. colla. 3. quia est verum pro se, sed

N secus

ſecus pro executione officij. ſecundum Barto. Bald.& Cyn.in.l.fi.§.fi.ff.de pigno. actio.& tenet dictus Paris de Puteo, vbi ſuprà:quē vide. & Barto.in.d.§.fi.intellgiit data mercede de publico. Sed quando aſinus accipitur ad aliquem ſuſpendendū, gratis poteſt iudex accipere. vt Paris de Put.vbi ſuprà.

biē publico no lle.

¶Quoq; tu dic, † ꝙ quan-
36 do iudex facit aliquid pro defenſione iuriſdictiōis, faciat ex multis extraordinariis per eum impoſitis, & applicatis operibus publicis, vel expēſis iuſtitiæ:& his deficiētibus expēſis Cameræ regis. Sed requiritur licentia regis, vel ſuorum ſenatorum: quam licētiam ilicò concedunt dum petitur, ſi videtur eis neceſſarium eſſe: & hoc, quando iudex contendit cum aliquo alio iudice eccleſiaſtico, vel ſeculari ſuper iuriſdictionem, vel ſuper delictum. ¶Secus ſi ciuitas contendit ſuper territorio & iuriſdictione cum alia ciuitate, villa, ſeu domino, quia tūc expenſis ciuitatis debet deſendi. & ita ſeruatur. Quia omnia iſta ſunt ciuitatis, & communia vniuerſitatis, puta, fontes, plateæ, termini, viæ, montes, & campi, & ſimilia. vt in.§.vniuerſitatis.inſtitu. de rerum diui.& in. l. intantum.§.vniuerſitatis. ff.eodem.text.in.l.4.titul.28.partit.3. ¶Et ſi ciuitas, ſeu villa reditus non habet, vel non ſufficiunt, illis deficientibus, collecta per habitatores imponitur, à qua clerici, nec alij priuilegiati ſunt immunes.argumen.text.in.l. 50.titul. 32.partit.3. &.l.penult.& fi.ff. de operi.publi. &.l.ad portus.C.eodem.&.l.ad inſtructionem. C. de ſacroſanctis eccleſi. ¶Et quoque tenetur, etiam ſi lis ſit ſuper iuriſdictione, licet iuriſdictio ſit regis, ſeu domini. vt dixi in cap.1.ſuprà eodem in gloſſ.nueſtros. num.1. Quia iuriſdictio videtur data territorio. & ei cohæret. vt in l.pupillus.§. territorium.ff.de verborum ſignificatione. & facit in argumen. text.in.l. 7.titulo 16.lib. 2. in ordinamen.regali, vbi ſalaria correctorum, vel iudicum ciuitatum, vel villarum ſoluuntur de propriis conſiliorum: quorum defectu ſoluuntur per eos, qui pro neceſsitatibus, & vtilitatibus conſiliorum contribuere conſueuerunt. Ilicò ſi ciuitates iſta ſalaria ſoluunt ius ſibi dicentibus, & adminiſtrantibus à fortiori defendere debent dictam iuriſdictionem ſuis expenſis. Quia ſi habent ciuitates, & villæ territorium, debent quoque dictam iuriſdictionem defendere: quia territorium non eſt aliud, quàm terrę ſpatium munitum, & armatum iuriſdictione. tenet Baldus in Rubri. quæ ſint regalia.in vſibus feudorum, & territorium habet intra iuriſdictionem. textus in lege finali.ff.de iuri. omn. iudic. ¶Et facit quod tenet Petrus antiboli.in tractatu de mune. in ſecunda parte.§.reſtat.nume.3.tomo.6.tract.fol.21.vbi tenet, quòd licet, ciuitas propter publicam vtilitatem fiſci non poteſt indicere collectam, tamen propter emergentem neceſsitatem totius prouinciæ bene poteſt, vt ſi eſt negotium tangens iuriſdictionem magiſtratus, quia ad eam conſeruandam poteſt indici, & ſic intelligit. l. in honoribus. ff. de vaca. mune. & caſus in.l.omnes. C. de operi.publi. Et eſt ratio ſecundùm eum. nam licet collectam imponere ſit ius reale, tamen ex quo officium eſt conceſſum, ad eundē modum talia regalia videntur conceſſa.argumen.l.ſecundę.ff.de iuri.ōm.iudi. ¶ Tamen nota vnum ſingula. quòd ſi pro ſupradictis indicitur collecta in aliquo loco, ſeu villa alicuius domini: ipſe dominus tenetur contribuere, ſi in ipſa habet demanalia, molendina, deheſas, & agros, & ſimilia. tenet Lucas de pēna in.l. hac prouidentiſsima.C.de quibus muneri.pręſta.nemi.lice.libro decimo. colum. 7. verſic.18.&.19. ¶ Et in contributione iſta tenetur talis dominus pro duobus vicinis in talibus & ſimilibus contribuere: quia ſicut ille habet duplicem portionem in paſcuis, & in ſyluis ceduis illius villę, & ſic poteſt cum gregibus ſuis paſcuari pro eo numero. quo duo vicini de diuitibus talis villę, & ſcindere ligna montium, dum ibi habitat, prout tradit collectari. in capit. quæſtiones. de rerum permut. & ſeruatur in practica, & probatur in capit.21. Deute.quia in hoc habetur reſpectus ad dignitatem vſuarij. l. plenum. ff. de vſu. & habita. ita tenetur in ſupradictis contribuere pro duobus vicinis ex diuitibus illius villæ, vt æqualitas ſeruetur. vt in lege in ſacris. C. de proximis ſacro.ſcrini.lib.decimo, & lege finali. C. de fruct. & litis expen. & capit.finali.tertia queſtio, nona.cap.nouit.§ penultimo, de iudiciis.cap. cùm inter. de exceptio.& facit textus, & ibi doctores in lege ſecundùm naturam eſt commoda cuiuſque rei.ff.de regu.iuris.

5 Bien publico. Videque latè dixi ſuprà in capit. 1. in gloſſ. el bien comun dela tierra. & vi. text. in.l. qui neceſſariò. C. de aduoca.diuerſ. iudi. & ibi Bal. vbi tenet, ꝙ licet quis magiſtratū gerat, pōt eſſe aduocatus pro ſua republica: Secus contra eam, quia habet honorē, & ſalarium ab ea. ¶ Ex

iſto

isto text. potest notari illud, quod tenet Lucas de Penna in.l.in filiis. C. de decurio.lib.10.vbi ait,ꝙ studuerunt imperatores, vt res ciuitatum publicè regerentur,vt sub pace,& iustitia viuerent in salute.Quod dicit,ꝙ facit contra modernos principes, ꝙ licet vrbes dissentiant inuicē, quāuis & ad paratum exterminiū proruāt, nulla eis cura est,dummodo in nullo quęstus pecunię minuatur.Et ibi vi.quoq; per eum,an patria debet diligi vel iuuari.

uādo dineros [k] por ello, so pena que si algo por ello lleuaren, lo tornen con el doblo [l] para la nuestra Camara.

Summarium.

1 Aduocare, an teneatur iudex gratis, pro republica.

2 Fideles imperij,& commendatores an teneātur sequi regem,si fructus feudi, vel commendatorum non sufficiunt ad itineris expensas.

3 Extra territorium iudex non tenetur aduocare pro republica.

[k] No lleuādo dineros. [k] Idē tenet Matth.de affli.in tracta. de iure protho.in parte prohibemus.nu.3.dicendo, ꝙ officialis nil potest recipere pro defendendo aliquem, & punitur qui donat,& officialis,qui recipit extraordinariè arbitrio iudicis.vt in.c.2.de alie.iudi. & .l. 2.c.ne lic.poten.& Specul.in tit. de cessi. actio. §.1.versi.cæterum.sed hoc intellige,quādo con-

1 silia essent modica,† vel rara,& lites sint paruæ: secus si sint magnæ.⁋Quoq; intellige,quādo salarium,quod habet ex officio,seu iurisdictione, est sufficiens ad laborem,& facundiam eius: secus si non sit sufficiēs, quia tūc talis iudex non aduocabit pro republica gratis.arg.eorum, quæ notat Paris de Puteo in tracta. syndi. in parte, potestas cùm esset in officio.fol.61. nu. loquendo in aduocato,ꝙ nō teneatur gratis aduocare,ꝓ rege, sicut nec alia personalia munera subire cū sumptu,vel sine,vt Inno.in.c.sicut.el.2.de iureiuran.in princi. ⁋Sicut & aliàs differt vtrū habeat salariū à publico,vel nō.vt in.l.si. ff. de offi.asse.Quod dicit esse verum,quādo dicta consilia essent modica,& in paruis litibus.Secus vero si magnæ,& salarium publicum,quod habet, non est sufficiens ad laborem, quia tunc gratis non aduocabit.dicit esse argu. in.l. apparitores. C.de exacto.tribu.lib.10.& in.l.Meuia.§.fi.ff.de annuis lega. ⁋Vbi Bart.num.5.dicit, ꝙ fideles

2 † imperij non tenētur sequi imperatorem, si fructus feudi ad expensas itineris non sufficiunt. Quod dicit ibi Alexan.in additio.ad Bar.notari ꝓ Baronibus, qui nō tenentur sequi regem, si fructus Baroniæ non sufficiunt. & Bart.in l.imperator. ff.ad trebell.& Bal.in.l.qui manumittitur.C.de ope. liberto. ⁋Quod facit quoq; pro commendatoribus sancti Iacobi,Calatrauæ,& Alcantaræ, ꝙ non tenētur sequi regem, si fructus suarum commendarum nō suppetunt. quod nota. Et vi.Guido.pap.in singula.426. vbi tenet,ꝙ quamuis dominum sequi debeant,non tamē ad suas expensas,nisi aliud sit de cōsuetudine vel pacto ad hoc c.non minus.de immunita.eccles. ⁋Quoq; in-

3 tellige istum tex. quando in sua † iurisdictiōe,& territorio lis tractatur;secus si extra quia limitata,& disposita,intra territoriū, seu in territorio, vltra non ducūt effectum.vt in.l.ex ea.ff.de postula.& in.l.3.ff.de officio pręsi.& in.l.extra territorium.ff. de iuris. om. iudi. & in.l.in eius.in prin.ff. de pœnis. tenet ad literam Siguorellus de homod.in consil.99.in fine.

Summarium.

1 Pœna iudicis procurantis, seu aduocantis.

2 Iudex,seu familiaris,qui nil recepit pro aduocatione,seu procuratione,an puniatur.

3 Datum iudici,vel familiari, vt patrocinetur, an potest repeti tanquam datum ob causam pro curationis,quæ non est secuta.

[l] Doblo. [l] Per tex.istum videtur,ꝙ corrigatur.d.l.si quis procurationē. C.de decurio.lib.10.vbi dicit,ꝙ cōsiliarius, vel potestas,qui constituitur procurator,damnetur in exilium,& constituens puniatur,amisso priuilegio in exilium:quia hic in tex. nostro dicit,

1 ꝙ tantùm illud,† quod recepit ratione aduocationis,procurationis,vel solicitudinis, cum du

2 plo restituat Cameræ regis. ⁋Sed quid† si talis potestas, vel sui officiales, & familiares ratione huius aduocationis, vel procurationis nil receperunt. Credo quòd puniātur arbitrio iudicis. vt in.d.l.si quis procurationem.& Plat.ibi,vers.

3 & nota.⁋Vbi quoq; quærit Plat.an datū † pro

patrocinio personis supradictis, qui non possunt patrocinari, nec procurare, dum sunt in officio, si potest repeti tanq̃ datum ob causam procurationis, quã non est sequutus an verò donari videatur tanquàm scienter & contra prohibitionem legis. Et dicit q̃ glo. ibi, & in.l. si militem. de condi. ob caus. dicit, q̃ si dans ignorabat esse iudicem, vel decurionẽ, vel sciebat, sed credebat illos posse admitti ad procurationem, tũc repetet: quia iuris ignorantia non nocet in damno vitando.l. iuris ignorantia. ff. de iuri. & facti igno. Si autem sciebat eos non posse procurare, tunc si dedit sub conditione ŭt procuraret, causa non sequuta, repetet Secus si dedit simpliciter sub modo vt esset aduocatus, vel procurator, quia tunc tanquàm turpiter datum donare videtur. & licet Iohan. de Plat. in hoc remaneat, mihi videtur, q̃ licet ille, qui dederit, sciuerit, vel ignorauerit, q̃ ille non possit aduocare, seu procurare, repetit quod dedit: quia ille qui accepit, accepit contra legem, quam debet scire, & custodire. vt pro Bart. tex. in.l.26. tit.22. partit.3. ibi. porque la maldad y la enemiga fue de parte del juzgador, que lo recibio. & per istum text. qui indistinctè loquitur, non faciendo differentiam inter scientiam, & ignorantiam.

Prætorum Cap. tertij finis.

Sequitur Caput IIII.

SVMMARIVM.

6 ⁋ Et Bar.ponit in.d.l.2.differētiā † īter delegatū,& vicegerētē:qa delegat⁹ est ille,cui ipsemet iudex cōmittit:sed vicegerēs est ille cui supior cōmittit locū alteri⁹,& ille,vt dictū est,habetor dinariā iurisdictionē.& ꝑ Ale. in rubrica.ff. de officio ei⁹,cui mād.est iurif. nu.13. vsq; in finē. vbi ꝑ eū.⁋ Et licet locūtenēs pōtomia,q̄ pōt is, 7 cui⁹ locū tenet,nō tñ pōt † aliū locūtenētē sibi substituere.tenet Bal.in.l.1.§.à pfectis. ff.de legatis.3.p.l.à iudice. C.de iudi.& in.l.si Augustę. l.ff.de lega.2.& Paul.de Castro in.l.2.in fine.ff. de offi.ei⁹,cui mā.est iur. Et facit tex.in.c. In archiepm.de raptori.de quo vi.Bart.in.d.l.1.§.hic qb⁹.& Ale. in.l.& qa.ff.de iuri.om.iudi. & in l.fili⁹.ff.de lega.3.& tenet Paris de Put.in.d.tractā.syndi.in pte,an substituēs.fo.248. nu.6.vi. Hēri.ferrā.in addi.ad Guido.papā,decisio.234. Et quoq; dic,ꝙ vicarius epi si oportet se abesse, non pōt ponere aliū vicariū loco sui, nec assessor.tenet Bal.in.c.qm apostolica.de offi.delega. ꝙ est finalis.nu.1 nec nūti⁹ ambasiatā sibi cōmissam alteri cōmittere posit.vt Bal.ibi.nu.2.& tenet Boeri⁹ decisi.152.loquēdo in locotenēte, vbi altercat.& ibi quoq; tenet,ꝙ locūtenēs creatus à iudice loci,nō ꝑfertur locotenēti creato à dño loci.⁋ Vide quoq; ꝑ Ale.in.d. rubrica, an

8 vicegerēs † gaudeat immunitate, qua gaudet ipse rector.& ꝑ Bar.in.l.fili⁹.ff.de legatio. vbi cōcludit duas esse species vicegerētiū. Quidā sūt cōstituti ab ipsomet rectore in locū eius. & isti non gaudēt.vt in dic. l.fili⁹.& in.l.vicari⁹.eod. tit.quidā sunt constituti ab ipsa vniuersitate, q̄ cōsueuit eligere rectorē in locū mortui rectoris vel absentis,& isti gaudēt immunitate. vt. C.de dignita.or.serue.lib.12.& de isto loquitur text. in.l.2.C. de officio eius, cui vicē alteri ger. & cū Bar.ibi cōcordat Bal.in.l.aliquādo.ff.de offi. procōsul.& Cardi.Flor.in Cle.1.de offic. vica. in.6.opposi.cū gl.in verbo, sacerdotiū. vbi dicit,ꝙ de cōsuetudine seruatur,ꝙ indistinctè vicerector gaudet immunitate,sicut rector. & vltra Bar.in.d.l.filius.pōt allegari text.optimū in l.pe.in fine.C.de aquęductu.lib.11. &. c.si.93.distin.vbi tenet ꝙ qs est·tādiu honorādus,quādiu tenet eius locū. & quoq; habet eius priuilegiū. Ecce ergo, ꝙ vicarius, & vicegerēs pōt dici nō solū ille, qui à superiore cōstituitur in locū alterius absentis,vel defuncti, sed etiā si cōstituatur ab ipsomet constituente vicariū in locū ipsius cōstituentis. ⁋ Et plus est quia vtroq; casu tales vicarij,seu vicegerētes ,,vidētur ordinarij: vnde vicarius episcopi etiā constitutus ab ipso episcopo,dicitur ordinarius.vt in.c.Romana.in principio.& ibi gl.in versic. generaliter de appel.in.6.& in.l.ꝓcipim⁹.in principi.& ibi Bar. C.de appel.&.c.sua.& ibi notat Innoc.de offi-cio vica.gl.in.c.plectis.25.distin.& in.c.2.de offi.vica.in.6.Hosti.& Ioā.Andr.in.c.2.ne pla. vice.sua.& vi.Ale.in addi.ad Bar.in.d.l.fili⁹.sat tē remissiuè.& in.d.rubric.nu. 14. vsq; in fine. vbi circa hoc quatuor cōsideratiōes facit,quas ꝑ

9 te vide. ⁋ Sed in hoc dico,ꝙ tenēs † locū correctoris,gaudet immunitate,& priuilegiis, quib⁹ gaudet ipse corrector:quia ex ꝓuisiōe regis, & sic supioris fuit positus,vt tenet ad literā Cardi. in.d.Cle.1. de offi.vica.6.q. ⁋ Et facit qđ tenet Ludo.Ro.in singula. 362. vbi ait, ꝙ vicerector debet habere sessiōes rectoris ꝑminētis.& dicit,ꝙ est tex.vnic⁹ in.c.ꝓcipim⁹, 62.vel.63. distin.& ibi vi.additionē in.d.singul.⁋ Et ad idē

10 facit,qa vicegerēs alicui⁹, debet honorari † sicut ille,cui⁹ vices gerit.vt tenet Abb.in.c.sane.el.2. de offi.delega.& ibi Barb.1.colū.& vltra eos est gl.in.c.cū volūtate.de setē.excō.& videtur text. in.c.si.93.dist.in.& gl.in.c.cū olim.el.1. de offi. delega. & facit tex.in.c.in accusa.2.q.7. & in.c. felicis.nu.6.& tex. in.c.nobilissim⁹. 87. distin. & in.c.nouo.ac.distin.& c.honor.2.q.5.⁋ Quoq; facit tex.in c.grādi.de supplē. negli.ꝓla. vbi

11 debet † impēdi honor administratori,& obedire sicut dñs à quo datur administrator,nec dicitur infringere iuramētū, qui tali administratori obtēperat:nec mirū,quia potestas administratoris est depēdēs à dño,& cōiuncta sibi, vnde grauamē iniūctū administratori,concernit ipsum dominū.l.peto.§.mater.&.l.cū pater.§.curatoris.ff. de lega.

de lega.2. & ex persona principali dñi sumit
robur & perpetuitatem. l. annua. ff. de annuis
lega.&.l.quod principi.&.l.si augustæ.ff.de le
ga.2.&.c.Romana de offi. vicar.in. 6. ¶ Implet
ergo fidē, & promissionē, quæ illa exhibet ad-
ministratori ipsius.l.municipibus.ff.de condi-
& demōstra.& quod notat Innoc.in.c.cā te.de
rescrip.facit.l.olla. ff. de religio.& sumpti. fu-
12 ner. vbi dicitur,† ꝙ q offēdit vicariū episcopi,
dicatur offendere ipsum episcopū. & ad hoc il-
lū tex.allegat Bal.in.l.sed & si quis.§.fi.ff.de in
ius vocā.&.l.si prior.§.fi.ff.q potio.in pig.hab.
vbi prærogatiua, quę est in principali, est in
suū locū tenētē, secūdū Barb. in.d.c. fane.1. co-
13 lū. ¶ Et an si corrector moriatur† durante offi-
cio, si suus locū tenēs remanebit in officio? Vi-
detur ꝙ nō, sed eligēdus est, cui moritórū suffra
gantur insignia. vt.C. de diuersis offi. lib.12.l.1.
& ibi Lucas pē. Sed cōtra facit apertè.ff. de tuto
ri.& curato.datis ab his.l.curatorē.& in.l. quæ-
situ.ff.de tutelis. ¶ Attamē Lucas de penna in
d.l agētes.in fine.C.de agēti.in rebus. lib.12. di
cit, ꝙ illa sunt in principis potestate. vt. C. de
cōsuli.lib.10.l.3.& dicit, ꝙ satis faciat, si subro-
gatū, & sic locū tenentē alijs præferat, dū tamē
mereātur virtutes eius.quod nota. Vide quę di
xi suprà in.c.1.in gl.nuestros.nu. 2. & quę dicā
in.c. 5. infrà eod.in glos. suspēdidos. ¶ In pro-
14 posito nota, an quis potest redire† ad officium,
quod semel administrauit? Et videtur ꝙ nō, quia
præsumitur cōtra eū. vt in.d. l. nullus appari-
tor.& in.l. ad splendidioris. C. de diuersi. offic.
& ap.iudi.lib.12.& hoc nisi licētia principis, vt
ibi, & in.l.cōsiliariis.C.de asses & hoc siue quis
fuerit semel solutus ab officio ex honesta cau-
sa, vt quia cōpleuit, & rationē villicationis red-
didit siue causuaria occasione, ꝓpter morbū, vel
senectutē.vt in.l.semel.C.de re milita.lib.12. si-
ue causa ignominiosa, vt propter dictū. vt in.l.
si quis ex grege. C.de appari. præfecto. præto.
& priui.eorum.lib.12.& tenet Iohā.de pla.in.d.
l.nullus apparitor. Quod dicit fallere, quan-
do prouincia est diuisa, & in procuratore Cæ-
saris. ¶ Itē ad hoc vt redeat, nō potest cōpelli &
stātibus alijs sufficiētibus. gl.in.l.pe.ff.de mu-
neri.& honori. & in.l.æstimationem. §. defen-
sionē.&.l.spontè.&.l.honor.§.gerendorū. vt te
net Iohā. de plat.per text.ibi in.l.quis tā. C. de
decur lib.10. ¶ Et hoc est secūdū eū ibi, ne ex cō
tinuatiōe honoris, grauius subditis efficiatur. vt
in auth.de defēso.ciui.§.pe.coll.3. aliās enim cō
tinuādo, incideret in.l.iuliā ambit⁹. vt in.§.sunt.
institu.de publi.iud. nisi in casibus, in quibus
pōt cōtinuare, vel ex interuallo eligi sine pœ-
na ambitus, scilicet vt est dictū in defectū alio-
rū. ¶ Itē admittūtur spurij. vt in.d.l.3.§.spurios.
ff.de decurio. ¶ Et similiter plebei, vt in.l.ante
pe.ff.de decurio. ¶ Alij casus notātur in. l. di-
uus.ff.ad municipal. videlicet qn̄ princeps ex
ꝓprio motu illū refirmat, quia tunc nō creditur
principē ob importunitatē petētis fecisse, nec
refirmatū subditos lædere, sed poti⁹ esse à prin
cipe reformatū, sua exigēte experiētia merito-
rum. vt in.d.l.liceat.de assesso.in fin. quem vi-
de. ¶ Et idē, si ab vniuerso populo reluctāte re-
firmetur. vt in.d.authē.de defēsori.ciui.§.fi. col
la.3. ¶ Fallit etiā, vbi esset honor cū sumptu. vt
in.d.l.spōte.de muner.& hono.secūdū Iohā.de
plat.in.d.l. quis tā. vbi quoq; per eū, an in du-
bio in ciuitate pręsumatur esse plures alij habi-
les, & sufficiētes, vt quis nō cogatur officiū cō-
tinuare, vel ante tēpus vacationis reassumere?
& dicit, ꝙ sic in vrbibus insignibus, & magni-
fico statu ¶ Item fallit in consiliario, & loco te
15 nēte: quia vn⁹ †cōsiliari⁹, seu locū tenēs vnius
officialis, potest cōtinuare, & esse cū alio offi-
ciali vel correctore successore in officio, si ci⁹ fi
des, & industria est approbata. vt tenet Iohā.de
Plat.in.l.ex agētibus.C.de principi.agēti.in re-
bus.lib.12. Hoc intellige, si de prin o officio ra-
tionē digestauerit, id est, de priori tēpore fue-
rit syndicatus. vt tenet Plat. per text. ibi, in. l.
ordinariorū. C.de cohartali.lib.12.nu.4.& bene
se gessit in officio, quia si fuit depositus, seu re-
motus, nō potest cōtinuare. vt tenet Bald.in ar-
gu.in.c.gratū.de postula.præla in fine, loquen-
do in notario deposito à notariatu, quia nō po
test iterū creari notari⁹.& idē dicit de sentētia ar
bitratoris cassata, quia de nouo fieri nō potest.
16 ¶ Adde quoq;, † ꝙ si iudex facit aliquē locū te-
nētē quotiēs eū abesse cōtigerit, & cōtingat ca
sus, ꝙ iudex vna die sit absens, alia die præsens,
ꝙ valēt acta corā illo locū tenente, etiā illo die.
quo fuit præsens, ne ex cōtinua variatione liti-
gātes decipiātur. facit.l.barbarius.ff.de offi. præ
to. Sed si plures & plures dies esset præsens, se-
cus esset. tenet Paul.de Castro.in.l.sed & si pu-
pillus.§.cōditione.ff.de instituto.nu. 4. vbi di-
cit, ꝙ est pulchra inductio. ¶ Et vide Hippo-
lyt.de Marsi.in consilio.9.nu.26. vbi dicit, ꝙ si
aliquis † se gessit pro loco tenēte alicuius supe-
17 rioris, videtur tacitè sibi mādasse, vt se gerat pro
suo loco tenēte. quod nota. & tenet Paul.de Ca-
stro in l. 1. §. magistrum.ff. de exerci. actione.
nume.3. quem vide per.l.fina. ff. quod cum eo.

Summarium.

Summarium.

1 Substituens aliquem in officio, tenetur de commissis per dictum substitutum.
2 Potestas tenetur de commissis, & omissis per suos officiales, & familiares, si delinquunt in officio, vel ratione officij.
3 Si familiaris potestatis commisit delictum, non ratione officij, sed extra officium, officialis non tenetur. nume. 9.
4 Qui habet syndicare officialem, non se impedit de gestis extra officium.
5 Fideiubens pro aliquo Castellano alicuius Rochæ, non tenetur, si ille facit robariam.
6 Si libro mercatoris ex consuetudine creditur intelligitur in pertinentibus ad artem suam; non autem ad alia.
7 Si statuto cauetur, quòd filiusfamilias mercator potest contrahere, intelligitur causa mercantiæ, sed in alia causa diuersa nón valet contractus. nu 42. vers. Et adducit.
8 Nuntio publico creditur circa officium.
9 Si officiales potestatis inter se inuicem se percutiant, vel cum aliis, potestas non tenetur.
10 Potestas tenetur de factis p suos familiares, & officiales de factis per suos familiares, & officiales, licet sint extra officium, quando mandauit, vel raptum habuit.
11 Ad exhibendum tenetur potestas res familiarium, vel ipsos familiares, si potest, licet delinquant extra officium, vel quando ad eum immediatè à familiare, qui delinquit, aliquid ex tali delicto peruenit potestati.
12 Potestas tenetur pro vxore, si delinquat prętextu officij, & si ciuiliter agatur.
13 Potestas tenetur de delicto officialium quando ciuiliter agitur, secus si criminaliter. num. 49.
14 Dominus tenetur pro familia, siue sit deputata ad officium publicum, siue ad priuatum.
15 Episcopus si non potest personaliter visitare, si per alium visitat, tenetur, si deputatus in aliquo excesserit.
16 Nominans aliquem ad officium, & ad munus publicum, suo periculo nominat.
17 Potestas, licet teneatur ex delictis familię suæ, non tamen tenetur ex contractibus suæ familiæ. Intellige vt hic.
18 Proclama, quòd nullus faciat aliquam credentiã, seu aliquid credat alicui de familia, cùm potestas non intendit teneri pro eo, prodest vt pro eo non teneatur, etiam si ex forma statuti teneatur, pro familia.
19 Qualiter probetur, quòd contraxit in causa domini, & in ejus vtilitatem.
20 Fideiubens pro officiali publico, intelligitur fideiubere, & promittere indemnitatem, & interesse respectu damni rei publicæ tãtum. Et non tenetur pro extorsiõibus, damnis & violentiis illatis priuatis, nec de pœnis impositis officialibus, nisi fideiussio, & promissio sit ita lata, vt hæc comprehendat.
21 Ratio quare potestas tenetur de omni delicto commisso in officio per suos officiales.
22 Potestas, qui non eligit sibi officialem, an teneatur pro eo.
23 Famuli, qui dicantur.
24 Famuli potestatis positi ad custodiam ciuitatis, si delinquunt, an potestas teneatur.
25 Potestas non tenetur de gestis per substitutum loco ipsius ad tempus impediti. nume. 41.
26 Potestas inuocans auxilium aliquorum ad capiendum malefactorem, quia vltra familiam aliquando habent aliquos seruitores, qui faciunt sibi in officio, & de nocte associant ipsum, an si isti offendantur in exercitio illius officij, dicatur offendi familia potestatis. Vel si in illo exercitio committant aliquid, an potestas teneatur pro eis. nume. 27.
28 Percutiens familiarem potestatis non deferentem signum, an puniatur.
29 Potestas, an teneatur in syndicatu pro officiali mortuo.
30 Potestas, in syndicatu an teneatur pro familiari bannito.
31 Potestas, an teneatur pro familiari condẽnãdo, si fuerit contumax.
32 Potestas, an teneatur de delicto famuli sui anteaquam esset famulus.
33 Potestas vt teneatur de commissis per familiã, requiritur quòd ipsi sint in aliquo officio deputati, & non tenetur de cõmissis per eos extra officium.
34 Officiales, & stipendiarij, pro contractibus, & delictis antea factis conueniri non possunt, durante officio.
35 Officialis regis habens malum filium, qui eo præsente delictũ facit, an pater teneatur pro eo.
36 Si testes dicunt, quòd familiares potestatis percusserunt Titium, vel delictum commiserunt, & nomina familiarium ignorant, an probent,

bent.

37 Petitio procedit, quando agitur contra potestatem, quòd eius familia aliquid fecit, licet nō exprimantur sigillatim nomina ipsorum.

38 Bannum factum à potestate, quòd omnes debentes aliquid recipere ab officialibus, & familia, compareant infra .10. dies, aliàs non audientur, an tale bannū excuset potestati, & creditoribus noceat.

39 Potestas, an potest punire suos officiales, & nō expectare vt puniātur à superiore, vel à syndicatoribus, & si potest suos officiales remouere. nume. 40.

41 Potestas an teneatur de negligentia sui officialis.

42 Contra retinentem familiares criminosos præsumendum est: & ideo si commiserunt aliquod delictum pro eis tenetur. Quod intellige, & declara, vt hic.

43 Pœna apposita in pace per me & per adhęrentes mihi de non offendendo, non extenditur ad adhęrentem extra casum inimicitiæ.

44 Potestas non tenetur pro suo officiali, quando officialis est approbatus, & expertus in officio. Quid si talis officialis fideiussorem dedit de residentia facienda, an teneatur potestas, qui eum in officio nominauit.

45 Rex committens tempore belli Castrum cuidam militi ad custodiendum, & ille miles commisit alteri militi, vel nobili, an teneatur, si hostes occupauerunt Castrum.

46 Episcopo an imputetur, si archidiaconus examinauit indignum.

47 Potestas non tenetur de gestis per officiales positos à superiore.

48 Potestas quando exhibet officiales, non tenetur.

49 Potestas non tenetur pro officialibus, quando agitur criminaliter. Nec tenetur, si sui officiales fideiussionem de residentia facienda dederunt, & de iudicato soluendo.

50 Si potestas seu corrector multos conuocauit causa debellandi vnam domum, in qua erant malefactores, & illam igne concremauit, propter quòd illi conuocati passi sint damnum, an ipse potestas teneatur illis ad damnum.

51 Potestas, quod soluit pro officialibus suis potest ab eis repetere, vtendo retentione, vel aliter. Quod intellige vt hic.

1 Sea obligado.[1]

les sea obligado [1] a dar cuenta, y razō, y satisfazer lo que ellos hizieren, saluo en caso que los

[1] Nota tex. quòd substituens † aliquē in officio, tenetur de commissis defectib⁹, & delictis ipsius. est text. similis in .l. agētes in rebus. C. de agenti. in rebus. libr. 12. & ibi Lucas de pen. 3. colū. versi. nota hic. dicit, ꝙ quidā peritus in signis authoritatis hanc .l. præcipuā allegauit ad hoc: sed similis litera dicit, ꝙ est in .l. neminē. C. de decurio. lib. 10. & in .l. nullus. C. de episcop. & cleri. & in l. ad similitudinē. Vide omnino .l. ex facto. ff. de negoti. gestis. & in .l. 3. C. de fūdi. reipubli. lib. 11. & in .l. 1. in princip. ff. de exercito. & .l. 1. §. si qs ff. nau. caup. stabu. & in .l. licet. §. in factū. & .l. fi. in princip. vbi est verbū suo periculo. Et sic, ꝙ officialis substitut⁹ gerit periculo ipsius substituētis. vt. in .l. null⁹ qui nexu. C. de decu. lib. 10. prius tamē debet substitutus quā substituēs cōueniri. vt est gl. in .l. si qs ex corpore. C. de murilegulis. lib. 11. & ibi Plat. & vi. infrà. nu. 16. ¶ Et ꝙ potestas teneatur nō solū de delictis cōmissis
2 per eū, sed etiā tenetur † de cōmissis, & omissis p suos officiales, & familiares si delinquūt in officio, & ratiōe officij, tenetur ad interesse parti læsæ. vt in .d. l. 1. §. si serui. ff. furti. aduersus naut. caup. stabula. Et tex. ī .l. 1. C. ad .l. Iuli. repe. gl. in l. 1. C. vt oēs indi. tā ciui. quā crimi. & in .l. si post depositā. C. de assesso. & gl. in .l. consiliarios. C. eod. tit. qa mala electiōe est in culpa, & ideo tenetur p eis. vt in d. l. licet. ff. naut. caup. stabul. & in .l. 2. ff. furti. aduers. naut. & tenet in expresso Bart. in .l. 1. ff. ad .l. Iuliā repet. versic. quęro p quibus. & Ang. de Are. in. §. in lege Iulia. repetundarū. institu. de publi. iudi. versi. & scias. & Bar. ī .l. 1. §. familię. ff. de publica. & vectigali. & Paris de Put. in tracta. syndi. in parte, familiaris, siue familia. fo. 111. nu. 5. & in parte, quia suprà. nu. 2. fo. 113. & in versi. an ex eo. fo. 114. & in parte, potestas tenetur. fo. 207. in princip. quia vt ibi dicit, tenetur vinculo iuramēti malos cōpescere, qui etiā potest remouere suos officiales. & etiā malos assessores, nō tamen remouet defensorē ciuitatis. vt ibi vide p eū. ¶ Et ꝙ substitut⁹ debet seruire piculo substituentis, tenet Pla. in .d. l. null⁹ q. C. de decu. nu. 3. vbi quoq; infert, quòd si ędificiū cōfectum ab substituto ruat eius vitio, tenetur substituens, per dicta iura.

& vi.

& vi. Pari. de Put. in parte, an substituēs. folio
248. & in parte, substitutus. ¶ Et facit quod te-
net Bart. & Plat. in. l. 1. C. de executo. & exacto-
ri. lib. 12. vbi ille text. facit cōtra potestatē ciuita-
tis, qui mittit eius officiales, & exactores per co
mitatū, quòd si committunt aliquid illicitū, vt
furtū, barateriā, vel concussionē, tenetur ipse po
3 testas, & capitaneus. ¶ Si autem delictū † non
est commune cū officio, nec ratione officij po-
ta quia officialis fecit homicidiū, vel furtū, vel
simoniā, quia recipit pecuniā vt rogaret pote-
stati non tenetur potestas de tali delicto nec ci-
uiliter, nec criminaliter. vt est gloss. singul. in. d.
l. obseruare. §. proficisci. ff. de officio proconsu.
& lega. facit text. in. c. ad sedē, de resti. spolia. &
ibi gloss. & notat Bart. in. d. l. debet. §. 1. ff. naut.
caup. stabula. & in. d. l. 1. §. familię. & Gulier. in. l.
nulli. C. quorum appella. nō recip. & Bald. in. l.
2. C. vbi de cri. agi opor. & Paulus de Castro in
d. l. prima. §. familiæ. & Ias. in. l. age cum gemi-
niano. C. de transa. nu. 3. vbi ait, quòd qui habet
4 † syndicare officialē nō se impedit de gestis ex
tra illud officium, & Hyppolyt. de Marsi. in re
peti. Rubricę de fideiusso. nu. 182. & Romanus
consilio. 434. vbi in fine dicit, quòd licet pro eis
teneatur, procedit si in eo deliquerunt, ad quod
sunt deputati, vt latè Ias. in. d. l. age cū geminia-
no. & Hyppolyt. de Marsi. in repeti. l. fi. ff. de
iuri. om. iudi. nume. 169. cum sequētibus vbi al-
legat in simili, quod tenet Bald. in. l. prima. in
5 principio. ff. de magistr. conue. vbi dicit, † quod il
le, qui fideiussit pro aliquo Castellano alicuius
Rochæ, nō tenetur, si ille facit robariam, quia il-
le fideiussor fideiussit apud rempublicam, non
apud priuatos. Et idem in simili dicit, quòd si
6 ex consuetudine † creditur libris mercatorū, in
telligitur in pertinentibus ad artem suā, non ad
7 aliā. Et idem dicit de statuto, † quo cauetur, quod
filios familias mercator possit cōtrahere, intelli
gitur causa mercantiæ, sed in alia causa diuersa
non valet contractus. Et idem est de nuntio pu-
blico, † quod creditur circa officiū: vnde si dicat
citatum dixisse sibi iniuriam, nō creditur sibi.
Abba. in. c. cùm parati. de appella. & Ias. in. d. l.
age cum geminiano. nu. 5. & Hyppolytus in. d.
repet. Rubricæ. de fideiusso. nume. 185. Et tenet
Guido papa. singol. 259. versicul. penulti. quem
vi. sed circa hoc vide singularē distinctionē Pe
tri Antibolini in tracta. de muneribus. in fine.
tomo. 6. tracta. folio. 49. vbi dicit, quòd si nō est
iuratus, tunc non est ei credendū. ¶ Si aūt est iu
ratus, si est persona fide digna, legalis, & hone-
sta, si non percipit partem condemnationis, cre
ditur ei, & suo dicto, & iuramēto statur. & sic in
telligūtur omnia iura supradicta, & consuetudi
nes. si autem percipit partem, tunc nō statur ei,
quia in sua causa diceret sibi ius, & non debet
tali dicto stari sine iudicis cognitione. vt. C. ne
quis in sua caus. ius sibi. & sic repellerentur ho-
die quasi omnes nuntij & banerij, cùm vel om
nes, vel in maiori parte percipiant partē in bā-
nis, & in pœnis. quod est mihi notandum.
¶ Et quòd iudex † teneatur ex delicto familia-
rium, habet locum si familiares delinquant in-
ter se, siue cum alio. vt est text. in. d. l. debet. §.
hæc actio. vbi exactor nauis non tenetur de de-
lictis commissis inter nautas, siue cum aliis ex-
tra officium. vt in. d. l. debet. §. primò. & ideo si
9 officiales, † vel familiares inuicem se percu-
tiant, vel alium extra officium, potestas nō tene
tur, licet debeat formare processum contra de-
linquentes, sicut extraneos. vt in. l. si quis fortè.
§. si quis comitom. ff. de pœnis. & ab officio re-
mouere. vt tenet Amodeus Iusti. in tracta. syn-
dica. in parte, qui dominus potestas, & officia-
les promiserunt parere mandatis syndicorum.
versicul. primo. quod probat ratione: quia si po
testas teneretur hoc caso, non posset esse iudex
contra talem officialem, vel famliarem, cuius cō
trarium dicitur, & notatur in. l. senat⁹. ff. de offi-
cio præsi. & ibi Bar. num. 5. & . 6. ¶ Et quod pote-
stas non teneatur de factis extra iudicium per
10 suā familiā: intelligo verū, nisi mandauerit, † vel
raptum habuerit. vt in dict. l. prima. §. familiæ.
ff. de publica. & vectigali. per Bartol. & in. l. si
seruum. §. liber homo. ff. ad. l. aquiliam. Vel nisi
ad eum perueniat, vel nisi dominus, seu pote-
stas sciat, & non prohibeat. vt Floria. in. l. 11 cu-
ius. ff. si seruitus. vendi. vel nisi statuto caucea-
tur. vt Bart. in. l. Titius. ff. de testa. mili. & Ber-
tachi. in tracta. gabell. in. 7. parte. nu. 30. tomo. 6.
11 tracta. fo. 62. ¶ Tamen tenetur, † vt res fami-
liaris, vel officialis exhibeat, si potest. ita tenet
Bald. in Rubrica. C. de pœna iudicis qui malè
iudi. nume. 16. versicul. quæro quid in factis. &
idem tenet Amode. Iusti. in. d. tracta. syndica.
in dict. parte. versicul. secundo. vbi dicit, quòd
supradicta limitātur, nisi aliquid ex tali delicto
potestati perueniret immediatè ab eo, qui delin
quit. vt in. l. prima. ff. de vi & vi arma. Secus si
peruenit mediante alio, quia tunc non tenetur
de eo, quod peruenit, secundùm Innocen. in. d.
capitu. cùm ad sedem, de resti. spolia. nume. 6.
versicul Sed non occ. & Amode. Iusti. vbi su-
prà. ¶ Extende, quòd non solùm tenetur pro
officialibus, & familia. Sed etiam pro vxore

12 † tenetur.& aliis, quos secum duxit, licet non fint propositi alicui officio in duobus casibus de iure communi, si delinquunt prætextu officij,& si ciuiliter agatur Secus si criminaliter. vt quæ posui suprà in capitul.primo. in gloss. ni sus mugeres.& glos.singula.in dict. l. obseruare.§.proficisci.ff.de offi. proconsul. & lega. ⁋ Attamen iste text.& iura similia,quę dicunt, quòd potestas teneatur de delicto officialium,
13 & familiæ,intelligi debent,† si agatur ciuiliter, non criminaliter.vt gloss.in dict.§.proficisci.& Amodeus Iusti.vbi suprà. versicul.quanto. dicit,quòd si per formam statuti, vel suæ electionis forma,potestas se obligauit ad soluendum omnem pœnam pro suis officialibus, & familiaribus ciuiliter & criminaliter,certè intelligitur de pœna pecuniaria,non corporali,quę per alium pro alio solui non potest. argu. in.l. qui seruum.in principio.ff.de interroga. actio. & in.l.sancimus. C. de pœnis.capitu cùm homo. 23.quæstio.5.& in.l. si à reo. ff. de fideiusso. & in.l.3. C. ad Turpilia. & Paris de Put. in dict. tracta.syndi.in parte,an ex eo.folio.114.in principio.nume.23.& Cataldi. in dict. tracta. quæstion. 264.& Roma. in consilio. 15. vbi tenet, quòd pœna corporalis pro alio solui non potest. l. secunda. C.ad Turpilia. nec ad eam potest quis se obligare.26.quæstio. 5. capitu. cùm homo. ⁋ Et quòd dominus teneatur pro fami-
14 lia,† amplia,siue sit deputata ad officium publicum,siue ad priuatum ex quasi maleficio. vt in.l.sicut exhibuisset.ff. de publica. & victigal. put tenet Ang.in.d.l.1.§.q nouissi.eod.tit.ff.& sentit ibi Bar.& tenet Paul.in.d.§.familiæ.nu.4. & Alexand.in additio.ad Bartol.in.l.nec quid. ff.de incendi.rui. naufra. ⁋ Simile dicit Lucas de penna in dict.l.agentes.colum. 3. de episco-
15 po.quia si episcopus† cùm non potest personaliter visitare,ad hoc alium deputat tenetur, si deputatus in aliquo excesserit, vt Archidi. in capitul. si episcopus.de offi.ordi.in.6. & vide Innocen.in capitul.quòd quibusdam: de fideiussori.in fine glossæ magnæ.& facit.l.3.C. de omni agr.deserto.libr 11. ⁋ Quia vt dicit Lucas de
16 penna in dict.l.agentes,quod qui nominat† aliquem ad munus publicum,suo periculo nominat,& prius conueniendus,quàm ipsius collega fidei ratione.vt in. l. imperator. ff. ad municipal.& in.l.quid ergo.&. C. de pericul. nomi.l.prima.lib.11.& in.l.secũda.C.de susceptor & arca.libr.10.& in. l. exactores eius. tituli. & Innocen.in capitul.ex ratione.de ætate & qualit.in fine primæ glossæ.& hoc pro eo, quòd testimonium pro ipso perhibuit.capit. si seruus. 54.distinctio.& in authenti.de fideiusso.§.vno. vi.suprà.nume.primo. ⁋ Et licet potestas teneatur ex delictis,& extorsionibus familiæ suæ cõ
17 missis in offficio,non tamen tenetur† ex cõtractibus suæ familiæ, vt tenet Paul. de Castro. in l.prima.ff.de exercito.nume.6. per text. ibi. & facit text.iudicio meo in. l. quicunq;. §. non tamen.ff.de instituto. ibi, duntaxat ad id, quod eum posuit.& idem tenet Paul.de Castro in. d. l.prima.§.familiæ.nume.3. vbi dicit, quòd ista est communis opinio, quòd ex contractibus per familiam factis potestas non tenetur. Sed dicit,quòd ista communis opinio patitur distinctionem, scilicet,aut erat talis, qui non erat deputatus super contractibus, & hoc est verum, quòd potestas non tenetur. Aut erat super hoc deputatus,vt sunt expenditores, qui habẽt emere necessaria pro victu, & tunc si contraxit in causam,ad quam est deputatus,& tenetur, aliàs secus.vt in.l.prima §.non autem. in dict. titul. de exercito. Et vide quę dixi in capitu. a.suprà, in gloss.de mercaderia, in fine. ⁋ Tamen licet sit deputatus super contractibus ad necessaria
18 emenda,si talis potestas† in principio sui officij fecit fieri proclama, quòd nullus faciat aliquam credentiam, seu aliquid credat alicui de sua familia,cùm nõ intẽdit teneri pro eo, prout aliquãdo consuetũ est fieri, isto casu licet ex forma statuti teneatur pro familia, & officialibus respondere,non tenetur pro debitis per eos cõtractis.vt probat text.in.l. si pupilli. §. proscribere.ff.de instituto.vbi proclama,seu protestatio excusat dominũ ne teneatur pro institutore.tenet.ad literam Amode.Iusti.in d.tracta.syndi.in dicta parte, qui dominus potestas. versic. sed pone.cũ versi.sequenti.vbi dicit q excusatur,si fuit publicè prçconizatum,ita q verisimiliter potest venire ad notitiã plurimorũ. vt in d.§.pscribere. & in.c.1.de postula.pręla. Et prædicta vera, nisi cõtraxerit in rem necessariã potestati,vel suæ familiæ,ratione officij explicandi,quia tunc potestas tenetur,non obstante bannimento.vt in.l. fina. ff. de exercito. & in. l. 4. ff.de in rem verso. Quod est notandum,& menti tenendũ.quia occurrit pluries in facto, vt dixit Amode.Iusti. vbi suprà. ⁋ Qualiter autẽ pro
19 betur,† q cõtraxit in illã causam,distingue, vt p Bar.in.l.si ciuitas.ff.si cert.peta. ⁋ Adde q tenet Iohã.de Pla.in.l.1.C.de coueni.fis. debito.li.10.
20 nu.3.vbi ait,q fideiubẽs† p officiali publico intelligitur fideiubere. & pmittere de indẽnitate, & interesse respectu dãni reipublicę tãtũ. p. l.3.§. pro magistra-

pro magiſtratu.ff.de adminiſtra. rerū ad ciuita.
pertinen.vnde ſecūdùm Plat.nō tenetur pro ex
torſionibus,dānis, & violentiis illatis priuatis.
per text.in.d.l.1.§.1.in principio.ff.de magiſtra.
cōuenie. & ibi per Bald. nec tenetur de pœnis
impoſitis officiali propter maleficia, & barate-
rias per eū cōmiſſas. vt in.l. fideiuſſores magi-
ſtratuū.ff.de fideiuſſo.& ibi Bar. & hoc niſi fi-
deiuſsio, ſeu promiſsio ſit adeò lata,vt hęc com
prehēdātur.vt in.l.q̄ro. ff. locati. & ibi notatur
in gl.magna in fine. ¶ Ratio quare poteſtas te-
21 netur de omni delicto in officio cōmiſſo † per
ſuos officiales eſt, quia debuit eligere idoneos,
& ſufficiētes.vt in authē. de colla.§.1.colla.9. In
ſtitu.de obliga.quæ ex quaſi delict. naſ.§. fi. &
ita ſeruatur de cōſuetudine ſecūdùm Parid. de
Put.in.d. tracta.ſyndi.in parte,an ex eo.fo.114.
nu.17. & de ſuo proprio tenetur emendare per
eius famulū.vt in.d.authē.de mādatis principi.
§.ſed nec milites.colla.3.&.d.Paris de Put. vbi
ſuprà.nu.15. ¶ Sed quid ſi ipſe poteſtas nō eli-
22 git familiā,† ſed eligit commune,vel plebs,ſeu
ſuperior,& ſibi datur. Dic ꝙ pro ea nō tenetur.
arg.in.l.cū plures.§.ſeruū.ff.locati. &.d. Paris
de put.vbi ſuprà.nu.18.vbi quoq; nu.16.dicit,ꝙ
23 famuli appellātur † ij, qui quotidie famulātur.
vt in.l.1.C.de his qui in eccleſi.mane.vbi quo-
24 q; in nu.9.tenet quòd ſi famuli † poteſtatis po-
ſiti ſūt ad cuſtodiā ciuitatis de nocte,& faciāt cū
aliis furta,ꝙ poteſtas tenetur:quia deliquerunt
in eo,in quo poſiti fuerūt.Et ibi quoq; dicit, ꝙ
nūtij non poſſunt ſeruire diuerſis iudicibus in
diuerſis officiis.¶ Vnū tamē adde, ꝙ rector,ſi-
25 ue officialis,† nō tenetur de geſtis p ſubſtitutū
loco ipſius ad tēpus impediti. tenet Angel.in
§.ab hoſtib⁹.Inſtituti.de alie.tuto.quod nota &
infrà dicetur.¶ Et ſic dictum eſt,ꝙ poteſtas te-
netur de facto familiæ ſuæ. ¶ Quid ſi poteſtas
26 inuocat † auxiliū aliquorū ad capiēdū malefa-
ctorē,& vltra familiā neceſſariā aliquādo habēt
aliquos ſeruitores recōmēdatos vel domeſticos
qui fauēt ei in officio & de nocte aſſociāt ipſum,
an ſi iſti offendātur in exercitio illius officij di-
cātur offenſi familiares poteſtatis, vel ſi in illo
exercitio cōmittāt aliquid,an poteſtas teneatur
pro eis? Paris de Put.in.d.tracta.ſyndica. in par
te,quia ſuprà pluries.fo.113.dicit,ꝙ magnū du-
biū eſt. Tamē dicit,ꝙ ſi officialis nō habēs fami
liā neceſſariā ad capiēdū malefactorē poteſt in-
uocare auxiliū ſubditorū & illi ſibi parere tenē
tur.vt in.l.1.&.l.2.C.de his qui latro.vbi hoc te-
net Ange.& in.l.1.C. nil. agge.nō rūpe.ꝙ ſi no
luerint obedire, tenētur cōditione ex illa lege.

C.de his,qui latro.& Bald.tetigit in.l. ſi quis in
hoc genus.C.de epiſcopis & cleri. & ſic ſecun-
dū Parid.de Put.vbi ſuprà. iſti, quorū auxilio
imploratur ſint miniſtri officialis iuris authori
tate aſſumpti, & ſic ſubrogati loco famulorū ſi
quis eos offendat, ea occaſiōe tenetur. ¶ Et ſic
dicēdū eſt in aliis, qui officiali fauēt in officio
ſuo,& cū eo cōuerſantur, vt familiares aſſocian
do ipſum. ¶ Et Andre.de Iſerni. in cōſtitutio-
ne iure regni.de ſent.dicit,ꝙ illi,q ſūt in ſocieta
te dn̄i,aſſociādu,& ꝓ magna parte ſimul ſtādo,
licet in domo ſua quilibet comedat, & iaceat,&
qui ad requiſitionē dn̄i equitāt,& alia agūt, di-
cūtur familiares.arg.in.l.ſi quis ita.ff.de condi-
tio.& demōſtra.ideo iſtos offendēs officij com
tēplatione, dicetur offendere familiares pote-
ſtatis pro prędicta, & per ea,quę tenet Bart.in
d.§.familiæ.¶ Vbi dicit,ꝙ probatur aliquē eſſe
familiarē alicuius, ex quo cū aliis familiaribus
aſſociatur,& ſeruit vt alij famuli,licet nulla ſcri
ptura interuenerit de familiaritate.per tex.in.l.
fi.de præpoſi.ſacro.ſcrini.C.lib. 12. vbi dicit,ꝙ
probatur aliquem eſſe præpoſitum per domi-
num in aliquo exercitio officij eo ipſo,ꝙ exer-
cet officium domino ſciente, quia videtur eum
prǒpoſuiſſe. Et quoq; probatur ſatis quem eſſe
alicuius famulum, ſi apud eum alatur. vt Paris
de Put.vbi ſuprà.& tetigit Bald.in.l.1.C.de epi
ſcopis & cleri.vbi Cyn. ¶ Et per conſequens ſi
iſti deliquerunt † ratione officij, poteſtas tene-
tur pro eis: & ſi talis poteſtas velit ſe excuſare
quòd nō cognouerit illos eſſe de familia pote-
ſtatis,nō puterit ſe excuſare, ſi cōuerſabātur cū
poteſtate familiariter,& cū illo accedebant, &
cū familiaribus eius aſſociabātur.vt ſuprà, quia
iſti,qui vocantur per officiales ad eorū auxiliū,
habētur loco familię.vt tenet Andre.de Iſerni.
in conſtitu. Regni humanitatis.& dictus Paris
de Put.in.d.tracta.in partè,an ex eo.nu. 4. & ꝓ
familiaribus habētur,licet ſignū nō portauerit,
quia ſatis eſt, ꝙ ex iſtis ſit certioratus.arg.in.l.
cōtinuus.ff. de verbo.oblig. præſertim ſi pote-
ſtas,vel alius eius officialis,mādaſſet iſtis,quòd
exequerētur,vel caperēt iuſtè malefactorē eo prę
ſente,quia nō requireretur aliud ſignū, ſ[illegible] tenet An
gel.in.l.itē apud labeonē.§.ſi quis virginē.ff. de
28 iniuriis.dixerit,ꝙ percutiēs † familiā poteſta-
tis,nō deferētē ſignū,vel veſtē, non tenetur.
quod eſt intelligēdū,quādo nō cōſtabat eſſe fa-
miliarē.vt tenet ſingulariter.d. Paris. de Put.in
d.verſi.quia ſupra. nu. 5. Quod nota ad intelle-
ctum.l.primę.cū ſequētibus.titu.1a.lib.8. in ordi.regali.vbi ponitur pœna cōtra percutiētem

 officialem,

repulsus ab officio, secundũ Petrũ. quod nota.
36 ℣ Sed quid si testes dicunt, quòd viderũt † quẽdam familiarem potestatis percutere titium, tamen nesciunt nomen eius, an sufficiat? Videtur φ non: quia in libello, & probationibus debet poni specificatio certi hominis. ff. nau. caup. sta bula. & in. l. licet. §. 1. eod. titul. Et ideo si testes non cognoscãt personæ nomẽ, debent testibus corpora exhiberi. ff. de publica. l. si cùm exhibuisset. glos. in. c. cùm causam. de testi. tamẽ hoc fallit in actiõe quod metus causa. vbi non oportet certi hominis factũ. arg. l. cũ exceptione. §. in hac. ff. quod metus caus. & si potestas noluerit exhibere familiã suã, testibus videtur subtrahere probatiões, & fingitur cõtra eũ. arg. in. l. prouidendũ. C. de postul. tamẽ illa lex non loquitur in sufficienti præsumptione, sed melius facit. l. nullus. C. de assesso. & l. & post. & l. consiliarios & facit text. in argu. in. c. cùm homo. 24. quæstio. 5. & Bald. in additio. ad Specul. in. d. titul. de accusatore. colum. 5. versic. sed quid remanet cum hoc. ℣ Licet in contrarium dicat, φ facit quod tenetur, licet testes ignorent nomina familiaris: nam cùm sit vniformis conditio conclusorum sub genere, debet valere probatio generalis. arg. in. l. quòd si dubitatur. ff. de acqui ren. hæredi. & l. gallus. §. sextus. ff. de liber. & posthu. ℣ Sed dictus Pari. de Put. vbi suprà, in d. parte, an ex eo. nu. 23. versic. pone. dicit, quòd istam opinionem Bald. non teneret, quia hic nõ tractatur de puniendo potestatem criminaliter, nec de puniendo famulo, sed de condemnatione ciuili, per notata per Bart. in. d. l. 1. ff. de fur. aduers. naut. & in. l. nec quid. ff. de incen. rui. naufra. & per Andre. de Iser. in constitu. regni si damna clandestina. ℣ Vbi dicit, quòd si homines tincti in facie in territorio derobant, & nescienter, quòd villa. vel dominus territorij tenetur, licet nomina delinquentium ignorẽtur. hoc etiam tenet Angel. in. l. 2. § hæc actio. ff. vi bono
37 rum rapto. vbi dicit, quòd, pcedit petitio, † quã do agitur contra potestatem, quòd eius familia aliquid fecit, licet non exprimantur sigillatim nomina ipsorum. & vide quæ dixi suprà, in. c. 1. in gloss. ni fus mugeres. in fine. allegando Ca tal in tracta. syndi. quæsti. 264. ℣ Quid si pote-
38 stas fecit banniri † quod omnes debẽtes aliquid recipere ab officialibus, & familia, quòd comparent infra. 10. dies, aliàs non audientur, an tale bannum excuset potestati, & noceat creditoribus, qui non audiantur post terminum? Dic φ non nocet creditoribus, nec potestas excusatur, nec ad hoc potest obstare. l. diffamari. C. de ingenuis & manumiss. quia loquitur in termino assignato, creditori certo per iudicem competẽtem: sed hic tanquã caput familiæ potestas tenetur exhibere, aut soluere. Ita tenet Amode. Iusti. vbi suprà, versi. si verum si potestas. Et licet Amodeus nõ dicat, ratio huius potest esse: quia talis potestas de cõmissis per suos officiales in officio nõ habet cognitionẽ, sed spectatur tempus syndicatus: quia par in parẽ nõ habet imperiũ. vt in. l. nã magistratus. ff. de arbi. & in. l. ille à quo. §. tẽpestiuũ. ff. ad trebellia. ℣ Et facit quod in expresso tenẽt Angel. & Paul. de Castro in l. pars literarũ. ff. de iudi. vbi tenẽt, φ licet potestas mittit bãnimẽta per ciuitatẽ, φ quicunq; velit petere aliquid à notario suo, compareat infra tot dies, hoc bannimentũ non ligat creditoribus. Et idẽ tenet Rodericus suarez in repet. l. post rem. ff. de re iudi. colum. 215. sequendo Angel. & Paul. vbi suprà. De quo vide Hyppolyt. de Marsi. in repet. Rubricę. de fideiusso. nu. 511. & infrà dicã, nu. 40. ℣ Facit in simili quia collega suũ collegã nequit cõpellere. vt in. l. 3. ff. de administra. tuto. nisi voluntate. l. est receptũ. ff. de iuri. om. iudi. & quę notãtur in. l. ex asse. ff. ad trebellia. vt tenet dictus Paris de Put. vbi suprà in parte, potestas tenetur. folio. 207. & idẽ Paris de Put. in parte, potestas an possit punire alium officialem. fo. 208. Istã. q. examinat, an
39 possit † eũ punire, & nõ spectare vt puniatur à superiore, vel à syndicatoribus. Et dicit φ Dy. in. l. si quis forte. §. si quos. ff. de pœnis. dixit ibi casum, φ Iustitiarius possit punire assessorem suũ: tamẽ cõtra eũ dicit. quòd videtur tex. in. l. 3. de offi. præfe. orien. dicens, φ iudices pedaneos corruptos bene posset punire. p tex. in. l. si quis aliquid. §. iudices. eod. titul. Tamẽ aliqui dicunt per illũ text. in. d. l. 3. quòd præfectus prętorio, & sic potestas potest insufficientem iudicem, vel propter diuersam corporis valetudinẽ, negligentiã, vel furtũ deponere, vel principi referre, & alios subrogare. Sed ille text. loquitur in præfecto prætorio, qui habet supremã potestatem. vt in. l. 1. ff. de offi. præfe de hoc vide tu dictũ Piridis de Put. vbi suprà, vbi facit distinctionẽ. Aut si potestas eũ elegit, tũc potest eum punire, & remouere: Secus si fuerit creat⁹ à principe, vel ab alio superiore, quia tũc nõ potest, vt ibi per eũ. ℣ Tamẽ ego teneo, φ licet potestas,
40 & sic † corrector possit remouere suos officiales ad libitũ suũ, vt in prouisionibus officiorũ patet, & dictũ est, tamẽ de cõmissis per officialẽ in officio amoto eo, ipse nõ potest cognoscere, sed expectatur tẽpus syndicatus, quia, vt dixit Amode.

xit Amode. Iusti. vbi suprà. talis corrector tenetur pro eo soluere, vel exhibere tāquā caput familiæ, ilico ipse nō potest esse iudex in causa sua, nec suæ familię. vt in. l. si quis iurisdictioni. ff. de iuris.om.iudi. & ibi Alex. & docto. & latè dixi suprà in gl. ni abogados. versi. eodē modo. maximè quia actio cōtra eos nata, nō est peritura, donec tēpus syndicatus sit elapsū, quia sicut nō potest cōueniri durāte officio. vt in. d. l. pars literarū. de iudic. ff. & per Bar. in. l. 2. ff. ad. l. iulia repet. & Paris de Put. in dict. tracta. in parte officialis durāte officio. folio. 106. nisi cōueniatur corā principe, vel delegato specialiter ab eo misso, vt Angel. in tracta. syndica. in principio. ☞ Ita eo finito corā alio nō potest cōueniri, nisi corā principe, vel corā delegato ab eo misso. vt tenet dictus Angel. vbi suprà. & tenet in expresso Paul. de Castro. in. d. l. pars literarū. nu. 2. & Angel. ibi, vbi dicūt, ꝙ si potestas misit bānimēta per ciuitatē, ꝙ quicūq; vult aliquid petere à tali officiali suo, qui vult recedere, cōpareat infrà tot dies, aliàs nō audietur, ꝙ istud bānimētū nō ligat aliquē, qui debeat ab illo habere, quia ipse potestas nō est iudex competēs cōtra aliquē de sua familia: nō debet ergo dimittere ipsum recedere, quousq; fuerit syndicat⁹, vel faciat se securari ab eo, aliàs tenetur pro ipso. quod nota. Quod sequitur Roderi. suarez vbi suprà. colum. 215. vt dixi, nu. 38. vbi dixit, ꝙ per dictū Angel. dixit de facto cum correctur cu̾susdā ciuitatis fecisset quedā prætorē & algazelū familiares suos facere eis residētiā termino assignato omnibus, qui de eis vellent querelare, & cōtra eos petere, vt moris est hodie secūdùm legē regni, quòd licet elapso termino aliqui ab eis nil petierūt, nihilominus audiūtur, & ita postea fecit illos audire corā quodā officiali per curiā regis misso ad capiendum residentiam correctorum, & officialiū eius, & fuerunt cōdēnati, nec eis profuit dicta exceptio de residētia facta corā correctore, & de termino ab eo assignato transacto. & tenet Bar. licet ipse non dicat in. l. meminisse. §. legatum. ff. de offi. proconsu. & lega. vbi dicit quòd ante syndicatum non debet officialis suos officiales remit-
41 tere. ☞ Sed an potestas teneatur de † negligentia sui officialis? glo. institu. de excusa tuto. in parte, remanere, videtur tenere, quòd non. sed Floria tenet contrariū in. l. seruus seruū. §. si fornica rius. ff. ad. l. aquili. quia mala electiōe est in culpa. Et istā partē tenet Amodeus Iustinus in. d. tracta. syndica. vbi suprà. versic. fi. & Cataldi. in d. tracta. syndi. quæst. 220. ☞ Et per istū tex. ibi. por los quales sea obligado. & per iura supradicta similia reprobatur gloss. iudiciu meo. & Angel. ibi. in. §. ab hostibus. in versi. postliminij in situ. de atilia. tuto. vbi tenent, quòd rector, siue officialis non tenetur de gestis per substitū loco ipsius ad tempus impediti. & facit text. in cap. 1. de offi. vicar. lib. 6. & iu dict. l. 2. cū gloss. C. de officio eius, qui vicem alterius gerit. Nisi saluetur, quòd non tenetur de gestis loco ipsi⁹, scilicet de gestis extra officium, secus de gestis in officio, per supradicta. & idem tenet Petrus de Ferra. in forma libelli inquisitio. in parte, transeat in exemplum. nu. 9. quem singulariter vide, vbi dicit, quòd regulariter est contra: quia nullus debet grauare, vel punire ex facto seu delicto alterius, ad quod committendum nullum præstiterit auxilium, cōsiliū, vel fauorem. vt in d. titu. C. ne filius pro patre. & C. ne vxor pro mari. & pœnę debent solùm tenere suos authores. l. sancimus. C. de pœnis. nec ad agnatos vel affines innocentes debet extendi, vt dicit ibi tex. & habetur in cap. quæsiuit. de his quæ fiūt à maio. part. Capitul. absurdum enim est, vt alteri per alterum possit auferri cōditio iniqua. vt in. l. rem hæreditariā. in fine. ff. de euictio. sed in certis casibus specialibus cōtrariū reperitur secūdùm. d. Petrū de Ferra. & vnus eorū est, quā do officialis, vel famulus delinquit in officio cōmisso domino suo, quia tunc tenetur dominus secūdū eūdē. ☞ Et vi. Feli. in. c. nulli. de ac-
42 cusa. in principio. vbi dicit, † ꝙ præsumēdū est cōtra retinētem familiares criminosos: quia ex sociis cognoscitur vita hominis. Et si episcop⁹, vel Abb. habet aliquos criminosos, qui cōmiserūt aliquod crimē, ꝙ tenetur pro eis, & nō possunt allegare ignorātiā. ☞ Et idē dicit, quādo nō misit idoneos visitatores, quod dicit intelligendū, qn̄ dn̄s est in culpa, qa scit, vel scire potuit delictum perpetratum. Sed dicit, ꝙ excusatur si ante accusationem expulerat, & hoc intelligo, quando deliquerunt non extra officium, secus in officio, vt dictū est. Et idē Felin. in. c. Petrus. de homici. 2. colum. in. 7. fallen. vbi dicit singulariter, ꝙ ista fallentia declaratur, & restringitur multipliciter. ☞ Primò declaratur, nisi dominus post scientiā statim purgaret delictū officialis, vt dicit, ꝙ tenet Rota in decisiōe. 266. incipiēte. Itē si vicarius, in nouissimis. ☞ Secūdò declaratur, nisi officiales delinquerēt extra officiū vt dictū est, quia dn̄s non tenetur, nisi inquantum alij dn̄i tenētur de delicto famuli, non officiali. Ita pulchrè Bar. in. l. nec quid. in prin. ff. de Incen. rui. naufr. & Abba. post Anto. in cap. 1. de resti. spolia.

de resti.spolia.3.col.& Feli.vbi suprà dicit,ꝙ po test adduci illud, quod tenet Cardina. post anti quos in Clemen.1.§.fina. de hæreti. vbi dicit,ꝙ pœna ibi apposita turbantibus officiales inqui sitores,non ligat turbantes extra officium. ¶Et adducit dictum Bal.in.l.fina.C.ad Macedo. vbi ait,ꝙ si statutum validat cōtractum factum cum filiosamilias mercatoris,non intelligitur de con tractu facto extra mercantiam,& idem tenet Ias. in dict.l.age cum geminiano. C. de causa.nu.3. & Pau.de castro in.l.1.§.In filio.ff.ad Macedo. vbi dicit,ꝙ vidit istū casum de facto Florentiæ. ¶Et quoque adducit notabile dictū Bar. in extrauagan.qui sint rebelles.in verbo, rebellanda. vbi ait,ꝙ resistens officialibus de facto quando excedunt officium suum,non punitur vt rebellis. ¶Similiter adduci potest,quod scribit Bald.
43 in.l.si prediū.C.de desti actio.vbi dicit,†ꝙ pœna apposita in pace per me,& peradhærētes mi hi de non offendendo,non extenditur ad adhærentem extra casum inimicitiæ iure veteris,sed ex alia sua causa. ¶Quoq; declaratur,nisi deputatus ad certum officium à superiore esset perso
44 na valde integra,† putà si locumtenens est literatus expertus, & approbatus in officio, quia tunc potestas pro tali suo officiali nō teneretur. est glo. peregrina in.c.1.de offi. Archidi.secundum Feli.vbi suprà.Sed non est in.c.1.sed est in c.ad hęc nos dicimus.in verbo, examinetur.ab Archidiacono. loquendo in promouente indignum,an sit puniēdus episcopus,vel archidiaconus, qui eū examinauit. Et dicit,ꝙ episcopus tenetur de facto illius,qui examinat,cùm de mā dato illius illud faciat, sicut exercitor nauis de facto magistri tenetur per.l.1.§.magistrum. ff. de exercito.quod dicit,ꝙ fallit,nisi fortè examinator talis fuisset,vt non sit verisimile ipsum mentiri.argu in.c.significāte.de pigno. Ita in proposito in officiali potestatis,quia sicut est persona valde integra,potestas nō teneretur ꝓ eo. ¶Ad quod facit, quod tenet Oldra. consi. 92.vbi ait,
45 ꝙ si rex habebat†castrum,& tempore belli com misit cuidam militi eū custodire, & ille milles commisit alteri,& hostes venerūt,& occupauerūt castrum culpa illius,an teneatur miles? Et dicit,ꝙ si commisit custodiam nobili, nō tenetur, si cōmisit ignobili,tenetur, quod dicit esse satis consonum iuri cōmuni.arg.in.l.fina.in prin.ff. de custo. reorum.& in.l.ad cōmētariēsem.C.de custo.reorum.& quando cōmisit nobili,non teneretur eū repræsentari,& si nō exhibuerit,vel presentet,videtur liberatus:quia cùm tēpore,cōmissæ custodię diligens & sufficiens reputabatur,non debet nocere,si postea mutauit mores. argu.eorū,quę dicūtur de magistratibus,qui dāt tutores.ff.de magist.cōueni.l.1.§. si magistratus. &.ff.de neg.gestis.l.litis.§.si pecuniā. & in.l.3. §.si eo tēpore.ff.de admini.re.ad ciui.perti. &.l. argētū.ff.cōmoda.& eūm hoc remanet.d. Oldra. in.d.consi.& idē tenet Feli.in.c.super his.de ac cusa.pe. col. vbi quoq; allegat gl.in.d.c.ad hæc:
46 vbi dicit,quòd imputatur† episcopo,si archidiaconus examinauit indignum, nisi examinator esset ꝑsona valde digna,adeò ꝙ excusaretur episcopus,si credidit ei.& ibi Feli.accumulat priui legia virorū integrę opinionis vsq; in finē,quē vide. ¶Quoq; declaratur secūdum Feli.in dict.
47 c.Petrus.nisi officiales† dati essent à superiore, & sic potestas ipse eos non elegit,quia eorū delicta ei non imputabuntur secundum Bald.in.c. 1.de offic.delegat.vt suprà posui in versic.sed an quid si ipse potestas. ¶Quoq; declaratur, nisi
48 potestas † exhiberet officialem,vt dicetur infrà in isto text.in glo.fina. ¶Quoq; declaratur nisi
49 criminaliter † ageretur, vt suprà dixi in versic. extēde. quia etiā si officialis fugeret, potestas nō teneretur secundū Rom.in dict.consi.15. vbi subdit allegādo Bal.in dict.l.obseruare.§.proficisci. per glo.ibi.& per aliam in dict.c.cùm ad sedem. de resti.spoli.ꝙ statutum volens, ꝙ potestas teneatur de delicto familiæ,debet interpretari,nisi agatur criminaliter,& allegat,quia pactū non potest facere, ꝙ vnus in corpore puniatur pro alio.glo.in.c.cùm homo.24.q.5.ergo nec statutum iuxta glo.in.c.non putamus. de consuet. in 6.& in Rubr.C.quæ sit longa cōsuetu. per Bart. in Rubr.C.de decretis.decurio.per.l.nō impossibile,ff.de regu.iuris.quod dicit Fel. vbi suprà, esse bene notandum. ¶Vbi quoq; dicit,ꝙ declaratur, nisi essem cōtra in casu, de quo per Inno. in.d.c.cùm ad sedem.& refert ibi Abb. notabiliter.15.col.ver.item præsupposito.& Bal.in.l.fin. C.de episcopis & cleri.videlicet, ꝙ licet possessio rei inueniatur penes dominū,quæ fuerat occupata per familiares,non tamen ꝓsumitur dominum mandasse,quia potuit peruenire ad dominum ex alia causa,quàm ex violētia,quia violentia officialium sibi non nocet. ¶Et an dominus teneatur de cōmissis per familiarem, vel cōsanguineum,vide latè Feli.in.d.c.per ius.& Bar ba.in.c.1.de offi.delega. & Anto.Fran.in additi. ad Abb.in.c.ex parte.b.de foro compe.in additione.1. ¶Sed tene,ꝙ officiales potestatis seu cor rectoris,& sic locumtenentes,& algazelli,& cęteri officiales fideiussores dederunt de residētia facienda,& de iudicato soluendo, potestas non debet

debet conueniri:nec tenetur ſoluere pro eis,nec
eos exhibere,ſi fideiuſſores officialium ſunt ſol
uendo.vt tex.& ibi glo.& docto. in.l.vnica. C.
de periculo nominato. lib. 11. vide quæ dixi ſu-
prà,nume. 40.& ſic excuſsio primò requiritur,
ꝙ fiat cõtra dictos fideiuſſores, & nõ reperti ſol
uendo tunc deuenitur ad poteſtatem,ſeu corre-
ctorem,qui eos nominauit in dictis officiis per
dictã.l.& ſic practicatur, & pluries iudicaui. &
in conſilio regali confirmatum,& quia prius de
bet conueniri ſubſtitutus,quàm ſubſtituens. vt
in prin.iſtius gloſſę dixi. ¶ Quid autem ſi cor-
50 rector, vel poteſtas conuocauit † multos, vt eo-
rũ auxilio debellaret vnã domũ,in qua diceba-
tur,quòd erant receptati malefactores, & illam
igne concremauit contra iuſtitiam,propter ꝙ il
li ſic vocati paſſi ſunt damnũ,an poteſtas tenea-
tur illis ad damnum.vide in.l.quoniã multa faci
nora.C.ad.l.Iuliã,de vi.& in.l.1.§.ſi quis homi-
nes.ff. vi bono. rapto.& Inno.in.c.fina.ꝙ me-
tus cauſa.Bal.in.l.nõ eo minus. C. de accuſa.10.
q.& Bal.in.l.1 C.de ſeruis fugiti.& vid.glo.in.l.
fina.ff.ſi furt.familiæ feciſſe dicatur.& Paris de
put.in tracta.ſyndi.in parte,an ex eo.num.1.fol.
114.vbi quoque dicit,ꝙ licet ſubditi,qui parent
domino in atrocioribus non excuſentur.l.liber
homo.ff.ad.l.aquil. eſt verum,niſi aliàs perituri
eſſent,ſi non facerent,per glo.notabi.& ibi Bar.
in.l.ſi ſeruus.ff.de noxali. ¶ Poſtremò ſcias, an
illud,quod poteſtas ſoluit pro officialibus ſuis,
51 ſi poteſt ab eis † repetere vtendo retentione,vel
aliter.Specula.in titul.de iniuriis.prope finẽ te-
net,ꝙ ſic, de quo exclamat Paul. de caſtro.in.l.
videamus.ad finem.ff.de in lit.iura.& tenet Pa-
ris de put.in dict.tracta.ſyndi.in parte,an ſubſti
tuens.fo.248.nu.5.allegando Bald.in.l.ex facto.
ff.de negotiis geſtis.& vide Bar.ibi,vbi dicit,ꝙ
inter eos habet locum actio mãdati.& tenet Ber
tachin.in tractatu gabella. in. 7. parte,nume. 30.
tomo. 6. tracta.fo.62.dicendo,quòd ſi dominus
ſoluit pœnam pro famulo in caſibus, in quibus
non tenetur, repetit ab eo. per dict. Specula. in
dicto titu. de iniuriis,& damno dato. verſicu. in
ſumma.& Bald.ibi in additio. ¶ Pro quo fa-
cit, quod ſcribit Angel.in. l. 4.§.actor. ff. de re
iudi.vbi dicit, ꝙ ſyndicus villæ coactus ſoluere
propter mala,poteſt ab ea repetere. ¶ Et nota,ꝙ
adeò ſuccurritur ſibi in hoc & domino ſoluenti
pro famulo,ꝙ propria authoritate poterit appre
hendere bona illorum,ſecundùm Bart. & ibi la-
tius Paul.de caſtro in.l.creditor fundi.in princi
pio,per illum tex.ff.de actio.empti.ſecundũ Fe
li.in dict.c.Petrus.de homi. in fine. ¶ Et Bal.in
dict.l.ex facto.& Paris de pute.vbi ſuprà in ex-
preſſo dicunt, ꝙ ſi poteſtas fuit condemnatus
pro aſſeſſore, quòd poteſt ab illo repetere, vel
de ſuo ſalario retinere. ¶ Supradicta intelligo,
licet ipſe nõ dicat,niſi ſoluiſſet pro ſamulo,qui
aliquid fecit iniuſtè ex mãdato poteſtatis,quia
tunc imputetur ſibi poteſtas,qui iniuſtè manda
uit,vt notat Dy.in regula,ꝙ quis mandato.de re
gu.iu.in.6.& Bart.in.l.non ſolùm.§.ſi mandato.
ff.de iniuriis.& tenet Paris de put.in dict.tract.
in parte,poteſtas tenetur.fo.118.num.5. ¶ Et idẽ
eſt ſi ſciente poteſtate & nõ prohibente,aliquid
iniuſtè fecit,quia tũc etiam eſt imputandũ pote
ſtati.d.l.1.ff.ſi fur. famil. feci.prout ita tenet di-
ctus Amodeus Iuſti.in.d.trac. ſynd.in.d.parte,
qui dominus poteſtas,& officiales, promiſerũt
parere mandatis ſyndicorum.col.3.verſi. ſed an
poteſtas,qui ſoluit.quod nota. ¶ Quoq; intelli-
ge,niſi poteſtas participauerit fraude cum fami-
liari, quia tunc non repetit quod ſoluit pro eo.
tenet Bart.& Bald.in dict.l.ex facto.ff.de nego-
tiis geſtis.& Paris de put.in dicto tracta.in par-
te.poteſtas tenetur.fo.118.nume.8.& in parte,an
ſubſtituens.fo.248.num.5.vbi quoq; dicit,quòd
facit eum participem ſola ſcientia fraudis. & vi
de Bart.in dicta.l.ex facto.

Summarium.

1 Exhibendo corrector officialem, vel famulum liberatur.
2 Exhibendo familiarẽ, liberatur, licet ſtatutum non dicat,ꝙ exhibendo liberetur.
3 Exhibitus ſi ſatisfacere non poteſt, in corpore debet luere.
4 Exhibendo familiarem, vel officialem poteſtas liberatur,niſi forma ſuæ electionis,vel promiſſionis expreſsè dicat, ꝙ ipſe teneatur pro eis iudicatum ſoluere, quia tunc licet exhibeatur,tenetur,vt hic vide.
5 Exhibendo dominus famulum in officio priuato,non liberatur, ſed pro eo tenetur,licet exhibeat:quod ſecus eſt in officio publico.
6 Exhibendo iudex alium delinquentem,liberatur,ſicut ſi exhibuiſſet officialem.
7 Exhibere cogitur poteſtas officio finito officiales,& domeſticos,vt conueniantur,vel vt teſtimoniũ ferãt de his, quę in officio fecerũt.
8 Teſtes an poſſunt eſſe in ſyndicatu officiales,& domeſtici.

Pręſentare

9 Pūtare an teneat poteſtas filiū ſuū in ſyndicatu.
10 Exhibere an teneatur poteſtas tempore ſyndicatus famulum,ſeu officialē,qui aufugit. nu.17.
11 Exhibere nō tenetur poteſtas officialē mortuū.
12 Hæres iudicis,an teneatur de barateria defuncti.
13 Hæres iudicis,an,ꝓ eo teneat ad ſyndicatū ſtare.
14 Exhibere poteſtas officiales quot vices teneat.
15 Fideiuſſor de repræſentando reum ad ſuam voluntatem ſub pœna certa, & ille reus poſtea fuit captus per iudicem,& à manibus eius fugit,an fideiuſſor ſit liberatus.
16 Fideiuſſor promittens aliquem præſentare certa die ſub certa pœna in iudicio, vel ſoluere condemnationem de eo fiendam, & ante lapſum termini pro eodem crimine iudex poſuit eū in banno, an erit liberatus fideiuſſor.
17 Fugiens officialis tempore ſyndicatus timore iudicis ſyndicantis : quia pluries dixit,ꝙ volebat eum ſuſpendere, ſeu verberare pro baratariis,& furtis , poteſtas an teneatur eum exhibere,vel pro eo ſoluere.
18 Excuſatio rei etiam minus legitima prodeſt fideiuſſori,etiam in iudicio ſiſtendi.
19 Falſi pœna tenetur iudex, qui declarat parti ſententiam,quam laturus eſt.
20 Fugiens propter minimam iudicis ſæuitiā , vel propter minas atroces,an habet criminis præſumptionem contra ſe.
21 Bānitus excuſatur,ſi nō cōparet, nec ꝓcuratorē mittit, ſi timet vi inferri nedū ſibi,ſed etiā cæç.

k 1 **Entregare** k. Nota tex.ꝙ ſi correctoꝛ vel poteſtas † exhibet officialē,vel famulū delinquentē in officio,liberatur ipſe poteſtas,& pro eo nō tenetur.Idem tenet Bartol.Paul.de Caſtro, & Angel. & cæteri docto.in.d.l.1.§. familię.&. §. quod nouiſsimè. ff.de publica.& in.l.cū ſi exhibuiſſent. eo.tit. & Paul.de Caſt.in.d.§.quod nouiſsimè,tenet, ꝙ ſi aliquis de familia poteſtatis aufugit, & ſic nō poteſt eum exhibere, tenetur poteſtas de delictis per illum cōmiſsis in officio,ſed ſi ipſum exhibet liberatur.& ita ſeruatur in practi.ſecundùm eundem,& idem tenet Petr.de Ferra.in forma libelli inquiſitionis,in parte,tranſeant in exēplum.numero.10.& idem Ange. in.§.lege Iulia. Inſtit.de publicis iudiciis.☞Ex quo infert Ludo.Roma.in conſ.11.in fi.ꝙ licet iſte tex. nō diceret†,ꝙ exhibendo liberatur poteſtas exhibē-
2 do familiarē liberatur quia ſi ſtatutū diceret poteſtatē pro ſuæ familiæ facto teneri certis ſolēnitatibus nō ſeruatis,ꝙ tale ſtatutū interpretandū eſt,niſi poteſtas famulum,pro quo tenetur exhibeat:maximè quia,vt vulgariter dicitur , ſtatutū à iure cōmuni interpretationē recipit.vulgata.l. a.C.de noxali.&.l.fi.§.in cōputatione.C. de iure deliberā.&.l.Cęſar.ff.de publ.&.c.cùm dilectus,de conſuetudi.☞Et ſi familiaris ſic exhibi-
3 tus † ſatisfacere non poteſt creditori,luat in corpore. l. ſi quis id qd.ff. de iuriſ.om. iudi.l.vlt.ff. de in ius vocand. & in l.1.ff.de pœnis.&.c.finem litibus . de dolo & cōtu.ſecundū Ludo.Roma.in.d.conſilio.11.☞Sed

entregare k como el derecho requiere.

iſtū text. & iura ſimilia dicentia iudicem teneri
4 ꝓ officiali,niſi eū exhiberet, intellige verū †, niſi forma ſuæ electionis,vel ꝓuiſionis repugnet, puta quia cōtinetur in ea expreſſè, ꝙ ipſe teneatur pro eis iudicatum ſoluere, quia tunc licet exhibeat,tenetur. ita ſingulariter tenet Ange. Peruſinus.in.l.1.C. ad.l.Iuliā repet.in princ. quia ſequitur Ang.de Areti.in.d.§.lege Iulia. Inſti.de publi.iudi.vbi dicit hoc eſſe notandū.☞Sed Paris de Put.in tract.ſyndi.in parte, rectores terrarū.in princip.folio.116.licet de Ange. nullam faciat mentionē,tenet contrariū, dicendo, ꝙ licet in electione officialis ponatur pactum expreſſum,vt rector teneatur pro ſe,& officialibus , & familia ſua,tūc enim exhibēdo eos liberatur. vt in.d.§.familiæ.quia iſta verba intelliguntur ſecūdum naturam officij.arg.in.l.ſi ſtipulatus. ff. de vſuris.& in.l.legati ſerui.ff.de legatis. 2. & in.l. quidā.ff.de dāno infecto.& in.l.ſi vno.ff.locati. ☞Secus dicit,ſi promittit ſoluere omnē condēnationem fiendā de officialibus ſuis,& de ſua familia,tunc ipſis condēnatis tenetur ſoluere, nec exhibendo liberatur,quia eſt fideiuſſor iudicatū ſolui.Secus ſi eſſet ſimplex fideiuſſor de iudicio ſiſti,quia tūc ſiſtēdo liberatur.vt in.l. ſcimus.C. de iudiciis.☞Sed ſi bene aduertatur Paris de puteo nō tenet cōtrariū eius,quod tenet Ang. quia Ang.loquitur,qñ per formā electionis,vel ſtatuti poteſtas promiſit ſoluere omnē condemnationem fiendā de ſuis officialibus, & familia, quia tunc nō liberatur exhibēdo,quia nō eſt fideiuſſor de iudicio ſiſti,ſed de iudicato ſoluēdo.vt in l.grege.§.poſt litem.ff. de fideiuſſo. & iſto caſu loquitur Ang. ☞Et non loquitur quando in formam ſuæ electionis promiſit tenere pro officialibus ſuis,& familia,quia tūc liberatur exhibendo:quia videtur promittere tātū de iudicio ſiſti ſimpliciter,et pro eo fideiubere,& ideo ſiſtēdo, & exhibēdo liberatur.vt in dict.iuribus.& in.l. ſanè.C de fideiuſſo.& Bar. in.d.§.quod nouiſsimè.& Paris de Put.in.d.tract.ſyndica.in par.rectores,terrarum.fol.116.quaſi in prin.ver.hoc tā caſu.

casu. Et ita tenet Amodeus Iusti.in tract.syndi. in parte, qui dominus potestas,|& officiales pro miserunt parere mandatis syndicatorum. col. 2. versi. item aduerte. vbi dicit, ꝙ dominus Bal. in quodam suo consilio dicit, ꝙ de iure communi potestas exhibendo officialem, & familiã, non liberatur, si est debitor ex maleficio. cùm sit vsus opera malorũ hominũ. per. l. debet. §. 1. ff. naut. caup. stabu. secus si est debitor ex cõtractu, quia potestas est fideiussor d iudicio sisti, vt in. l. post depositam. C. de assesso. ideo liberatur exhibendo: dum tamen exhibeatur tali modo, ꝙ familiaris possit cogi. Vnde dicit, ꝙ si exhiberet eũ cũ saluo cõducto, nõ liberatur potestas. l. sed ij qui. §. sint autem. ff. de publica. ¶ Tamen hodie per istum tex. si exhibet corrector suum officialem, liberatur, modò exhibeat ratione delicti, seu ratione contractus, vt ex isto tex. patet: & est speciale in officiali correctoris, seu potestatis. ¶ Secus est in aliis dominis exercentibus †officium
5 priuatum, puta tabernã vel hospitium, quia tũc non excusantur, suum officialem, vel famulum exhibendo, secundùm Bart. in dict. §. nouissimè. quia pro eo tenentur, licet exhibeant. Cuius ratio potest esse secundũ Petrũ Ferra. in dicta forma libelli inquisi. num. 10. quia isto casu ex quasi contractu dominus tenetur ad diligentiam & custodiã. Et idẽ tenet dictus Paris de Put. in. d. parte rectores terrarum. in principio. & idem tenet Abb. in. c. 1. de restitu. spolia. col. 2. nu. 7. vbi idem tenet, ꝙ exhibendo famulũ dominus liberatur, scilicet qñ dominus exercet officium publicũ, secus si priuatũ, quia tunc non sufficit exhibere malefactorem, sed est in optione dãnum passi, vt agatur contra famulum, aut cõtra dominum, seu hospitãtem. ¶ Quod extẽditur, ꝙ non solùm potestas liberatur exhibendo famulum,
6 seu officialem, sed etiã † liberatur, si exhibet aliũ delinquentem, pro cuius delicto ipse potestas tenebatur, vel poterat conueniri. vt tenet singulariter Amodeus Iust. in. d. tracta. syndica. vbi supràin. d. versi. Item aduerte. In parte, & est speciale. Quod facit pro iudicibus vt faciant capere, vel exhibere malefactorem, & delinquẽtem, si existimant pro eorum delictis conueniri. quia exhibẽdo eos, liberantur. ¶ Adde oneq; , quòd
7 potestas, finito officio, cogitur † exhibere iudices & f ciales, vel suos domesticos, quos habuit in officio, vel vt cõueniantur, vel vt testimoniũ ferant de his, quæ in officio fecit. tenet Hostien. in summa de testi. in principio. argu. l. post. de officio assesso. tenet Lucas de penna. in. l. agẽtes. C. de agenti. in reb. lib. 12. col. 3. vbi dicit, quòd si post administratione iudicum depositã ad querimoniã prouincialium, seu curialium alicuius ciuitatis, aut aliqua alia publica necessitas postulauerit, tenentur iudices suos domesticos exhibere præsentes: & quod plus est, si idonea causa exigerit, torquendi sunt ad detegenda flagitia iudicum, quorum domestici extiterũt. vt in. l. nullus. C. eo. tit. de assesso. in fine. ¶ Et ꝙ tales offi-
8 ciales, & domestici possint esse testes † in syndicatu, inspecto statu, pro quo, pducũtur pro potestate, dũmodo nõ sint ita viles, ꝙ sint suspecti ex vilitate vitæ: quia nõ sunt amplius familiares, finito officio, & hoc si recesserunt ab ipso, quia si non recesserunt, adhuc durat familiaritas. tenet Angel. in. l. sciendum. ff. de vsuris. & tenet Bal. in. l. etiã. C. de testibus. in fine. vbi quoq; tenet, ꝙ contra potestatem possunt testificari, quia cõtra domesticum possunt produci: tamen si dixerint partim pro eo, & partim contra, non possit diuidi fides testimonij. vt glo. ibi. ¶ Quid autẽ,
9 si lex, vel statutum dicit, ꝙ potestas teneatur † in syndicatu præsentare eius familiam, & filius potestatis commisit delictum, an potestas teneatur eum pręsentare? Dic ꝙ sic, si seruiebat in officio, aliàs secus. secundùm Dy. in. l. 1. §. fina. ff. de publica. & vectigali. & Amodeus Iusti. vbi suprà. versi. & si statutum. vbi dicit, ꝙ est secus, si statutum dicit, quòd si familia illius, qui est potestas delinquit, potestas teneatur eum pręsentare, tũc tenetur, etiam si filius in eo officio nõ seruiebat.
10 secundùm Dy. ibi. ¶ Quid si officialis fugit, † an potestas teneatur exhibere, aut soluere, in principio istius glo. dixi, ꝙ sic, allegãdo Pau. de Castro. in. d. §. quod nouissimè. num. 2. vbi dicit, ꝙ ita seruatur. Sed Cataldi. in tracta. syndi. q. 264. tenet contrarium, dicens, ꝙ si est statutum, ꝙ potestas teneatur tempore syndicatus familiam præsentare, adhuc non tenetur, si aufugit: quia ad impossibile nemo tenetur, nec ad casum fortuitum cautum, tamen est, ꝙ ponatur in bãno. vt in. l. sed & si quis. §. si quis. ff. si qs cautio. tũc nõ videtur stare per ipsum, sed per rẽpublicã, cuius authoritate positus fuit in banno. Et idem videtur tenere dictus Amode Iusti. vbi suprà. in. d. ver. & si statutum. vbi dicit, ꝙ ab illa pœna pecuniaria, quam potestas tenetur pro suo officiali, liberatur exhibendo eum, vel si non stat per eum, quo minus exhibeat, sed si fugit, non potest eum exhibere. ¶ Sed tu tene dictum Pau. de castro, quia sic practicatur. Et nõ obstãt supradicta, quia nõ est statutum, nec lex. quod exhibeat suam familiam tantũmodo, imò ꝙ soluat, vel exhibeat, vt in isto tex. nostro dicitur. ¶ Et videtur Amod. Iusti.

Iuſti.vbi ſuprà,vbi ait,ꝙ ſi officialis,vel familia
ris poteſtatis facit homicidiũ, vel furtũ, & im-
mediatè aufugit,ita ꝙ poteſtas non põt eum prę
ſentare,nec tenetur ad impoſsibile.argum. in.l.
Lucius.§.fi.ff.de excuſa.tuto.quia caſus fortuitus
viro bonæfidei obeſſe nõ debet.l.ſi à bonęfidei.
ff.de rei vendi. & caſus fortuitus per conſilium
hominum prouideri non põt,ſecundùm Amo
de.vbi ſuprà,verſic.& ſi eſt ſtatutum.vbi quoq;
dicit,ꝙ cautela eſt,ꝙ eo caſu,quo aufugit, ꝙ po-
natur in banuo:quia tunc non videtur ſtare per
ipſum,quo minus eum repręſentet.vt notat Bar
to.in.l.ſi fideiuſſor.§.qui pro rei qualitate.ff.qui
ſatiſda. cogan.gloſſ.in.l. capitis.ff.de fideiuſſo.
Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ ſtetit per poteſtatem,
qui poſuit eum in bãno: quia poteſtas fecit hoc
licitè,& ex neceſsitate officij.Cautius tamen di
cit ꝙ faciet,ſi faciat eum accuſare vel denuntia-
re ab offenſo vel denuntiari à ſyndico,q̃ proce-
dere per inquiſitionẽ. ☞ Tamen ſi ipſe poteſtas
anteaq̃ fugiat, poſuit eum in carcere, & ex car-
cere fugit,tenetur poteſtas de fuga, quia poſuit
malos cuſtodes.ſecundùm Amode.Iuſti.vbi ſu
prà,& tenet idẽ Paris de Put.in tracta.ſyndica:
in parte,an ex eo.nu.12.& nu.21.& nu.24 &.25.
fol.114.quẽ vide. ☞ Quod non habet locũ in of-
11 ficiali mortuo: † qa rectores nõ tenẽtur pro deli
ctis officialis mortui,quia facultatẽ illum exhi-
bendi non habent, nec per eos ſtat . quo minus
exhibere poſsint.vt tenet Bar. in. d.§.quod no-
uiſsimè.nu.2.& Paul. de Caſt.ibi,per gloſſ. ibi,
quæ incipit, per accidens. & idem tenet Ange.
in.l.ſed hic.§.ſiue autem.eod.tit quod extendit,
etiam ſi ſecũdùm ſtatutũ promiſit poteſtas ſol-
uere omnẽ condẽnationem officialium,& fami
liarium,& ille,qui deliquit,deceſsit,quia ex ſua
promiſsione nõ poteſt conueniri,quia eſt fide-
iuſſor iudicato ſoluendo . quæ ſtipulatio non
committitur,niſi lata ſentẽtia: ſed ſententia non
poteſt ferri cõtra defunctum ; ergo non tenetur
ſecundùm eundem.quod eſt notãdum. & idem
tenet Bal.in.l.ſi deceſſerit.ff.qui ſatiſda. cogã &
ibi Iaſ.nu.6.per.d.§.ſin autẽ.vbi dicit, ꝙ ſolùm
in caſu.in quo poſsit familiaris condẽnari poſt
mortẽ.in illo teneretur poteſtas, vt patet ex his,
quæ ibi dixit,& nõ in aliis. ☞ Tamẽ dicit Amo
de.Iuſti.vbi ſuprà,verſi.item aduerte.in fi.ꝙ ſu
pradicta fortè procedunt quando ipſe officialis
fuit principaliter conuentus , & non poteſtas:
quia ſi poteſtas fuiſſet conuentus principaliter,
teneretur etiã poſt mortẽ officialis. vt dicit eſſe
tex.notabil.in.l.fi.§.hoc autẽ. ff. naut. caup.ſta-
bula.qui tex. rectè probat, ſed non loquitur in
officio publico , ſed in priuato. Et credo, ꝙ hac
de cauſa dictus Amodeus hoc intellectũ poſuit
ſub iſto dubio fortè, & credo, ꝙ Iaſ.vbi ſuprà
dicat verũ, quia ſolùm tenetur poſt mortẽ tan-
tũmodo in caſibus, in quibus poſt mortem po-
teſt officialis,vel familiaris condemnari. ☞ Qui
caſus ſunt illi,in quibus hæres iudicis poſt eius
mortẽ tenetur, & vide aliquos p Ang. & Paul.
de Caſtro in. l. dies cautioni. §. hæc autẽ actio.
ff.de dãno infect.vbi in illis caſibus tenetur.&
vi.tex.& ibi Lucã de pẽna.& Iohã.de pla.in.l.
in ſucceſsione.C.de decurio. lib. 10. ☞ Et vide
tu Ang.de Are. in tracta.maleficij. in parte, per
iudicẽ maleficiorũ.verſi.ſi.qui incipit, Et dico.
12 vbi quoq; dicit, quòd ſi iudex † aliquid rece-
pit per concuſsionem, vel per barateriam,illud
cum quadruplo debet reſtitui.vt Bald.in.l.fina.
C.ad.l.Iuliam repe.quæ pœna dicit,quòd tran-
ſit in hæredem officialis, licet contra eum non
fuerit lis conteſtata , vel ad hæredem eius nil
peruenerit. vt in. l. 2. & ibi Bald. C. eod. & eſt
text.ſingula.in.l.in hæredem.ff.de calumnia. &
vide quę dicã in.c.1.in de ſyndi.nu.16. ☞ Quia ta
lis officialis debet mũdas habere manus.vt in.l.
omnis. C. eo.tit.ad.l.Iul.rep.& Bal.ibi.& ſi nõ
habet,de qualibet barateria põt à quolibet accu
ſari.l.iubemus.C.eo.& ibi quoq; Bal.& etiã ab
eo à quo extorſit , dũmodo querela porrigatur
infra tẽpus ſyndicatus.vt in.l. vnuſquiſq;. & ibi
Bal.eo.tit.quod dicit notãdum pro ſyndicatori
bus,& contra alios officiales baraterios. In iſtis
caſibus credo,ꝙ teneretur poteſtas pro ſuis offi-
cialibus mortuis, quia in iſtis poteſt poſt mor-
tem conueniri , in aliis autem caſibus non tene-
13 tur:qa hæres † iudicis nõ tenetur ſtare ad ſyndi-
catũ pro eo , niſi cõueniretur pro eo , quod per-
ueniſſet ad hæredem.eſt text.& ibi glo.in.l.Iu-
lianus.la primera.ff.de iudiciis. & ibi Ange.
☞ Ilicò nec poteſtas pro ſuo officiali. & vide
Ange.in.l.1.ff.de priua.delictis.quaſi in princi-
pio,ſequendo Bart.ibi,vbi tenet,quòd licet hæ-
res poteſtatis non teneatur ſtare ad ſyndicatum
pro eo,niſi cum poteſtate fuerit prius lis conte-
ſtata.vt in dict.l.Iulianus.tamen ſi non potuerit
lis conteſtari cum eo forſitan propter eius ſub-
terfugia,tunc bene hæres tenetur, licet cum po-
teſtate lis non fuerit conteſtata. per. l. vt per-
fectius.C.de annali exceptio. ☞ Et an ſi hæres
poteſtatis teneatur ſtare ad ſyndicatũ,vide Pari
dem de Puteo in tracta.ſyndi. in parte,hæres an
hæres mortuo poteſtate.fol.126. ☞ Quot autẽ vi
14 ces † tenetur poteſtas exhibere ſuos officiales,&
familiares,in caſu,in quo eſt obligat⁹ exhibere?

Dic

Dir quòd vna tantùm:quia ſi promiſiſſet expreſ
ſè præſentare toties quoties opus fuerit, libe-
ratur bina præſentatione facta. vt voluit ſingula
riter Angel.in.l.ſi finita.in principio.ff.de dam
no infecto.& idem tenet Roma.conſ.15. in fine.
& Paris de Put.in.d.tracta.ſyndicat.in.d.parte,
an ex eo.nu.26.idem tenet Ange.in.l.2.§.qui ex
hibendi.ff.de cuſto.reorum.vbi ponit alias quæ
ſtiones in propoſito ſatis ſingulares,quæ quoti-
die occurrunt. ☞ Et prima quæſtio eſt,Quidam
15 promiſit iudici præſentare†reum ad ſuam volū
tatem ſub certa pœna,ſi ille reus fuit captus per
iudicem,& deinde à manu eius fugit,an liber ſit
fideiuſſor?Et dicit,ꝙ Odofre. dicit,ꝙ ſic:ſi capt⁹
fuit pro eadem cauſa,quia iam eſt ei ſatisfactum
& non refert à quo ſatisfaciat.vt in.l.ſi.&.l.3.ff.
de condi. inſtit.& in.l.3.ff. manda. vnde omnis
obligatio eſt extincta. Sed ſi fuit captus pro alia
cauſa,tunc non eſſet liber,niſi fideiuſſor compa
ruiſſet coram iudice,& proteſtatus fuiſſet,ꝙ ha-
bebat illum pro præſentato. Suffirit enim dicta
verbalis præſentatio,ex quo actualiter præſenta
ri nō poteſt,quia poſitus eſt in carcere,quod di-
cit Angel.eſſe notabil.dig. & quotidianum, &
menti tenendum.& eius opi.Odofr. eſt veriſſi-
ma. ☞ Aliam quæſtionem in propoſito quoque
16 ponit. Aliquis fideiuſſor promiſit†aliquem prę
ſentare certa die ſub certa pœna in iudicio cri-
minali,vel ſoluere condemnationem de eo fien-
dam,& ante lapſum dicti termini pro eodem cri
mine iudex ponit eum in banno, an fideiuſſor
erit liberatus à pœna, ſi eum non ſiſtit in termi-
no,poſt quē terminū extitit diffinitiuè cōdēna
tus?Et dicit quòd Odofred.dicit,quòd non,quia
in eadem cauſa nō debet officium iudicis impe-
diri,vnde banniendo eum,non dicitur ſtare per
iudicem quo minus compareat.l. capitis.ff.de fi
deiuſſo. ſecus ſi ante euētum termini iudex ban
niret pro alio maleficio. vt in.d. l. ſed & ſi quis.
ff.ſi quis cautio. ☞ Audi ergo tu,qui fideiuſſiſti,
& times non ſoluere cōdemnationem rei, vt or-
dines, ꝙ reus ab alio accuſetur de aliquo crimi-
ne,& banniatur per aliū iudicē. nam poſtquam
poſitus erit in banno, tu fideiuſſor eris ſecurus,
quia per iudicem ſtetit,ꝙ eum ſiſtere nō poſſis.
vt in.l.iure ciuili,ff.de conditio. & demonſtra.
quod nota ſecundùm Angel. vbi ſuprà. Et vide
iſtam quæſtionem latè examinatam per Bald.in
ſua practica,in Rubrica de quæſtionibus emer-
gentibus,circa merita cauſæ. §. tertiò quæritur.
☞ Quæro quoq; de quæſtione, Quidam officia
lis poteſtatis ſtabat in Syndicatu, contra quem
17 fuit datus libellus criminalis de †corruptione,
furto,& barateria: & lite pendente iudex ſyndi
catus,ideſt reſidentiæ pluries dixit, Ego inten-
do verberare.vel laqueo ſuſpendere iſtum offi-
cialem ad terrorem aliorum,ſibi minando mor-
tem,quibus verbis auditis ductus timore officia
lis aufugit, propter quod ſyndicator petebat à
poteſtate,vt ſolueret, vel eum exhibeat poteſtas,
allegat hanc fugam dolo ſyndicatoris procura-
tam fuiſſe,& eius opera. Paris de Puteo in dict.
tracta.ſyndica.in parte, ſubiicio ſubtilem & vti-
lem quæſtionem.fol.120. loquendo in fideiuſſo
re poteſtatis,vel officialis, dicit, ꝙ omiſſis,quæ
dici poſſent pro & cōtra,conſuluit,ꝙ fideiuſſor
officialis, vel capitanei, Baronis,non teneretur
ad pœnam fideiuſſionis, quia obſtat exceptio
doli contra ſyndicatorē,quia miſericordias mor
tis intulit capitaneo, vel officiali, vt aufugeret.
argu.in.l.1.verſi.dolo.ff.de eo per quem factum
eſt.& bene facit text. in. l. ſi opera creditoris.ff.
de doli excep.vbi dicitur, ꝙ ſi opera creditoris
debitor perdidit pecuniam,quam ſoluturus erat
creditori,ſubuenitur debitori,& iſta verba mina
toria fuerunt ordinata ad caſum fugę,ergo tene-
tur minans caſu ſequuto.arg.in.l.ſi.§.ſi ea condi
tione.ff.ad.l.Rhodi.de iact. propter quod fide
iuſſor,& ſic poteſtas,qui fideiuſſor ſuorum offi
cialium eſt,vt in glo.proxima dictum eſt,vide-
tur nō poſſe ſiſtere officialem ex indiciis illius
ſyndicatoris,tales minas proferentis. arg. in.l.ſi
pater.ff.de inſtitu.& ſubſtitu.&.l.3.ff. de fidei-
cōmiſſ.liberta §. fina. vbi ſi per hæredem ſtete-
rit quo minus illa pareret,quæ dedit medicamē-
ta ſterilitatis,ꝙ illi imputatur.& facit tex.in.l.2.
§.ſimili mō.ff.ſi quis cautio. vbi de impedito ad
iudicium venire impedimēto cauſato facto offi
cialis. videtur enim officialis ille prorumpendo
ad tales minas ab ſe abdicare iuriſdictionem
contra eum,cui minatus eſt. per text. in.l.s.C.ſi
quacunque prædi. poteſta. ſecundùm Bartol.
Bal & Aug. & Saly. in.l.quia poterat. ff.ad Tre
bellia.vbi Imol.in.d.l.1.quæſtionem iſtam deci
dit,& dicit, ꝙ ſi officialis facit iniuriam alicui,
vel ſibi minātem ſeruorem infert, quòd ille, cui
minatur,cum tota familia ſua, eſt exemptus à iu
riſdictione ſua in omnibus cauſis ciuilibus, &
criminalibus, & alium iudicem ſortiuntur.nam
minaces ſeruores officialium iuſtum metum in-
ferunt,ſecūdùm Bal.ibi.& in.l.j.C. ſi rector pro
uinci.& ſic cū propter hoc fuerit iudex,ſeu ſyn
dicator iuriſdictione priuatus,non poterit pœ-
nam à fideiuſſore petere,nec cogere ad exhiben
dam, vel ad ſolutionem faciendam,quia in eum
non habebat amplius iuriſdictionē miniſterio
legis

legis ab eo abdicatã. per tex.in.d.l.1. ſi qua cum
18 prædi. ¶ Accedat quoq; ꝙ excuſatio † rei etiam
minus legitima in iudicio ſiſtẽdi prodeſt fide-
iuſſori.vt in.l.ſed & ſi qs rei capitalis.in princi.
eo.ti.& qa tales minas atroces inferẽdo,ſyndica
tor eſt in dolo, vt dictũ eſt,q dolus nũc ex facto
ſequuto intelligitur.per.d.l.1. §.ſed an dolo.ff.ď
doli exceptiõe.vbi tex.dicit. Ideo hãc exceptio
nẽ prætor poſuit, ne cui dolus ſuus ꝑ occaſionẽ
iuris ciuilis contra naturalẽ æquitatẽ proſit,qui
dolus ꝓbatur ex antecedẽtibus minis,& ſuaſio-
nibus, quas fecit cõtra ipſum.ꝑ glo.notabilẽ in
l.apud celſum.in prin.eo. tit. quã Bal.allegat in
l. veteri.C.de fideicõmiſſa.liber.& in.l.dolũ.C.
de dolo.& oĩa iura clamant,ꝙ fraus & dolus ali-
cui patrocinari nõ debet. ¶ Imò tenetur iudex
19 pœna falſi,† quia declarat parti ſentẽtiam,quam
eſt laturus.arg.in.l.obſeruãdum.ff.de offi.prę́ſi.
coniũcta.l.1.de falſis. & in.l. ſi quid aliud.§.1.ff.
de pœnis.& in.l.omne delictũ.§. exploratores.
20 ff.de re militari. ¶ Et quia reus,qui aufugit † pro
pter nimiã iudicis ſæuitiã, vel ꝓpter eius minas
atroces, nõ habet præſumptionẽ criminis cõtra
ſe.vt in.l. lege Cornel.ff.ad Silania. & per doct.
moder.in.l.admonẽdi.ff.ď iureiur. ¶ Et qa talis
fuga tanq̃ ab eo ꝓcurata prodeſſe nõ debet.arg.
in.l.itẽ hic qui.ff.ex quibus cauſ.maio. nam qñ
ſuaſio alicui doloſa,eſt proxima cã dãni,tenetur
ſuadẽs de dolo,& etiã de dãno,vt in.§.cęterum.
inſtitu.ad legẽ aquiliã.& in.l.cũ quis perſuaſe-
rit.ff.de dolo. ¶ Et ſic cũ ſyndicator fuerit in do
lo,ſeu culpa,ob quã fuga fuit cauſata,fideiuſſor
nõ tenetur ad pœnã,nec poteſtas ad ſoluẽdum,
nec exhibẽdum.& ita ꝑ iſta iura, & per alia plu
ra tenet dict⁹ Paris de Put.vbi ſuprà.vbi quoq;
dicit,ꝙ qui in illo caſu meli⁹ ſenſerit,melius cõ-
ſultet. ¶ In adiutoriũ Pari. de Put.facit, qď te-
net Ange. in diſputatione, incipiẽte,Bononiẽ-
21 ſis à ſua ciuitate,bannitus.in.4.q.vbi tenet,† ꝙ
excuſatur bãnitus,ſi nõ cõparet, nec mittit pro-
curatorẽ,ſi timet vim inferri,nec dũ ſibi,ſed etiã
cauſæ.vt ſi eſt repulſus propter partialitates,vel
habet cauſam cũ potẽte,etiã ſi ſit bãnitus ex cau
ſa,& culpa ſua. ꝓut tenet additionator Abb.in
c.quæ in eccleſiarũ.de cõſtitu.in additione,quę
eſt in nu.17.in parte,ſi culpa ſua eget.& ibi Fe-
li.col.45.& Domi.in.c.ſtatutũ.§. cũ verò.de re-
ſcrip.lib.6.& idẽ tenet noſter Pala.Ruui.ĩ rep.
Rub.ď dona.§.78.fol.56.nu.30.vbi ſingulariter.

Prætorum Cap. IIII. finis.

Sequitur Caput V.

SVMMARIVM.

1 Iuriſdictio,in quibus caſibus ſuſpenditur.
2 Per aduẽtum ſucceſſoris expirat officium prę-
deceſſoris.nu.5.&.10.
3 Officiales,qui ſyndicari debent,ab officio, de-
bent ſuſpendi.
4 Officialis accuſatus de crimine commiſſo circa
officium.accuſatione,vel inquiſitione pẽden
te ſuſpendi debet. Quid ſi eſt electus in pote
ſtatem, & opponitur contra eum,an iſta op-
poſitione durante exercebit officium.
5 Iuriſdictio prædeceſſoris expirat poſt præſen-
tationem prouiſionis, quia anteaquàm præ-
ſentetur, iuriſdictio non aufertur, præde-
ceſſori. num. 10. Officium vſque ad annum
datur.
6 Corrector, ſeu poteſtas licet tẽpus ſui officij fi-
nitũ ſit,officiũ deponere nõ debet,ſed ſucceſ
ſorem expectare, & de cauſis cognoſcere,&
omnia agere vſq; in aduẽtum ſucceſſoris:&
quoq; debet habere ſalarium conſuetum. nu.
8.9.10.&.16.
7 Iudex ſi non cõpleuit officij ſui tẽpus, non te
netur recipere ſucceſſorem in officio. nu. 13.
8 Vniuerſitas,ſeu ciuitas correctore deficiente nõ
põt exercere iuriſdictionẽ,nec iudicẽ ponere
9 Iudex delegatus datus cum præfinitione tem-
poris,expirat elapſo tempore.
10 An iuriſdictio conceſſa ad beneplacitum princi
pis expiret per mortem concedentis.
11 Iudex ingredi debet per illã portã, ſeu per par-
tem prouinciæ,quam ingredi moris eſt.
12 Iudex pati debet,ꝙ ſucceſſor ſuus in officio in-
tret, & ei debet præbere baculum iuſtitiæ vt
officium exerceat, aliàs in crimen læſæ ma-
ieſtatis incidit,& in iſtam pœnam incidunt
ruſtici,& populus, qui recuſat illum habere
in iudicem.
14 Caſtellanus non debet dimittere Caſtri cuſto-
diam finito tempore,ſi dominus cuſtodem non
mittit.
15 Iuriſdictio, an poteſt exerceri vltima die of-
ficij.

Suſpen-

Pretorum

OTroſi que los officios que por la carta que lleua mã- damos que eſtẽ ſuſpendidos, ᵃpara q̃ el, y ſus officiales los tẽgan, no daran

Capue V.

SVſpendidos. ᵃ Idẽ cauetur in prouiſionibus officiorum, vbi rex inter alia dicit, y por eſta nueſtra carta mandamos a qualquier perſona, o perſonas, que tienen las varas de la nueſtra juſticia, y de los officios de alcaldia, y alguazilazgo deſſa dicha ciudad, y ſu tierra, que luego las dẽ, y entreguẽ al dicho nueſtro corregidor, y que no vſen mas dellas ſin nueſtra licencia ſo las penas en que caẽ las perſonas priuadas que vſan de officios publicos, para que no tienẽ poder, ni facultad, ca nos por la preſente los ſuſpendemos, y auemos por ſuſpendidos de los dichos officios. Et ſic nota vnum caſum,
1 † in quo iuriſdictio ſuſpẽditur. ¶ Itẽ ſuſpẽditur per appellationem, recuſationẽ, & relationẽ. vt tenet Bal. in. c. 1. §. fi. quo tẽpore miles. in vſi. feudo. num. 2. & 3. ¶ Item per reſtitutionem. vt in l. ſi cauſa. C. de tranſa. ¶ Item ſi papa committat cauſam appellationis ex certa ſcientia, quæ de iure non tenebat. vt in. c. paſtoralis. de offi. delega. ¶ Item ſuſpẽditur per recurſum ad ſuperiorem, qui ſuccedit loco appellationis. vt Bal. vbi ſuprà. ¶ Et quoq; ſuſpẽditur in caſu noſtri tex. cũ quo cõcordat tex. in. l. vnica. ff. de offi. pręfe.
2 auguſt. vbi cauetur, † ꝙ per aduentum ſucceſſoris expirat officium prędeceſſoris, & præfectus auguſtalis amittit imperium eo ipſo, ꝙ ſucceſ-
3 ſor intrauit. ¶ Idem dicitur de officialibus † ſyndicandis, quia debent ſuſpendi ab officio, quia abſtruerent teſtes ſcientes veritatem, vel eis minas inferrẽt, vt tenet Paris de Put. in tracta. ſyndica. in parte, officialis finito officio. fol. 26. nu. 6. & in parte accuſatus in officio. fol. 41. nu. 2. in libro portatil. ¶ Et idem dicitur de officiali ac-
4 cuſato † de crimine commiſſo circa dictum officium, quia pendente accuſatione, ſiue inquiſitione poteſt ſuſpendi ab officio. per. l. ꝙ ſi fortè. circa finem. ff. de ſolutio. & ibi Barto. & Inſtitu. de ſuſpe. tuto: §. ſi quis. ſecus ſi deliquerit extra officium. vt in. l. Reo. & in. l. quamuis. aliàs incipit Calpedius. eo. ti. ff. de ſolut. & tenet Stephanus aufreri. in deciſioni. Toloſa. 371. in ordine. ¶ Sed quid, ſi aliquis eſt electus in poteſtatem alicuius ciuitatis, ſeu caſtri, & quidam ſe opponit huic electioni, dicens eam non valere, an pendente lite exercitium exercebit? Dic ꝙ non, ſi non inchoauit exercere. l. qui ſtatus. ff. de re mili. ſecus ſi inchoauerit. vt in. l. 1. §. penul. ff. nil no. appel. pend. & l. reus. §. 1. ff. de muneri. & honori. c. nõne. 8. q. 4. tenet Petrus Antiboli. in tracta. de muneri. in. 3. parte. nume. 69. tomo. 6. tracta. fol. 25. in electo autem in prælatum dic, vt in. c. cõſtitutus. de appel. & in. ca. nil. §. fi. de electio. ¶ Et ꝙ non admittatur pendente lite, & donec exceptio fuerit diſcuſſa, quę debet diſcuti infrà tres menſes. tenet Plat. in. l. 2. C. de dignita. lib. 12. in fi. Et facit tex. in. §. ſi quis autẽ talis. in authen. quomodo oport. epiſcopi. colla. 1. & idem tenet Plat. in. l. fi. C. de iure fiſci. lib. 10. vbi ad excludendum ab honoribus conſequendis ſufficit ſola accuſatio, licet nondũ ſit lata ſententia. vt in. d. l. reus delatus. ff. de muneri. & hono. vi. text. & gloſ. in. l. vnica. C. de reis poſtula. lib. 10. & ibi docto. vi. Iaſ. in. l. 1. ff. de re iudi. nu. 14. cum ſequentibus. ¶ Sed ſolùm rex debet de hoc cognoſcere, & per eum debet terminari, vt in Pragmat. 9. in lib. Pragma. ibi, que no ſe conozca dello, ſino por nos. & vide Bal. in. c. 1. de confirma. vtil. vel inutil. nu. 4. vbi ď hoc. ¶ Sed iſte tex. & iura ſimilia, quæ dicunt, ꝙ expirat officium, & ſuſpẽdatur per aduentum ſucceſſoris,
5 intellige poſt præſentationem † literarum, id eſt prouiſionis: quia præſentatio literarum, & non data conſiderãda eſt. vt in. c. capitulum ſanctæ crucis. de reſcrip. & in. c. ſi qualiter. de cleri. nõ reſi. & c. dilectus. el. 2. de prębend. & C. quia fruſtra. de vſur. & c. vt debitus. de appel. ¶ Quã præſentationem debet facere in concilio ciuitatis, vt dixi ſuprà in. c. 1. in glo. les fuere mãdado. in prin. & in verſic. & quia in iſtis officiis. & tenet Bal. in. l. 1. C. vt lit. pẽden. vbi dicit, ꝙ reſcriptum non prodeſt ſine præſentatione, & antea quàm iudici præſentetur, non aufertur iuriſdictio, nec confertur, & dicit ꝙ iſta eſt veritas, & ita habetur in prouiſionibus regalibus officiorum, inquantum dicũt, tenga por nos el officio de corregimiẽto de ſa ciudad por vn año, contado deſde el dia que por vos fuere recebido al dicho officio. Quia vſq; ad annum conſueuit dare officium poteſtatis, tenet Bart. in. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. col. 17. num. 52. & text. in. l. 2. tit. 16. lib. 2. in ordi. rega. & tex. ſingul. in. l. neminem

nem.C.de suscept.præp.& arca.lib.10. vbi offi-
ciales non debēt esse perpetui, sed annales, vel
ad plus biennales. & ibi Lucas de Pen.fin.col.
& tex.in.c.fundamēta.§.fi.de elect.in.6.& Pla.
in.l.ius senatorum.C.de dignit.lib.12.& sic ser
uatur. ¶ Et ꝙ stetur præsentationi, vi. quæ dixi
suprà in.c.1.in glo.officio. Idem tenet Bal.in.l.
falsus. C. de furtis.6.col.nu.17.tenet, ꝙ ante o-
mnia debet fieri præsentatio rescripti,quia eius
iurisdictio pendet ex eius productiōe, qđ dicit
notabile.& tenet idē Hippoly.de Marsil.in.l.si
quis nec quæstio.ff.de quæstio.nu.66. ¶ Imò si
6 non sunt literæ præsentatæ, talis corrector,† seu
potestas licet tempus sui officij sit finitum,puta
annū,non debet statim deponere,sed debet suc-
cessor expectare, & debet de causis cognoscere,
& omnia agere vsq; ad aduētum successoris. vt
in.l.meminisse.ff.de offi.procon. & lega.& ibi
Bart. & vsq; ad eius aduentum ius dicere. vt ibi
in text. propter ciuium vtilitatem. vt in.l.2.§.
administratorem. C. vt omnes iudic. tam ciui.
quàm crimina.& in.l.1.ff.de offi.præfect. Au-
gust.& in.l.si forte.ff.de officio præfecti.quini-
mo si successorem non expectat, tenetur, vt te-
net Amodeus Iustit. in tractat. syndica. in par-
te,olim potestatē.per.d.l.meminisse. & per do-
cto. in. l. eum qui.§. iudicare.ff. de iuri.om. iu-
di.quinimo pro reliquo tēpore, quo sedet vltra
tempus ipsius officij, debet habere salariū con-
suetum.tenet Roma.singulari.390. per tex.in.§.
illud.in auth.de administrato. colla.7. ¶ Quod
extēdit Bar.in.l.legati.ff.d offi.procōs. & lega.
ꝙ intantū debet cognoscere, ꝙ nō dicitur suum
officium finitū,nisi aduenerit successor,& etiam
si non sit cōfirmatus in officio, potest vti iuris-
dictione donec successor adueniat: quod nota,
quia ita tenet extendēdo dict.l.meminisse. ¶ Et
Cataldinus in tracta.syndica.q.253.dicit,ꝙ gesta
per potestatem, & etiam per alium officialem,
finito officio tenēt,& valēt donec successor ve-
niat,quē expectare tenetur vsq; ad euētum. per
d.l.meminisse. & idem tenet Guido pap.in de-
cisione.501.vbi ait,ꝙ quādo iudex nouiter crea-
tus nondum accepit possessionem officij dictæ
iudicaturę,valēt gesta per antecessorem, qui est
in possessiōe ipsius officij, donec alius adeptus
fuerit possessionem dicti officij,quia apud eum
remanet administratio cum tit.vt in.d.l.1.§.admi
nistrationem. C.vt omnes iudi.tam ciuil.quàm
crimi.quod habet locum in maioribus,& mino
ribus iudicaturis,secūdum Guidonem papam in.d.
decisiōe.vbi dicit,ꝙ ita seruatur. & vi.quæ dixi
suprà.c.in gl.nuestros.nu.1. ¶ Supradicta quoq;
habēt locum in beneficialibus. vt tenet Roma.
singula.566.per glo.singula.in.l. tribunus.ff.de
milita.testa. ¶ Quod est intelligendum,quando
iudex prædecessor compleuit tempus officij:
7 quia si nondū finiuit, non tenetur recipere† suc
cessorem ad officium,quia sua prouisio,vel crea
tio ante finitum tempus prædecessoris ipso iu-
re nō valet.vt tenet Bal. in.l.scire oportet.§.con
sequens.in fi.ff.de excusatio. tuto. vbi ad literā
tenet,ꝙ si officialis est creatus in aliquo officio,
& ante eum dimissum, vel remotum alius, est
creatus loco eius, ipso iure non valet eius crea-
tio.& infrà dicetur nu.13. ¶ Et intantum est ve-
rum, ꝙ finito officio debet remanere in iurisdi-
8 ctiōe,ꝙ vniuersitas,† vel ciuitas correctore defi
ciente,non potest exercere iurisdictionem, nec
iudicem ponere. vt tenet Montal.in glo.ordinā.
in parte, vniuersitas.allegando tex.in.c. accessis-
sent.de constitutio.& ibi tenet Inno.num.3. &
dixi suprà in.c.1.in gl.nuestros.nu.1.contrarium
vult Bald.in.c.cùm omnes.de constitu.num.22.
vbi dicit,ꝙ dictum Inno.fallit quādo magistra-
tus vacat.per tex.in.l.vbi absunt.ff.de tutori.&
cura. datis ab his. vbi idem tenet Bal. quia licet
ibi sit speciali fauore minorum,nō minor fauor
est totius populi,quàm minorum.vt in.l.Barba
tius.ff. de offi.præto.sed istæ fallentiæ Bal.non
credo:quia ipsemet Inno. loquitur expresse re-
ctoribus deficientibus,seu vacantibus,vt per te
poteris videre,& ipsemet Bal.in.d.c.cùm acces-
sissent.nu.10.transit cum dicto Inno.dicendo,ꝙ
vniuersitates non habēt iurisdictionem conten-
tiosam quoad exercitium per se,sed per recto-
res suos,nisi quando rectores deficiunt.per. d.l.
vbi absunt.quod dicit ꝙ non placet Innocen.&
ratio dicit ꝙ patet,quia populus non habet apti
tudinem ad hoc, quia solùm habet vniuersitas,
seu populus iurisdictionem habitu in conferen
do,sed non in exercendo per se. ¶ Item intelli-
gitur in iurisdictione ordinaria. secus in alio of-
9 ficio,vel in iurisdictiōe † delegata. vnde legatus
cum temporis præfinitione, illo elapso non po
test cognoscere.tenet Bal.in.d.l.meminisse.& se
quitur additio. ad dictā decisionem Guidonis.
& idem tenet Petrus de Ferra. in forma libelli
de declinatio.iurisdictiōis alicuius.in parte, nec
fuisse iudicem.nu.18.& Abb.in.c.super eo.el.2.
de appella.nu.7.& Specul.in tit.de iudi.delega.
§.excipi potest. versi.Item ꝙ iurisdictio.nu. 8.&
idem Petrus de Ferra.in forma libelli sententiæ
diffinitiuæ.in parte,nos Bernardin⁹.nu.23. ¶ Et
vide Parid. de Put.in.d.tracta.syndi.in parte, se
quitur de modo.fol.29. loquendo in ordinario,

vbi dicit,ꝙ licet de iure authenticorũ debeat an
te aduentum successoris officium deponere per
duos dies.vt in authẽ.d colla.§.illud.in fi.colla.
10 7.debet intelligi,†postq̃ notificauerit successo-
ri aduentũ suum.secundum Azo. in summa tit.
vt oẽs iudi.causæ.¶ Imò & post aduẽtum succes
soris,si eius officium non est de momẽto ad mo
mentum finitum,potest admittere,licet non ne-
cessitetur.glo. in.c.& si Christus.de iureiuran.
& notatur in.l.meminerit. c.vnde vi. & dicit ꝙ
est capitulum regni,ꝙ omnis officialis debet no
tificare aduentum suo prædecessori , & ex tunc
gagia cõputantur à die notificationis,tamen di-
cit,ꝙ in regno nunq̃ deponitur officiũ,nisi post
ingressum factum visis,& lectis cõmissionibus,
vt in cõstitutione regni,quæ incipit, scire te vo
lumus. vbi dicit, ꝙ antiquus officialis exercet
officium anteaq̃ sibi sint delatæ literæ desisten-
tiæ.vt in.d.l.1.ff.de offi.præfe. august. & ita in
nostro regno Hispaniæ quoq; seruatur. Et vide
Pari.de Put.in tracta.syndi.in verbo,ad officia-
lis successor.num.6.fol. 151. in porta.vbi ait,ꝙ si
princeps concessit iurisdictionem ordinariam
ad beneplacitum,& moritur princeps,ꝙ nõ ex-
pirat iurisdictio ante aduentum successoris. per
d.l.meminisse. & sic erit ordinarius , donec per
successorem reuocetur.vt in authen.de questori.
§.super hoc.colla.6.idem tenet Archi. in.c.scri-
psit.7.q.1.& Specu.in tit.de loca. §. nũc aliqua.
nu.178.& ibi Iohã. And.in additio.& Bar.in.l.
1.§.si plures.ff.de exercito.nu.1. vbi idẽ tenet.&
idẽ tenet Iohã.Fab. in.§. item si adhuc. Institu.
mandati.licet cõtrarium teneat ipsemet Pari. de
put.in.d.tracta.in verbo,officiales perpetui.fol.
191.nu.3.dicendo,ꝙ officialis datus ad benepla-
citum sedis apostolicæ,est perpetuus,secus si est
datus ad beneplacitum papæ , quia eo mortuo,
expirat , quia intelligitur,ꝙ expiret adueniente
successore,vt dictum est,aliàs secus. ¶ Quod fal
lit in vicario episcopi:qa Mortuo episcopo,ex-
pirat iurisdictio vicarij,nisi capitulum,quod suc
cedit, eum confirmet post mortem episcopi.te-
net Guido papa singul.560.¶ Et vi.Bal.in.l.fal-
sus.C.de furtis.vbi tenet,ꝙ facta ab officiali re-
uocato valent anteaq̃ sint sibi literæ desistentiæ
præsentatę. Et idem dicit in episcopo reuocato.
Et procedit hoc ex ordine : quia successor per
duos dies ante debet significare aduentũ suum
prouincialibus , vel ciuibus cum aliquali com-
mẽdatione sui ipsius.vt dicit tex.in.l. obseruare.
§.anteaq̃. ff.de offi.proconsul. & etiam antiquo
potestati amicabiles literas destinare , vt in suo
aduentu occurrant officiales , & non turbentur
ab officiis.vt in.d.§.anteaq̃.& .§. illud. ¶ Ingre-
11 ditur quoq; per illam portam, †seu partem pro
uinciæ , per quam ingredi moris est , vel adue-
niat ad illam ciuitatem,seu terram prouinciæ,in
qua solent alij plurimum venire,& se pręsenta-
re.vt in.d.l.obseruare.§.proficisci.qa multæ ci-
uitates habẽt in hoc prærogatiuam , ꝙ prius va-
dat ad vnam ciuitatem,quàm ad aliam,& sic in-
gressa præsentat literas desistẽtiæ decessori,qui
bus princeps significat,ꝙ officiũ deponat nouo
præsidi,quib⁹ lectis,& signatis,prædecessor sce
ptrũ deponat in manibus noui , & sibi assignet
tribunal,secundùm Pari.de Put.vbi suprà. ¶ Et
12 prædecessor obedire debet : quia qui † nõ vult
pati quòd successor suus in officio intret, cõmit
tit crimen læsæ maiestatis . vt tenet Franc. Lu-
canus in tracta. de priuilegio fisci.versi.item qđ
non vult.nu.4.in.2. parte. de crimine læsæ ma-
iestatis. tomo. 6.tracta. fol.11. Et vi. Angel.in.l.
qui ve.ff.ad.l.iuliã maiesta.vbi tenet , ꝙ si pote-
stas Bononiæ , vel alicuius ciuitatis successori
suo denegat præbere baculum, vt possit officiũ
exercere , incidit in crimen læsæ maiestatis. &
idẽ tenet Amode. Iusti.in tracta.syndica.in par
te,olim potestatem.& dicit esse tex.in.l.3. ff.ad
l.iuliã maiesta. Et est tex.expressus in.l.2. tit.2.
partit.7.versi.la dozena es. Et quod tenet Guil-
ler.in.l. Imperium.ff.de iuris.om.iudi.¶ Et secũ
dum dictum Amode. vbi suprà quoq; tenetur,
si non expectat successorem.per.d.l.meminisse.
& in dictam pœnam incurrũt rustici. & popu-
lus,qui recusat illum habere in prætorem .quem
princeps elegit.secũdùm Fran. Luca.in.d.tracta.
13 vbi suprà.quod nota. ¶ Et hoc,quãdo primus iu
dex finiuit suum† tempus, vt dictum est.nu.7.
quia si ante tẽpus primi iudicis finitum succes-
sor peruenerit,non debet admitti.vt est tex.iun
cta glo.in.l.1.§.administrationem.in verbo,per-
uenerit.ibi,finito tẽpore primi. C.vt omnes iu-
di.tam ciuil.quàm crimi. & tenet quoq; glos. in
authen.de administrato.§.illud.in verbo,vocan
tur interdicta.colla.7. ¶ Sed cõtra supradicta, &
d.l.meminisse.videtur tenere Bart.in.l.itẽ quæ-
ritur.§.qui impleto.nu.8.&.9.ff.locati.quem se-
quitur ibi Paul.de Cast.in fi.vbi dicunt, ꝙ offi-
cia,quæ ex necessitate gerũtur,vt in tutela , non
videtur tacitè illud renouatum , licet quis in eo
remaneat. vt in.l.2.§.1.versi.ꝙ si finita.ff.de eo qui
pro tuto. Et ideo dicit Bar.ꝙ isti rectores,q mit-
tuntur per ciuitatem,& castellani, qui mittũtur
ad custodiam Castrorũ , licet finito officio re-
maneant,non sunt Castellani,quia illud officiũ
solo cõsensu nõ renouatur,sed necessitate, illata
autho-

authoritate publica. ☞Sed mihi videtur, quòd non sit contrarium, imò simile: quia licet non sint iudices, remanent in officio authoritate publica, & propter publicam vtilitatem. vt Bart. ibi dicit. & hoc propter ciuium vtilitatem. vt in dict. l. meminisse. ibi, & vtilitas prouinciæ exigat esse aliquem, per quem negotia sua prouinciales explicent, & sic videtur esse iudex, & loco iudicis esse. ☞Quod dicit idem Bal. esse in Castella
14 no. in. l. ex diui pij. C. locati. in fi. vbi tenet, † φ finito tempore Castellanus nō debet dimittere custodiam Castri, si dominus non mittit alium ad custodiendum, quia bonā fidem debet agnoscere, & nō debet reddere præcipiti festinatione. nam propter casum tempus prorogatur, secundum Bal. ibi. & facit tex. in. l. 3. tit. 18. parti. 2. in fi. de quo per docto. in. l. mora. ff. solut. matri. vbi per Bar. nu. 17. & nu. 18. & ibi Alexā. nu. 18. vbi cum Bar. tenet. & per Ias. ibi. nu. 17. vbi singulariter. vbi quoq; ibi per eum, an si habebit salarium pro custodia artis tempore elapso. ☞Sed
15 an vltima die officij potest iurisdictionē † exercere. glo. in. c. & si Christus. de iureiuran. in verbo, seruandum. dicit, φ non. tamen si fiat, valet. per. d. l. meminisse, & illam glo. approbat Bart. in. d. l. cum qui. ff. de iuri. om. iudi. & Cy. & Fulgo. Quod dicit Abb. notādum in. d. c. & si Christus. nu. 7. pro intellectu illarum legum. Sed dicit, φ nō debet vltima die iudicare, scilicet, post aduentum successoris enim propter abdicationem iurisdictionis, ante aduētum successoris licitè iudicat. ☞Itē dicit, φ debet intelligi glo. in ordinario, secus in delegato. nā ille iudicat vltima die iurisdictionis. vt in. c. cōsuluit. de offi. delega. & idem tenet Alexā. in. d. l. cum qui. nu. 7. vbi dicit, φ aduentus successoris non accipitur pro ingressu in officiū, sed pro aduentu, sine ingressu. vt dicit Bal. ibi. & hoc ostendit verbum, debet. positū ibi iunctis nota. per glo. in. d. c. & si Christus. & ita dicit de mente doctorum in. d. c. cōsuluit. & idem tenet glo. in authē. de administra. §. illud, in verbo, dies. colla. 7. vbi tenet. si prædecessor adueniente successore per duos dies ante administrationem deponere debet, sed recedere non debet, hoc dicit verum, si successor aduenerit, non aliàs. & hoc probat Barto. ibi. versic. oppono. & sic dicit Alexand. in dict. l. cum qui. in fi. quod hodie seruatur. d. authē. administra. in fin. ☞Et quoq; in nostra Hispania seruatur, φ anteaq̄ successor in officio se præsentet in concilio ciuitatis, & baculū accipiat, prædecessor iudicat, & negotia expedit, licet successor sit in ciuitate. & ita pluries feci, & multi alij faciunt. quia ex sola electione nō quæritur ius electo. vt Bart. in. d. authē. & supradixi. ☞Et non solùm exercet officium vsq; in aduentum succes-
16 soris, vt dictum est, imò debet † habere salarium consuetum pro illo tēpore. quo sedet, & iurisdictionem, & officium exercet. vt tenet tex. in. d. §. illud. & ibi Bar. vbi dicit, φ vsq; ad eius aduētum emolumenta publica percipere debet. & idem tenet Roma. in singulari. 401. & tenet iudex in expresso. Bal. in consi. 8. in. 4. volumine per. d. l. meminisse. ff. de offi. proconsul. & lega. & per. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati. & per. l. pen. §. vxor. ff. solut. matrimonio. & per alia iura.

lugar que otro los tenga, ni vse[b] dellos, saluo el, y sus officiales como por nuestra carta[c] le fuere mandado.

[b] Vse. Aliàs si iurisdictionem exerceāt dolo malo non habentes potestatē iudicandi à principe, eos punire debet, quia incidūt in crimen læsæ maiestatis. vt tenet Angel. in. l. lex duodecim tabularum. ff. ad. l. iuliā maiesta. vt dixi suprà in. c. 1. in glo. 1. col. 1.

[c] Carta. Quam per te vide, quia in ea continentur casus omnes istius capituli, qui custodiri iubentur.

Prætorum Cap. V. finis.

Sequitur Caput VI.

SVMMARIVM.

1 Præceptum, & lex, an ligent in foro cōscientiæ.

a Mandamos.[a] Quòd verbũ, præcipimus, est durum verbum cõtra negligentes. vt tenet Cardina. in Cle. 2. de
5 magistris. in. 15. notabil. nu. 29. in fin. † vbi dicit, ꝙ obligat ex pcepto. & vi. text. in c. præcipit. 14. q. 1. vbi archidia. dicit, ꝙ mãdatũ consistit inter cõsiliũ, & præceptum. est enim vltra consilium, & citra præceptum. mandatum enim cogit sicut præceptũ, & peccat si nõ adimpletur, de quo p Cardi. in Cle. 1. de ætate & qualit. in. 8. q. vbi dicit, ꝙ prælati negligẽtes super eo, qđ disponitur, peccant mortaliter. per. c. deniq;. 4 distin. qđ notat glo. in. c. ea quæ. de offi. archid. de quo p archi. c. vtinã. 76. distin. vbi dicit, ꝙ ad intelligentiã huius sciẽdũ est, ꝙ pręcepta, quę per modũ statuti, vel cõstitutionis proponũtur, nõ eodẽ mõ obligãt oẽs, sed secũdùm ꝙ requiritur ad finẽ, quẽ legislator intẽdit, cuius authoritatẽ si aliquis trãsgrediendo statuta contẽnat, & hoc modo trãsgrediatur, ꝙ impediatur finis, quẽ intendit, peccat mortaliter talis transgressor. ¶ Si autem ex aliqua rationabili causa nõ seruet, præcipuè etiam si legislator adesset, nõ decernet esse seruanda, talis transgressor non cómittat mortale peccatũ: & inde est, ꝙ nõ omnes, qui omnino non seruãt ieiunia ecclesiæ, non peccant mortaliter. ¶ Sed contra hoc opponítur, ꝙ præcepta ecclesiæ obligant sicut Dei præcepta, secũdùm illud Luc. 10. Qui vos audit, me audit. c. qui vos. 8. q. 1. Sed ad præcepta Dei omnes tenentur, ilicò. & ius soluẽdo dic, ꝙ præcepta Dei sunt præcepta iuris naturalis, quæ secundùm se sunt de necessitate salutis: sed statuta ecclesiæ sunt de his, quæ non per se sunt de necessitate salutis, sed solùm de institutione. & ideo possunt esse aliqua impedimenta, propter quæ aliqui ad ea obseruanda huiusmodi non tenerentúr, secundùm sanct. Tho. prout tenet Archi. in. d. c. vtinam. ¶ Tu vi. Abb. singu. in. c. nam cõcupiscentiam. de constitu. nu. 2. vsq; in finem. vbi ponit perfectam distinctionẽ, an, & quãdo qui venit contra legẽ, vel regulam, incurrat peccatum mortale. Et sequitur Archi. in. d. c. vtinam. & mirabiliter per Speculum cõscien. in. 1. tracta. c. 17. vbi per totũ, an leges humanæ obligẽt in foro conscıẽtiæ. ¶ Vide tu quoq; Bal. in. l. cũ quis. in. 6. col. nu. 14. C. de iuris, & facti ignor. vbi ponit, an lex positiua excuset, vel obliget in foro pœnitẽ. Et dicit, ꝙ Petrus de vltramo. auditor dñi Cardinalis Raineldi in isto casu destinctionem facit, sic. ¶ Aut lex humana dicit cõtra legẽ diuinam. ¶ Aut secundũ eam. ¶ Aut præter. ¶ Primo casu dicit non excusare in foro pœnitẽtiæ, & ponit exẽplũ in vsuris. Nã si lege antiqua permittatur, dicit illã legẽ non valere: quia cõditor legis humanæ nõ põt tollere legem superioris. vt in. l. ille à quo. §. tempestiuũ. ff. ad Trebel. & quia cõditor legis humanę, siue sit Papa, siue Imperator, est cõstitutus à Deo, & ab eo habet potestatẽ legẽ condẽdi. Sed ille q alicui mandat, nõ intelligitur mãdare, vt quicq̃ faciat cõtra se. vt in. l. si hominem. ff. manda. ergo concluditur, ꝙ non est data potestas condendi legem humanam cõtra legem diuinam, cùm legem diuinam concedat ipse Deus. ¶ In secundo casu, quando lex humana est secundùm legem diuinam, tunc dicit legem humanam in foro conscientiæ ligare, & etiam à peccato excusare, cùm sit condita secundùm legem Dei: imò punire debet magis trãsgressorem huius legis, quàm si esset simplex humana, vel diuina. argum. in. l. si cùm dies. §. si. ff. de arbitris. & in. l. celsus. eod. tit. & illa ratione, quia duplex funiculus difficillimè rumpitur. ¶ In tertio casu, quando lex humana condita est præter legem diuinam, quoq; ipse subdistinxit, quòd aut lex humana fundata est super præsumptione, aut super veritate. Et certè primo casu dixit non excusare, ponit exemplum de re iudicatã. Nam si teneo fundum alienum, quem scio alienum esse, & petitur à me in iudicio, & propter defectum probationis, vel aliam causam absoluor; certè dicit ipse, ꝙ licet de iure positiuo, & humano illa sententia faciat ius vt postea non teneatur restituere, tamen in foro conscientiæ non excusor. ¶ Item posuit exemplum de mutuo. Nam si contra instrumentũ mutui aliquãdo non possit excipi de iure positiuo, tamen nõ excusor de iure, & in foro conscıẽtiæ, & pœnitentiæ quoad Deum, & hoc ea ratione: quia istud ius humanũ est fundatũ super præsumptione, & incerto. vt Dy. in regula. Locupletari. đ regul. iur. in. 6. & Inno. in. c. quia pleriq; de immũ. eccle. ¶ In secũdo casu, qñ ius est fundatũ super veritate, & certo, tũc bene excusat in foro pœnitentiæ. vt in præscriptione, in qua

Prætorum

Otrosi les mãdamos[a]. que del dia

Capitulo VI.

que fueren al lugar dõde an de ser recebidos fasta sesenta

in qua est bona fides, & iustus titulus, tunc dicitur q excusat in foro conscientiæ, & pœnitentiæ. Et etiam si præscriptor sciat postea rem alienam esse, & hoc ea ratione: quia cùm causa potest auferri dominium, item possunt auferri actiones: sic ergo qui legitimè præscripsit, tutus est.

dias de su officio se

non solùm in via fori, sed etiā in via poli, quod est æquitas secundùm Bal. quæ in via poli multùm cōsideratur in materia cōditionis indebiti, & etiam in via fori consideratur, & alia exempla. vi. per eum. vbi suprà. ¶ Et an præter pœnam deportationis teneatur in foro conscientiæ restituere ipsa bona fisco. vi. Bart. & Lucam de Penna in. l. 1. C. de his, qui se deferunt. lib. 10. in 2. colū. vbi distinxit, an bona ipso iure propter delictùm confiscantur, & tunc statim sunt fisco, & si detinet, furtum facit. Secus si non veniunt ipso iure publicāda, seu confiscanda, sed per sententiam, tunc fiscus non habet ius, nisi post sententiam, & rectè detinet.

Summarium.

1 Inquisitio fauore reipublicæ super terminis pascuis, & lignis permittitur, & etiam super bonis vacantibus, & in istis casibus proceditur, non nblato libello, nec lite cōtestata, nec seruatis aliis iuris solennitatibus.

2 Inter querimoniam, & quæstionem est differentia.

3 De illo qui promisit non mouere quæstionem.

4 Iudex debet ire ad vidēdum locum, de quo est quæstio pro finibus, & debet artis peritos mittere, & mouere partes, vt sint præsentes.

5 Iudex eligens æstimatores, seu declaratores, debet eos eligere partibus præsentibus.

6 Si ad mandatū iudicis quis non patitur fundum mensurari, vt contumax punitur.

b Se informē. b Permittitur ergo in tali casu inquisitio 1 † fauore reipublicæ sicut permittitur præsidi prouinciæ inquirere de bonis vacantibus. vt in. l. 5. C. de bonis vac. lib. 10. & idem, quod iste text. tenet Montal. in glo. ordi. in parte. rex deputare tenetur. & est text. similis huic in. l. 5. tit. 1. lib. 8. in ordinamen. regali. & tex. in. l. 5. tit. 3. lib. 7. in dictis ordi. & Montal. in gl. ordina. in parte. inquisitio. vbi tenet, q permittitur inquisitio facta denūtiatione super iure, q conciliū alicuius loci intendit contra aliud cōcilium, vel aliam personam habere super terminis pascuis, vel super ligna scindendo, vel glandes colligendo. & glos. in. l. 3. C. finium regund. & text. singul. in. l. 9. tit. 11. lib. 3. eodem. lib. in ordinamen. regali. quia officium autem. & potestas iudicis est, fines custodire, si apparent. quod etiam per scripturam lapidùm antiquorum probari potest vt eleganter per Bart. & Acurs. in. l. nouelorum. ff. de religi. & sumptu. fune. & tenet Bald. in. c. cùm causam. de probatio. num. 9. si autem sunt turbati fines, debet emendari quod malè gestum est. vt in. l. agraria. ff. de termi. amot. quòd simil. apparet, & debet de nouo apponere iuxta consiliū geometricū. vt in. l. si quis super. C. fini. regun. in. l. inter Castellanū. ff. de arbitris. & sequi id, quod verisimile est, & magis sequi vias publicas, & regales in descriptiōe finium iurisdictionum, quàm vias paruas, & vicinales, quæ subiectæ sunt multis mutationibus, secundùm Bal. ibi. ¶ Vid. & in isto casu, & in aliis proceditur, non oblato libello, nec lite contestata, nec seruatis aliis solennitatibus iuris vt suprà: & proceditur ad diffinitiuā, copia partibus data, & Inquisitione publicata: & talis processus factus per inquisitionē dicitur ordinarius. vt tenet Archidi. in. c. si quid hoc. 86. distin. in fi. ¶ Et idem tenet Ange. in. l si quis super. C. finiū regū. vbi dicit, q istud verbū, querimoniam, verificatur ante litē cōtestatam: secus in verbo, quæstionis,

informē b cō mucha

2 & sit differētia † inter quæstionē, & querimoniā. vt Pau. de Cast. ibi. Tamen Bar. ibi putat, q qn̄ est quæstio solùm de finibus, & nō de proprietate lite non cōtestata, possit ad diffinitiuam sententiā perueniri, quia non cadit hic immissio ex primo vel secūdo decreto. vt tenet Bar. in auth. si omnis. C. si vt ab hæredi. abstine. sed cōtrariū tenet ibi Bal. & cū Bal. cōtra Bart. tenet Abb. in c. qa indicāte. de præscrip. nu. 8. & dicit, q Bar. confunditur ex. c. tuæ. vt lite nō cōtesta. ¶ Quod est notādum secundū Pau. de Cast. vbi suprà ad

3 hoc, qn̄ aliquis promisit sub pœna † non mouere quæstionē. vel querimoniā, vt intrat pœnam eo ipso, q dedit libellū. de quo per Bar. in. l. amplius nō peti. ff. rem ratā haberi. ¶ Quid de eo, qui promisit nō venire contra: qualiter dicitur cōtrauenire? Dic vt in. l. si quis maior. C. de trāsactio. q per solam interpellationem iudicis, vel per supplicationē datā principi de causa cōmittenda.

4 ¶ Et in casu istius tex. & similiū, † iudex si opportuerit, debet ire ad vidēdū locū, de quo

est quæstio pro finibus, & debet mittere peritos artis.glo.& docto.in.d.c.quia indicāte.& in d.l.si quis super.& ibi glo.& in.l. si irruptione. ff.eod.fini.regun.in.§.ad officium. vbi dicit, ꝙ ad officium iudicis pertinet de finibus cognoscere,& mēsorem mittere, & ꝙ ille debet esse præsens si opportuerit, &

diligēcia[e] delas sentencias[d] que sonda das en fauor del tal lugar, sobre los

isto casu debet mouere partes ad interessendū. vt Bart.singulariter in.l.qui bona.§.huic stipulationi.ff.de damno infecto. numero. 2. vbi dicit, quòd debet statuere terminum partibus, vt sint tali die, tali hora, cum tali magistro, vel secum in illo loco,& debet omnia hæc facere scribi,& instrumentum fieri, quādo iudex est in loco,aliàs posśit processus periclitari. quod dictū Bar.sequitur ibi Pau.de Cast.& dicit,ꝙ pluries vidit practica. & idem tenet Ias.in. §. quædam actiones.institu.de actio.nu. 77. & tenet Abb. quem vide in.d.c.quia indicāte.nu.6. &.7. vbi quoq; tenet,ꝙ non est necessarium,vt iudex teneatur ire præsentialiter tempore mensurationis. ☞ Et facit quod tenet Feli. in.c. veniens.7. colū.de testi.versic.quarto. vbi dicit,ꝙ si iudex

5 † eligat æstimatores,vel declaratores,qui habēt referre,debet eos eligere præsentibus partibus, & relatio eorum pōt fieri partibus absentibus dummodo iurent prius bene, & legaliter mensurare.vt Ias.in.d.§.quędā.nu.78. Et facit quod notat Bal.in.l. minorum.2. col. versi.sed hic est dubitandū.C.in quibus causis restitu.in integr. non est necessa.& in.l.fi.circa medium.C.de feriis.vbi dicit,ꝙ in relatione nuntij nō est neces-

6 saria præsentia partis. ☞ Et si iudex † ex officio mandat mensurari fundum alicuius, & ille non patitur metiri,vt contumax, & inobediens potest puniri.tenet glo.& ibi Ange.in.§.fi.institu. de offi.iudi.in princi.

Summarium.

1 Negligentia in iudice, & prælato reprobatur.
2 Diligentia debet esse arbitrio boni viri.

[e] Diligencia. [e] Quæ est mater omniū virtutum. Specula. in tit.de aduocato § 5.versic.commendat autem.& in.§.9.versi.item cautus sit antiquus. ☞ Item est mater omnium artium, vt in Clementina. 2. §.1. & ibi Cardi.de sepult. ☞ Nouerca verò eruditionis est negligentia,secūdūm Cardi. ibi. vers. quinto nota. per text.in cap.nihil.82. distin. & Seneca.epistol.1. dicit. Turpisśima est iactura,

quæ per negligentiam fit,& maximè in prælato. † & iudice reprobatur, secūdūm Cardi.ibi.

2 ☞ Et ista diligētia † debet esse arbitrio boni viri. vt Barto.in.l cùm filius.§.si pater. ff.de legat.2. & in.l.si ita scriptum. ff. de manu.testam. & in cap. 1. in fine, de eo,qui mittitur in possess.in. 6. & in Clemen.1. de offi. ordi.& Alex. in consil.60.in. 4.volumine.

Summarium.

1 Sententiæ appellatione,intelligitur de diffinitiua.
2 Quando in contractu fit mētio de sententia,intelligitur de diffinitiua.
3 Statutum,ꝙ de sententia soluatur gabella, non soluitur de interlocutoria.
4 Statutum,ꝙ à sententia non posśit appellari,intelligitur de diffinitiua.nu. 6.
5 Quando est eadem ratio, vel maior in interlocutoria, quæ in diffinitiua, tunc intelligitur de interlocutoria.
7 Statutum, quòd sententia non posśit fieri sine consilio sapientis, intelligitur de diffinitiua.
8 Largè intelligendo appellatione sententiæ venit interlocutoria, & in materia fauorabili, vel indifferenter.
9 An sententia arbitri veniat appellatione sententiæ.
10 An omnis vox iudicis sit sententia.

[d] Sentencias. [d] Quarum appellatione

1 intelligitur de † diffinitiuis.& nō de interlocutoriis.gloss.in.l.1.§. bi duū. super verbo,latē. ff.quando appellandum sit.& tenet Guido pap.in singula.611. vbi dicit, quòd quando in iure loquimur de sentētia, intelligitur de diffinitiua, non de interlocutoria. & est glo.in.c.cùm olim.de testi.in gl.fi.& text. & ibi Abb.in cap.super eodem.el.2.de appella. num.6.& gloss.in Clementi.1.de re iudica.& in Clementi.1.de sequestra.possessio. & fruct. per docto.& ibi Pau.de Cast.in. l.quod iussit. de re iudi.ff.1.col.& in Rub.& Hippoly.de Marsi.in l.de minore.§.plurium quoq;.ff.de quæstio.nu. 113.& probatur.in.l.dicere. ff. de arbitris.& facit tex.in.c.veniens.in prin.de iure iurā.& tex. in.l.quid ergo. §. quæsitum. ff. de his, qui not. infamia.& ibi Bal.& voluit idem Bal.in.l.2.C. de arbitris. Et idem Bald.in.d.c.cum olim.circa finem.

finem. dicit, ꝙ facit ad statuta de executionibus
2 sententiarum. ¶ Quod amplia † idem esse, qñ in
contractu fieret mentio de sententia, quia intel-
ligitur solùm de diffinitiua. vt tenet Ias. in rubr.
ff. de re iudi. nu. 9. ¶ Et ideo dicit Bald. in addi-
tio. ad Specul. in tit. de senten. prolatio. col. 2. ꝙ
3 si stat † statutum, quòd de sententia debeat sol
ui gabella, non soluitur de sententia interlocuto
ria. & Feli. in rubrica de re iudi. colū. 5. versicul.
vnde si de sententiis. vbi ista & alia vide. ¶ Et
Ias. & Feli. vbi suprà subdunt, quòd si à senten-
4 tiis non possit † appellari, intelligitur à diffi-
nitiuis tantùm. quod voluit Guiller. de Cu. &
Bald. in l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. de mi
no. & Bald. in l. 1. circa vlti. colum. C. ne liceat
tertiò prouoca. & in l. post sententiam, C. de sen
ten. interlocuto. om. iudi. 2. col. & in l. vnica. C.
si de momenta. posse. fue. appella. ¶ Et hoc se-
cundùm Bald. in dict. l. ex causa. §. nunc viden-
dum. non erat absurdum. quia licet non conceda
tur restitutio in integrum super principali, con-
ceditur super emergēti. vt ibi in versi. sed si cum
ex damno. vnde dicit Guiller. & Bal. ibi, ꝙ licet
statutum disponat, ꝙ in criminalibus causis nō
possit appellari, vel restitutio in integrū cōcedi
super principali, tō conceditur super emergen-
ti. quod tenet Alex. in rub. ff. de re iudi. nu. 2. &
Ias. ibi nu. 10. vbi dicit, ꝙ istam decisionē sequi-
tur Benedi. de Plumbi. & reputat eam notab. di-
gnā in l. etiā. §. absens. ff. de manumis. vindicta.
¶ Et quoq; fallit supradicta regula, si eadem, vel
5 maior esset † ratio in interlocutoria, sicut in dif-
finitiua, quia tunc intelligeretur de interlocuto
ria, vt tenet Alex. in consi. 50. in. 2. volu. nu. 17.
per dictum Benedi. de Plūbi. in l. etiā. §. absens.
¶ Vnde scdm Alex. in d. rub. nu. 3. dicit, ꝙ Guil
ler. & Bal. in d. §. nunc videndū. dicunt, ꝙ licet
6 statutum disponat, ꝙ † in criminalibus causis
non possit appellari, vel restitutio in integrum
concedi, intelligitur quoad diffinitiuā senten-
tiam, & causam principalē, nō autem quoad id,
qd concernit interlocutoria, vel quoad aliquod
incidēs, licet prima facie fortasse quilibet dice-
ret cōtrarium. Et illam decisionē Guiller. de Cu
neo in d. §. nūc vidēdum. tanq̃ mirabilem reas-
sumpsit Bal. in d. l. post sentētiam. C. de senten.
interlo. om. iudi. & in l. vnica. C. de momenta.
posse. & in l. 1. ff. de offi. præ. præto. ¶ Vbi dicit
Bal. Aut statutū dicit, ꝙ à sentētia potestatis nō
possit appellari, & tunc procedit, ꝙ intelligatur
de diffinitiua tantùm. Aut statutū dicit, ꝙ à po-
testate non appelletur, & tunc nec à diffinitiua,
nec ab interlocutoria poterit appellari. per. d. l.
1. ff. de offi. præ. præto. vbi est text, ꝙ à præfecto
prætorio non pôt appellari. & istā decisionem
sequut⁹ est Abb. in c. pastoralis. in prin. de ap-
pella. & idem Benedi. de Plūbi. in. d. l. etiam. §.
absens. ¶ Vbi limitat hoc verū, nisi eadē esset ra
tio in interlocutoria, quę in diffinitiua, quia tūc
licet statutū prohibeat appellari, à sententia po-
testatis, nō poterit etiā appellari ab interlocuto
ri[illegible]egat notata p gl. in Cle. 1. in verbo, senten-
tiā. de re iudi. & per gl. in l. 1. in verbo, noui ope
ris. ff. quod quisq; iuris. & quia verbū, sentētia,
vtrūq; cōprehendit, & sit vniformis ad vtrūq;.
vt gl. in. d. cle. 1. ¶ Sed istā limitationē reprobat
Alex. in. d. rub. nu. 3. per iura & rationes, de qui
bus ibi per eū. Tamē Ias. ibi. nu. 14. dicit eā tenē
dā. Et ꝙ eā sequitur, & reputat bene notādum.
idem dñs Alex. sibi contrarius in. l. 1. in prin.
§. col. nu. 15. ff. quod quisq; iur. & in consil. 50. in
2. volu. num. 17. & 18. & sequitur Feli. in c. cau-
samq; de rescrip. vlti. col. & plenius in rub. de
re iudi. col. 5. in fi. versi. cæterū. vbi dicit, ꝙ hæc
opinio est fortè sustētabilior. & vltra istas autho
ritates Ias. tenet cōtra Alex. p fundamēta, vt ibi
per eū. ¶ Et ꝙ est dictū, ꝙ appellatione sentētiæ
intelligatur de diffinitiua, est verum, nisi in vna
parte locutū esset statutū simpliciter, & in alia
de diffinitiua, quia tūc prima pars importat dif
finitiuā, & interlocutoriam: nam sequēs expres-
sio denotat statutum prius sensisse de quibusli-
bet sentētiis. ita tex. cum glo. io. d. Cle. 1. de re iu
dica. in verbo, sentētias. prout tenet Alex. in. d.
rub. nu. 5. & ibi Fraeis. Curti. in additio. & Abb.
in. c. sup eo. el. 2. de appel. & Mathesi. notab. 94.
¶ Ad prædicta est vidēdus Bald. in. d. l. vnica.
C. ne liceat tertio prouoc. vbi subdit, ꝙ si statu-
7 tum † disponit, ꝙ sententia ferri non possit sine
consilio sapientis, & aliter nō valeat, intelligitur
de diffinitiua. Quod dictum sequitur Roma. in
l. si quis mihi bona. §. pe. ff. de acqui. hæredi. &
tenet Alex. in. d. rubri. num. 15. & Hippolyt. de
Marsi. in. l. de minore, §. plurium. ff. de quæstio.
nu. 114. ¶ Vbi quoq; dicunt, ꝙ faciūt tradita per
Bar. in. l. dicere. ff. de arbitris. vbi dicit, ꝙ si sta-
tutum arctat arbitrum ad causam finiēdam in-
frà mensem sub certa pœna, nō euadit pœnam,
si dicat, Absoluo partem ab obseruatione iodi-
cij, & quilibet remaneat in suo stato. quia ista
non est diffinitiua, quæ perimat negotium prin
cipale. de quo per eundem Bar. in. l. generali. C.
de decurio. lib. 10. Quod videtur facere ad. l. 6. ti.
16. lib. 3. in ordi. regali. & ad pragmaticam. 95. fa-
ctam Vallisoleti, anno. 1523. per nostrum Caro-
lum regem, vbi disponitur, ꝙ in causis pecunia-

riis summæ sex milliũ marabitinorũ appellatio cui⁹ ad regimẽtum pertinet, dicti iudices debẽt ꝓnũtiare diffinitiue infra triginta dies, aliàs incurrũt in pœnã, vt ibi: ꝙ si iudices sint deputati ad dictã cãm nõ pronũtiant diffinitiuè, vt negotiũ perimatur, sed si pronuntiant absoluẽdo partem ab obseruatione iudicij, & reseruando cuilibet partiũ ius suum, ꝙ incidũt in pœnam dictarum legũ per supradicta. ¶ Quod ego n[illegible] do verum: quia isti iudices possint in dicta causa appellationis in pronũtiatione sententiæ confirmare, reuocare, augere, vel minuere, & facere prout inuenerint ꝙ debet fieri. & sic possunt talem sententiam ab obseruatione iudicij proferri: per text. expressum in. d. l. 6. ordina. ibi, los dos dellos si los tres non se concertaren. den y pronũcien sentẽcia enel dicho pleyto, aprouãdo, o reuocando, o añidiendolo, o menguando la primera sentencia, como fallarẽ que se deue hazer. Et sic per ista verba finalia, como fallarẽ que se deue hazer. possunt talem sentẽtiam ab obseruatione iudicii proferre, si de iure debet fieri.

¶ Alex. quoq; in. d. rub. dicit esse verum strictè:
8 tamen largè † intelligendo, venit sentẽtia interlocutoria appellatione sententiæ. Ita Bal. in. l. 1. ff. quod quisq; iuris. & Bald. in additio. ad Specul. vbi suprà & tenet Paul. de Cast. in. d. rub. ff. de re iudi. licet Alex. de eo nullam faciat mentionem, vbi dicit, ꝙ secus est de stricto significato. ¶ Adde quod tenet Abb. in. d. Cle. 1. de re iudi. in recollectis. vbi tenet, ꝙ in materia fauorabili, vel indifferenter appellatione sententiæ venit etiam interlocutoria. Et facit, quia in ista rubrica de sententiis veniunt etiam iura loquentia de interlocutoriis. ¶ Vnunquoq; nota, ꝙ verba iudicis nõ possunt facere, ꝙ interlocutoria sit diffinitiua. ita Bal. in. l. ante sentẽtiæ. quorum appella. nõ recip. & Pet. de Aneha. cõsi. 438. incipiẽte, vicarius potestatis. etiã si iudex dicat per hãc sentẽtiam diffinitiuã. & tenet Frãcis. Curti. in additio. ad Alex. in. d. rub. in additiõe, quę est in nu. 5. & Feli. in. d. rub. col. 2. ¶ Vbi quoq; dicit Alex. ꝙ sententia interlocutoria, quæ diffinit vnum articulum causæ, potest quodãmodo appellari diffinitiua. Ita Bal. in. d. l. iusiurãdum. C. de rebus cred. & glo. ibi. & glo. in. l. generaliter. co. ti. & Feli. vbi suprà. ¶ Scias etiam, ꝙ appel
9 latione sententiæ non venit † sententia arbitri, secundùm Andre. Sicul. Barb. in. d. rub. de re iudi. per. l. quid ergo. §. ex compromisso. ff. de infami. Pro quo adde Abb. in. c. 1. col. 1. de arbitris. vbi ex hoc infert ad statutum de soluenda gabella ex sententia. Et ideo Abb. in. c. cùm dilectus. in. 2. notabil. eod. tit. probat hanc non esse propriè sententiam per tres defectus, de quibus ibi per eum. & in. c. ex parte. eod. tit. 4. notabil. dicit ꝙ appellatur arbitriũ, vel laudum: quia arbiter non habet iurisdictionẽ, sed quandã notionẽ. vt in. l. ait prætor. cũ ibi notat. ff. de arbitris. ¶ Nec statutum irritans sentẽtias, non habet locum in ista. Ita Butrig. in. c. super quæstionẽ. in prin. 5. col. versi. nota. 2. de offi. delegat. Imol. tenet ibi contrarium in. 6. col. in casibus in quibs sentẽtia arbitri meretur executionẽ. de quibus in. l. pe. c. de arbitris. ¶ Sed Andr. Sicul. in. d. c. super quęstionum. 13. col. dicit, ꝙ respectu partium sententia est, non quoad tertios. Nec obstat tex. in. d. §. ex promisso. quia solùm dicit, ꝙ nõ infamat secundùm eum, & non bene, secũdùm Feli. in. d. Rub. 6. col. quia tex. dicit, nõ per omnia sẽtentia est. & quamuis pro Imol. faciat dictũ Bart. in. d. §. ex cõpromisso. dicentis, ꝙ si ex forma statuti sentẽtia meretur executionem, dicitur tunc sententia, & infamat. ¶ Tamẽ in contrarium facit, quod latè, & efficaciter firmat Abb. in. c. irrefragabili. §. fi. de offi. ordina. vlti. colũ. probans, ꝙ licet statutum daret executionẽ arbitro, nõ pro hoc dat iurisdictionem arbitro, nec facit dictum suum valere, vt meram sententiam. vt latius per eum, probãtem, ꝙ eius sentẽtia nõ infamat cõtra Bar. in. d. §. ex cõpromisso. & hoc mõ procederet indistinctè dictũ Butrig. in. d. c. sup quæstionũ. secundũ Feli. vbi suprà. ¶ Quod dicit prædicta limitari, nisi esset sentẽtia arbitrorũ iuris, vel statutorũ, quia propriè sententia est Bal. in. l. 1. col. 3. C. de pericul. & cõmo. rei vend. quia æquiparatur ordinariis. Bar. in. l. fi. C. de iudiciis. & dixit Feli. in. c. fi. de re iudi. & in. d. rub. vbi ponit, quã dicatur sententia interlocutoria, vel diffinitiua.
10 ¶ Vbi in prima col. dicit, ꝙ omnis † vox iudicis faciens ad causam, est interlocutoria. tenet Ange. in. l. ex stipulatione. C. de senten. allegat glo. quam dicit singula. in. §. ad excludẽdas, in verbo, interlocutionibus. In authen. de litigios. collatio. 8. & non est alibi talis modus loquendi secundùm eundem Ias. in dict. rub. ff. de re iudica. & illam glo. sequitur Bald. in. l. arbitro. 3. col. ff. qui satisdar. cogan. & in. l. post sententiam. C. de sentẽ. & Card. in. c. perpendimus. de sentẽ. excom. col. 33. & Alex. in. d. rub. num. 6. ¶ Cũ adde similẽ glo. in. §. diffinitiua. 1. q. 6. quæ dicit, ꝙ omnis alia pronuntiatio iudicis excepta diffinitiua dicitur interlocutora. & illam ex tollit ibi Domi. & idem tenet Anto. Corse. in notabil. suis, in parte, præceptum. & vi. glo. in capit. hæc quippe. 3. q. 6. & Abb. in rubri. vt lite non.

contesta

contessa.& idem Domi. 2.quæstio.1.in summa.
4.colum.dicens,quòd glos.in.d.authen.& in.d.
§.ad excindendas . esse approbatam à quodam
Francisco de Aretio.in tracta.sententiarum. &
reprobat diffinitionem glossæ.in Cle.1.de re iu
di.quòd interlocu
toria dicatur illa, terminos del,& de
quæ fertur inter
principium,& finē causæ.ca. gratum.de offi.de
lega. & tamē est interlocutoria gloss. in. l. cum
clericis.in verbo, sentētiarū. C. de episcopis &
cleri.quæ semper allegatur secundùm Bald.ibi.
& etiā citatio aliquādo sic etiā post diffinitiuā,
vt aliquādo in executione. vt Innoc. in. c. ve-
niēs.el.2.de testi.& ideo glos.in.d.§.diffinitiua.
magistratus locuta est , secūdū eūd. Dom.quā
etiā sequitur in.c.2.de constitu.Et ideo Paul.de
Castro.in consilio.25. quòd interlocutoria pro-
priè debet declarare aliquod dubium. Vnde fa
cere aliquem capi, detineri , vel citari, est pro-
priè interlocutaria . secundùm quem sequitur
Feli.in.d.Rubrica. colum . secunda.quòd dicit
esse notandū ad statuta faciētia mētionē de in-
terlocutoriis.¶ Ex quo dicit Alex.in.d.Rubri-
ca.nu.7.quòd infertur doctrina notabilis,ꝙ dif
finitiua dicitur illa,quę emanat super eo, quod
principaliter agitur: interlocutoria verò dici-
tur, quę emanat super incidenti , vel emergēti
seorsum à principali,de hoc est vidēda gl . in. l.
secunda.ff.de appellatio.recipi.& Bartol . in.l.
s.§.fi.circa vlti.colū.ff.de præto.stipula.

Summarium.

1 Termini antiquiores an præualeant in causa fi-
nium regundorum.
2 Territoria licet mutentur, non nocent,nec pro
sunt antiquis finibus ecclesiarū, vel ciuitatū.
3 Confinium mutatio in dubio non præsumi-
tur.
4 Libellandi forma , quando confines sunt mu-
tati.
5 Quando de fundo sit mentio, quamuis erretur
in confinibus demōstrandis,non vitiatur di-
spositio,si constat de fundo.
6 Demonstrare sufficit volenti certum fundū da-
re duas demōstrationes,& eas probari.

e Terminos. e In causa ista finiū regun
dorum termini † antiquio
res præualent.text. & ibi Bald.in.l.2.C.fini. re-
gun.nisi noui.probentur.vt ibi. vel nisi in con-
tractu,vel priuilegio alij esse contineantur. vt
in.l.prima.C. eod. & Bald . ibi . vt si papa , vel
imperator concessit alicui castrum, & designat
confines maiores , vel minores finibus anti-
quis, quia in potestate ipsius est in propria iu-
risdictione mutare fines territoriorum pro-
priæ iurisdictionis secundùm Bald.ibi,& quan
do non conceduntur , vt dictum est . Veteres
termini sunt custodiendi , & si non apparent
eorum vestigia, debent poni noui secundùm
Bald.in.c.ex literis. de probatio . nume. 1. ¶ Et
2 suas,quòd licet territoria † mutentur per muta-
tiones principum,vel diuisiones iurisdictionū,
ista non nocent , nec prosunt antiquis finibus
ecclesiarum,vel ciuitatum.glos.est in. c.1.in ver
bo,diuisis.x.distin.& in Cle.ne Romani.in ver
bo,dioecesis.de electio. notat Anto . post Ho-
stiē.in.c.quęrimoniā.in fi.de iure patro. Quod
dicit Feli.in.c.cùm causam.fi.colū. de probatio.
esse vtile pro descriptionibus terrarum , quæ
fiunt in extimis , quia non probant inter cleri-
cos confines parochiarū. ¶ Vbi quoq; tenet Fe
3 li.quòd in dubio non præsumitur † immutatio
cōfinium. Casus dicit esse,& ibi Bal.in.l.in fina
libus. ff. finium regund . quod dicit esse vtile:
quia dicens confines esse mutatos,habet proba
4 re . ¶ Et formam † libellandi quando sunt
mutati confines , ponit Bar.in. l. demonstratio
falsa.in fine.ff.de condi.& demonst. quia debet
dici in libello,quòd fundus olim positus intra
tales confines est fundus , qui est hodie intra
tales,& quòd est idem fundus , aliàs posset de
facili periclitari totus processus secundùm eū-
5 dem . ¶ Scias quoq; , quòd quando fit mentio,
de fundo, † quamuis erretur in confinibus de-
monstrandis, tamen non vitiatur dispositio , si
constat de fundo,vt est glos.in.l.forma.in prin-
cip.in verbo,vicinis.ff.de censibus:& sequitur
Bald.in.l.prima.in principio in.3.colum . ff. de
edendo , & ideo dicit Bald . in lege pe.nul . 10.
colum. C.de execu. Rei iudica.quòd error con-
finium non habet vitiare sententiam.allegāt om
nes text.optimum in.l.patronus. §.2. ff.de lega.
6 3. ¶ Quoq; tene,quòd sufficit † demōstrare vo-
lenti . certum fundum dare duas demostratio-
nes,& eas probare,& postea non nocet , si po-
neret quosdam cōfines . quos non probaret. Ita
latè, & eleganter notat Bartol . in dict.l. demō-
stratio.colum.vlti.

Summarium.

Summarium.

1 Termini ciuitatum, sunt termini rurorū suorū.
2 Rura, seu vici, reguntur legibus, statutis, & cōsuetudinibus ciuitatis.
3 Loca inferiora debent regi, & gubernari secundùm statuta loci superioris.
4 Priuilegia concessa ciuitati, an extendantur ad castra, rura, seu ad villas.
5 Statutum, & consuetudo ciuitatis debet seruari in ruribus, & terris subiectis ciuitati.
6 Ciuium appellatione veniunt comitatenses.
7 Condemnata ciuitate, an videntur condemnati comitatiui.

f Tierra. f Nota text. ꝙ termini† ciuitatū, 1 vel villarū, sunt termini rurorum suorū. text. in. l. præfectus vrbis. ff. de offi. præfe. vrb. ibi cū terminos vrbis exierit. & in. l. 1. §. cū vrbē. eod. tit. ⁋ Et ita rura, seu vici vel castra 2 ciuitatis regūtur† legibus, statutis, & cōsuetudinibus ciuitatis. gl. est in. l. ex ea causa. ff. de postulā. in verbo, sētētiā. & tenet Iohā. de Plat. in l. si diuina dom⁹. in fine. C. de exacto. tribu. lib. 10. & Iohan. Andre. in additio. ad Specul. in tit. de treug. & pac. q. pe. & Bald. in. l. cūctos populos. C. de summa tri. & fide Catholi. & text. expressus institu. de satisda. tutorū. in fine. & in c. cùm olim. de consuetudi. versicul. anglicanis. ⁋ Et Philippus decius in consilio. 538. nu. 12. 3 vbi dicit, † ꝙ loca inferiora subiecta debēt regi, & gubernari secundùm statuta loci superioris. & tenet Bart. in. d. §. cū vrbē. nu. 8. & facit. l. 2. ff. de legi. & l. fi. C. de testa. & vi. Ias. in. §. rursus. institu. de actio. col. 7. nu. 42. vbi idē tenet. ⁋ Et 4 ibi nu. 40. tenet, an priuilegia † cōcessa ciuitati, extēdātur ad Castra, rura, vel villas, & Domi. in c. si ciuitas. de sentē. excō. in. 6. ⁋ Et vi. Pau. de Castr. in. d. l. ex causa. vbi dicit, ꝙ licet sit verū, ꝙ cōsuetudo, vel statutū ciuitatis debet seruari in ruribus, & in terris subiectis ciuitati, dicit intelligendū verū nisi sit statutū cōtrariū in dictis terris subiectis ciuitati approbatum per ipsammet ciuitatem. per. l. de quibus. ff. de legibus. ⁋ Et quoq; quādo statutū, vel cōsuetudo loci inferioris nō sit iniustū, & quādo nō cōtradicit statutis ciuitatis supioris bene possūt eis vti. vt tenet Roma. cōsilio. 218. colū. 2. incipiēte, præsens casus duplicem. vbi inducit text. in. d. §. fi. institu. de satisdatio. tuto. & quod notat Bart. in tracta. Tyberiadis. in Rubrica. de insula. versic. sed quæro eligentes. in. 2. colū. dū cōcludit, ꝙ locus, qui alteri subijcitur, vtitur proprijs cōstitutionibus, dùmodo honestæ sint, & aliud nō appareat de mente eius, qui locū occupanit. Quod refert quoq; , & sequitur Philip. decius in. d. cōsilio. 538. nu. 13.

su tierra, f y en cuyo poder an estado, o estan, y las

& vide quæ dixi suprà in proœmio. in gl. islas de Canaria. ⁋ Et facit, quia appel- 6 latione ciuiū veniūt† comitatēses, licet appellatione comitatensiū nō continētur ciues. tenet Bart. in. l. vrbis appella. ff. de verbo. signifi. colū. 2. versic. sed quæro. per text. expressum in. l. qui ex vico. ff. ad municipal. vbi qui ex vico ortus est, eā patriā intelligitur habere, cuius reipublicę vnic⁹ ille respōdit. vbi gl. ponit exēplū in virgilio, qui vocatur Mātuan⁹, licet ex vico ei⁹, scilicet pietolę, fuerit ort⁹. & facit. l. ciuibus. C. de muneri. & hono. lib. 10. & tenet Io. de Plat. in. d. l. diuina domus. C. de exacto. tribu. lib. 10. in fine. vbi quoq; dicit, ꝙ ille, qui est ex vico ciuitatis, dicitur de ciuitate. ⁋ Et tenet Imol. & Flori. in rubrica. ff. solut. matri. vbi dicunt, ꝙ appellatione ciuiū, venit ille, qui est de ciuitate, & diœcesi, vel comitatu. & facit text. in. l. sed & reprobare. §. amplius. ff. de excusa. tuto. versi. si comane⁹. & in. l. 1. & ibi Bar. ff. ad municipal. licet glo. in. c. Romana. de rescrip. cōtrarium sentiat. Adde text. & ibi Bart. in. l. 1. C. de priua. carce. ⁋ Et quod dicit Bart. in. l. 3. C. de naturali. libe. vbi per illū tex. dicit, quòd ille, qui ex vico est, sortitur originē ex ipsa ciuitate, cui subest vic⁹ secundùm Alex. in additio. ad Bart. in. d. l. vrbis appella. ⁋ Et sic potiuntur terminis ciuitatum, quia ciues dicuntur. probat tex. in. l. 12. tit. 3. lib. 7. in ordina. regali. ibi. sobre proprios que son delas ciudades, & villas, & lugares. &c. l. 4. titul. 28. parti. 3. ⁋ Et quia appellatiōe loci principalis includitur locus illi inhærēs. tex. & ibi Domi. in. d. c. si ciuitas. de sent. excom. in. 6. 2. notabili. & vi. Feli. in. c. Rodulphus. de rescri. 1. colū. cū sequētibus. & Archidi. in. c. statutū. in princip. in. 2. colū. de rescrip. in. 6. super verbo ciuitatibus. ⁋ Et Abb. in. d. c. Rodulphus. nu. 6. vbi cōcludit, ꝙ appellatione ciuiū nō solùm illi de comitatu veniūt, sed etiā illi de territorio. per. d. l. ex vico. & per. l. qui in cōtinētib⁹. ff. de verbo. significa. & Bart. in. l. 1. ff. ad municipal. & in. l. 2. ff. de verbo. signifi. & l. per nō dubito. ff. de capti. & est bona gl. in. c. 1. de vsu. in. 6. Et hoc intelligit in materia larga, vel saltē indifferenti,

rēti,sec putat in materia restringibili,licet aliter
7 sentiat Bar.in.d.l.2.vbi dicit, quod cōdēnata†ciuita te,videtur condemnati comitatiui. Quod dicit Abba.vbi supra,procedere in materia commu ni ciuibus,& comitatiuis. Et quid sit comita tus,dicit Iohā.de Plat.in.l.vnica. C.de venatio.ferarum.lib.11.in fine, quod est districtus ciuitatis.gl.in.§.rursus.in stitu.de acti.vers. potestate.

faga parecer [f] an-

te si , y saque la

Summarium.

1 Potest iudex ex officio suo iubere exhiberi in strumenta ad ius ciuitatis facientia.
2 Copia actorum est danda cuiq; petenti priua-to,vel fisco,& etiam copia sententiæ.
3 Qui nō edidit instrumenta, præsumitur ea sub traxisse.
4 Acta episcopi continentia excōmunicationem debent iudici edi,& cuiq; postulanti.

[f] Parecer. [f]Nota ex isto text. quòd iudex † ad nullius petitionē, sed ex officio suo potest iubere edere corā se in stru meta facientia ad ius ciuitatis. Idem videtur tenere Paul.de Castro in.l. is apud quē.
2 C.de eden lo.nu.10.vbi tenet,quòd copia†acto rum sunt danda vnicuiq; petenti, & iurāti sua interesse, etiam si non fuit in iudicio tam ciuilium quàm criminalium. Et non solùm priuato,sed etiam fisco, & multò magis si petantur à publica persona, vt à iudice causæ, vel à notario,qui scripsit, & penes se habet vel si sunt in Camera communis.vt Bart.in.l.ex quibusdam. §.diuus.ff.de iure fisci.vers.reassumo.vbi quoq; dicit,quòd si exhibitio petitur à iudice, vel ab aliquo publico officiali, qui habet acta publica, debet indistinctè fieri editio per dict.l. is apud quem. & Ange.in.d.l. ex quibusdam. §.diuus Adrianus,idem tenet.& quoq; dicit, quod licet sit verum, quòd inter priuatos reus nunquam exhibet acta, vel instrumenta contra se. vt in.l.qui accusare.C.de edendo.tamen in cau sa fisci exhibere tenetur, & potest cogi à republica,vt exhibeat.& ita dicit,quòd intelligitur. d.l.is apud quem.secundùm lecturam glossæ,& veram in.d.§.diuus. Et non solùm tenetur exhibere acta, verumetiam sententias,cùm appellatione actorum veniat sententia.Bart.in.l. si in fraudem.§.neq;.ff.de iure fisci.& Cy.& docto. in.l.2.C.vt lite penden. Et si ille,qui habet ta

3 lia instrumenta nō†edit,præsumitur subtraxisse,quando est probatū tale instrumentū fore ad causam fisci, vel reipublicę pertinens, & ipse potest exhibere,& nō exhibet,quo probato,verè tunc præsumitur subtraxisse, & pręsumitur illud instrumentum sibi nocitu-rum, & ideo fidem facit contra eum secundùm.Bartol.in dict. l.ex quibusdam. §. diuus. vbi vide. & hoc in causa ciuili. Secus in causa criminali secundùm Angel.ibi:quia quādo petitur ab ipsa par te,cōtra quā criminaliter agitur,tūc regulariter nō cogitur exhibere. Fallit in casibus,in quibus serui torquētur aduersus dominū, in quib' etiā cōtra se quis cogitur edere instrumēta in capitali causa,secūdū.d.l.is apud quē. Secus qn exhibitio postulatur à iudice,vt in casu nostri text.& similibus,putà qn acta armarij cōmunis cōtinēt bānū,vel cōdemnatione alicuius,vel in
4 famiā,vel etiā acta episcopi†cōtinētia excōmunicationem debent indici, & cuicunq; postulanti edi,cùm talis exhibitio sententię terminorum prosit omnibus,vel excōmunicato, seu infamia liget apud omnes.vt in.l.ex causa. ff. de postula.& tenet Barto. in.d.§.diuus. Et Ange.ibi dicit,quòd etiā tertius veniēs pōt petere notario copiā excōmunicationis.interest enim sua,vt possit euitare eū, & non solùm à notario potest petere, verūetiā ab ipsomet excōmunicato potest petere copiam excommunicationis,secūdū Angel.ibi.quod nota. Facit ad hoc pragmatica.54.cōdita per nostrū Carolū in villa de Madrid.anno. 1534. vbi cauetur, quod iudex ordinarius debet capere delinquētes cōdēnatos per perquisitores,& executioni mādare sententias per eos latas,quas sentētias debet perquisitor,vel earū exempla dimittere iudicibus ordinariis,& hoc quādo proceditur cōtra absentes;

Summarium.

1 Copia debet sumi de verbo ad verbum.
2 Legatario petenti copiam testamenti, non debet sibi dari tenor totius copiæ, sed solùm particula legati.
3 Copia sumpta de mandato iudicis,probat.
4 In exēplanda copia requiritur partis citatio,nisi periculum sit in mora, Vel nisi sit cōsuetudo, quòd pars non citetur, Vel nisi exemplatio sit de antiquo, Vel nisi fiat authoritate Regis,vel Papæ.

In

5 In exemplando mandatum vel instrumentum procuratoris, non est necessaria citatio domini.
6 In exemplatione an sufficiat citatio generalis.
7 Copia apud acta probat, licet originale non reperiatur, nisi arguatur de falso.
8 Copia apud archiuū commune, plenè probat.
9 Copia eiusdem notarij manu sumpta qui conficit protocollum probat.
10 Vbi vltra exemplationem requiritur alia solennitas extrinseca, vt subscriptio principis tunc quantuncunq; talis scriptura sit exemplata authoritate ordinarij, non probat.

h **Copia.** h Quæ debet sumi de verbo ad
1 verbum, † nullo addito, vel diminuto. vt Bald. in. l. fi. C. de preci. impera. offer.
2 ☞ Quod secus est in legatario † petēte à notario copiam testamenti, quia non debet sibi dari copia totius testamenti, sed solùm illius particulæ legati, & institutionis, quæ ad eū spectat. tex. in c. contingit. de fide instrumē. & tenēt Cy. Bald. Paul. de Castro. & Ias. in. d. l. fi. de preci. impera. offer. & text. in. l. 11a. titul. 18. parti. 3. & text. in. l. 5. titul. 2. parti. 6. & Angel. latè in consilio 164. ☞ Quæ copia sumpta de iudicis mandato,
3 † & de volūtate partis, pbat in iudicio. vt Bart. in authen. si qs in aliquo documēto. C. de edēd. in princ. nu. 2. ☞ Et si in instrumēto narratiuè fit mētio de mādato, nō probat mādatū. tenet Franciscus Curti. in addition. ad Alexandr. in dict. authenti. si quis in aliquo. in additione quę est in nume. 11. & Alexand. in cōsilio 81. colum. 4. volu. 3. ☞ Et in dicta Copia exigenda, vel exē-
4 plāda, requiritur partis † citatio secūdū omnes. in. d. authē. si quis in aliquo documento. & per Bald. in l. adoptio. de adoptio. & in. l. 2. de testamē. in. 6. q. & per eūdē Bald. in. l. chirographis. ff. de administra. tuto. & in. l. fi. circa vlti. colū. ff. de tabulis exhib. & in. l. 2. C. de fide instru. ☞ Quod est verū, nisi periculū esset in mora, quia tūc non requiritur citatio. Ita tenet Innoc. in. c. fi. de fide instrumē. allegat in arg. c. cùm dilecta. versi. nos igitur. de confir. vtil. vel inutil. & c. quoniā. §. 1. vt lite nō cōtesta. quod est singula. secūdū Ange. in. d. authē. si quis in aliquo. cui sequitur ibi Alex. nu. 2. & dicit, φ idē tenet Specul. in tit. de instru. editio. §. ostēso. vers. qd si citatio. ☞ Et quoq; non requiritur citatio, vbi est cōsuetudo, φ nō fiat. Ita Bald. in. d. authē. si quis in aliquo. nu. 14. quē sequitur Alex. in cōsilio. 41. in. 2. volu. ☞ Et vbi reperitur exemplatio de antiquo, probat Roma. cōsilio. 36. colū. 6. & per Ias. in d. authē. si quis in aliquo. Et requiritur citatio, quādo quis est præsens; secus si absens. vel nisi exēplatio fiat authoritate superioris. puta papę. vel regis. tenet Alex. in additio. ad Bartol. in. d. authen. si quis in aliquo. ☞ Et quoq; in exēplādo mādatū, vel instrumentum
5 † pcuratoris nō est necessaria citatio domini, tenet Bald. in additio. ad Sepecul. in tit. de instru. editione. colū. 2. verse. publicatio. ☞ An sufficiat generalis † citatio, vide per docto. vbi suprà. & per Hosti. Abb. & alios in. c. Albericus. de testi. per Bald. & Angel. in. d. authen. si quis in aliquo. vbi dicunt, φ citatio requiritur, quando aduersarius est certus, secus si incert⁹. ad de Alex. in cōsilio. 110. in. 3. vol. tamē licet aduersarius sit incertus, si de facili potest certificari, non sufficit citatio generalis, sed specialis. Ita Alexād. in cōsilio. 8. colū. pe. in. 2. volu. & vi. Bart. in cōsilio. 91. ☞ Et ille aduersarius debet citari in exemplatione, qui est aduersari⁹ re, & actu, non spe. Ita Bald. notabiliter in. l. ne quis §. vbi decretū. ff. de offi. precōsulis, & legati. de qua materia, vide per antiquos, & moder. in. d. authē. si quis in aliquo. & in. d. c.
7 fi. de fide instru. ☞ Copia † tamē apud acta probat,

Copia h dellas, & se informe quales dellas estan executadas, y si despues de executadas entra-
6 rō enlos tales terminos las personas q̃ los teniā antes, o otros cōtra el tenor de las tales sentencias, y que las hagā luego executar, y dexar los tales terminos libres, y desembargados q̃ ansi estouieren tomados, y ocupados cō tra el tenor, y forma delas sētēcias. Y māde, q̃ no los tornen mas a tomar, y ocupar solas penas en ellas cōtenidas, las quales executē enlos que contra ellas fuerē, o fallarē que auido, atento el tenor, y forma de la ley de

Toledo[1]. Ya si mismo executē la pena enella cōtenida sobre la ocupacion que primero hizo, y ansi mismo visitē todos los dichos terminos delá ciudad, o villa, o tierra, q̄ fuere a su car-

bat, licet originale nō reperiatur, qa illa fingitur vice originalis. tenet Bal. in additio. ad Specul. in titul. de rescrip. præsenta. versi. 1. & in. l. fi. colū. 2. versi. venio ad alia notabilia. C. de fide instru. in. l. nostrā. pe. colū. versic. & adde mirabilē. C. de testamē. & in. l. si chirographis. suprà allega. ¶ Quod est verū, nisi arguatur de falso, quia oportet originale produci, aliàs Copia apud acta nō probat, secundū Bal. in. d. l. fin. versic. veni ad alia. vbi etiā per Bar. in. 3. colū. ¶ Quæ Copia probat, quādo originale est deperditu semiplenè, & nō plenè, secūdū Bart. in. d. l. admonendi. ff. de iur. iura. 9. col. vers. sed q̄ro qd in exēplo. & in. l. 2. ff. de fide instru. glo. in. l. licut. C. eo. & Bal. in. l. fi. C. de edēdo. ¶ Qđ est verū, nisi Co-
8 pia sit apud archiuū † cōmunis, qa tūc plenè p̄bat secūdū Paul. de Castr. in. l. 1. §. editiōes. ff. de edēd. per notata per Cy. in. d. l. chirographis. in princip. & ibi Bar. & per Bald. in. d. l. fi. & tenet Pau. de Castro. in. l. publicati. C. de testamē. sic etiā dicitur de registro secūdū Bald. in. l. fi. in fine. C. de re iudi. ¶ Quod intelligē, quando talis Copia ex archiuo publico probat. s. in territorio, vel extra territoriū inter subditos, sec9 aliàs. tenet Alex. in cōsilio. 138. in. 1. volū. nu. 6. allegādo Bald. in. l. exemplo. C. de probatio. & dicit, q̄ est arg. in. l. fi. ff. de iuri. om. iudicū. & c. animarū periculis. de cōstit. in. 6. & dicit quòd idē voluit Iohā. Andre. in additio. ad Specul. in tit. de instru. editio. § nūc dicēdū. in additione magna, incipiēte; Quia de argentario. circa finē illius. & Anto. de Butri. in. c. a. de fide instru. 2. colū. versi. 8. & idē tenet Bald. in Rubrica. C. de fide instru. penul. & vlti. colū. ¶ Co-
9 pia tamē sumpta manu † eiusdē notarij, qui confecit protocollum, probat. Bar. in. d. auth. si quis in aliquo. nu. 3. versic. dic ergo. & ibi Bald. 1. colū. nu. 4. & Bart. in. l. si quis ex argētariis. §. prætor. & ibi Bald. & Angel. ff. de edēdo. & Bald. in additio. ad Specul. in titul. de instru. editio. versic. exemplum. & Iohan. de Imol. in. l. fina.
10 ff. quem admo. testa. aperian. ¶ Tamen † adde, quòd licet publica scriptura exemplata authoritate iudicis probet, & fidem faciat sicut ipsa originalis; vt dictum est, tamen si vltra exemplationē, requiritur alia solennitas extrinseca, vt est subscriptio manu principis, tūc talis scriptura quātuncunq; authoritate ordinarij exēplata, non probat. vt est casus secundùm Plat. ibi in. l. probatorias. C. de diuersis offi. apparito. lib. 12. quasi in principio. & dicit esse notandum ad limitationem prædictorum. & authen. tic. si quis in aliquo documento. C. de edendo. & pro Plat est text. singula. in. l. 114. titul. 18. parti. 3. in fine. quem vide.

Summarium.

1 **Ley de Toledo.** [1] Quæ est lex 5. titu. 3. lib. 7.
1 in ordi. regali. vbi cauetur, q̄ iudices † perquisitores, & correctores, vel alij iudices debent procedere contra occupātes terminos & iurisdictiones,

nes, paſcua paſta, & abeuradera, & alia pertinē
tia villis, & ciuitatibus, & infrà triginta dies ſe
informare debet, & ſine ſtrepitu, & figura iu
dicij, & omi appellatiōe, & litis pēdētia poſita,
alio quocūq; remedio iuſtitiam faciant. Et om-
nia ſupradicta occupata per potētes, ſeu prçla-
tos, vel per alias ciuitates, & cōcilia reſtitui fa-
ciant, prout latè in dict. l. cauetur, quæ fuit ne-
ceſſaria, & aliæ leges huius regni loquentes in
hac materia. ¶ Quia vt ait Petrus de Ferra. in
forma libelli, in actione confeſſoria. verſic. ple-
nā & omnimodam iuriſdictionem intantū his
2 tēporibus cupiditas † hominū excreuit, vt nitā
tur totis viribus aſcēdere ad iuriſdictiones, ho-
nores, poſſeſsiones, & donationes, & ſi poſsibi
le foret, cælorū māſiones. Sed nō aduertūt, quid
ille pater eloquentiæ Tullius dixit in libro de
officiis. Cauenda eſt gloriæ cupiditas, eripit ei
libertatem, pro qua magnanimis viris omnino
debet eſſe cōtēptio, ac imperia expetenda ſunt,
ſed potius non accipienda, interdum autem de-
ponēda. Semp eſt igitur. vt idē inquit, efficiēdū
vt appetitus rationi obediat, cui ſunt ſubiectæ
naturæ, intantum enim excreuit hic appetitus,
quòd nedū laici, ſed etiam ſummi ſacerdotes, &
clerici ſunt tali morbo, ac vitio penitus infecti,
3 vt ibi per eū. ¶ Et quia per tales brigas, † & diſ
ſenſiones ſtatus reipublicæ læditur. vt in. l. ſi qs
ingenua. ff. de capti. & poſtlimi. reuer. & vt di-
cit Lucanus. viciniia nanq; prædia habentes, ſæ
pe inter ſe faciunt quæſtiones. Nulla enim fi-
des regni ſociis, omniſq; poteſtas impatiens
4 conſortis erit. ¶ Et communio † diſcordiā pa-
rit. vt in. l. 1. C. quādo, & quibus quarta pars de-
betur. lib. 10. nō ergo immeritò ad euitāda iſta
ſcandala fuit facta dicta lex Toleti. Et quòd per
viam inquiſitionis procederetur. cōcordat text.
in capitul. tanta. 86. diſt. in ſecūdo. ¶ Et eſt caſus, in
5 quo per inquiſitionem † proceditur in caſu ci-
uili. & tenet Plat. in. l. vſus aquæ. C. de fundis
rei priuatæ. lib. 11. dicendo, quòd officialis, ad
quē ſpectat publica iura ab alio vſurpata reuo-
care, diſsimulans & negligens in reuocando, di
citur tacitè conſentire, & tenetur. ¶ Simile eſt
in caſu vſurarum. tenet Innoc. in capitul. ad no-
ſtram. de iure iuran. ¶ Et ibi quoq; dicit, quòd
quoq; inter coniuges inquirere poteſt vt in. c.
porrò. de diuor. & capitu. ſi duo. 35. quæſtio. 6.
¶ Et in cauſa ſuſpecti tutoris. vt in. l. 3. §. propter
ea. ff. de ſuſpect. tuto. & in. l. prima, eod. titul.
notat Bald. in libro feudo. titul. de pace tenē. c.
1. §. ſi tres. ¶ Et quoq; poteſt inquirere, vt teſta-
menta defunctorum executioni mādentur, quia
ad eccleſiam pertinet tuitio teſtamētorum. l. nul
li. C. de epiſcopis & cleri. §. ſi quis. ad declinan-
dam. & text. in capitul. ſi hæredis. de teſtamen.
ſecundum Inno. vbi ſuprà. ¶ Vbi quoq; tenet,
quòd de iuribus principis non eſt dubium, quod
inquiri poteſt. vt. l. prima, & penulti. C. de bo-
nis vacan. lib. 10. & in aliis caſibus ciuilibus, de
quibus per Inno. in. d. c. ad noſtram. el. 2. in fine.
& tenet Guido Papa ſingula. 863. ſecus de iuri-
bus inferiorum, quia non poteſt etiam de iure
communi via inquiſitionis procedi, vt ibi per
dictum Guido. ¶ Et quoq; ad vtilitatem publi-
cam licita eſt inquiſitio in cauſa ciuili, & pecu-
niaria. vt tenet Bartol. in. l. miſsi opinatores. C.
de exacto. tribu. lib. 10. colū. 2. & alios caſus po-
nit Lucas de penna in. d. l. ſi vacantia. colum. 2.
& vi. quæ dixi ſuprà in gloſ. ſe informen. Et an
ſi iudex ex officio ſuo poſsit per inquiſitionē
procedere ſuper iure, vel rebus eccleſiæ, vide la
te per Roma. ſingula. 519. & per eius ādditionа-
torem. ¶ Et quia de iſtis terminis ſæpeliis ori-
6 tur, libellus † in illa materia ſic formatur. Cōpa-
reo coram tali, & conquero de Titio, & dico,
quòd cùm talis ciuitas, vel villa poſsidet, & poſ
ſidet talem terminum, dictus Titius turbat di-
ctam ciuitatem in poſſeſsione ſua, quare peto
vſoz ad tales terminos & fines dictę ciuitati ad
iudicari, & tales debere eſſe confines, & termi-
nos acclarari, & ſuper talibus finibus ſilentiū
dicto Titio imponi. Ita dixit Floria. in. l. 1. ff. fi-
ni. regun. Quod ſequitur Angel. in. §. quædam
actiones. inſtitu. de actio. nu. 14. & vi. ibi Iohā.
Fab. nu. 33. vbi diſtinctionem facit. ¶ Et dicit, quod
7 pro iſtis finibus † competunt quatuor actiones,
ſiue remedia. ¶ Primum finium regundorum,
vt ibi. Item conditio ex lege conſtiterit. C. fini.
regun. quæ loquitur in caſu ſuo, quando fit in
uaſio lite conteſtata in actione finium regūdo.
¶ Itē eſt accuſatio criminalis, & pœna in perſo
nam contra illos, qui propellunt terminos iā
poſitos. ff. de termi. amot. l. prima. & 2. ¶ Itē eſt
pœna. l. Agrariæ quæ eſt quinquaginta aureo-
rum. ſi ad hoc agatur. vt in dict. l. Agraria. & hoc
magis placet Iohā. Fab. quàm illud, quod nota
tur in. d. l. Agraria. vbi videtur notari quòd ho-
tudine, quia tūc valet cōtra legē etiā derogantē cōſuetudinem. Ita Anto. ibi, & Iohan. And. in additio. ad Specul. in tit. de inſtru. editio. §. cōpēdioſe. verſi. ſed nūquid. ¶ Quartò limita, qñ lex tolleret ſimpliciter conſuetudinem præteritam, vel introductam, quia tunc conſuetudo poſt ipſam legē poteſt induci. vt Domi. in. d. c. 1. de conſtitu. in 6. col. fi. in hoc tamen ſecūdum Rochum de Cur. ſequere diſtinctionem Abb. in. d. c. fi. quam vide. ¶ Quintò limita vt non procedat, quando lex non eſt recepta in obſeruantia, quia licet deroget conſuetudinem, tamen contraria conſuetudo valet, & in hoc non videtur hæſitandum: quia ex quo lex talis non attenditur iuxta glo. in cap. 1. de treuga & pace. cum his, quæ ibi Felin. congerit poſt Abb. certè non attenditur etiam clauſula ipſius. l. per quam derogetur conſuetudini: quia corruente aliqua diſpoſitione, corruunt clauſulæ in ea inſertæ, vt inquit gloſſ. notabil. in. l. ſi patronus. §. patronum. in verbo. Fauiana. ff. ſi quis in frau. patro.

¶ Et quando dicatur lex non recepta in obſeruantia, & quando id attendatur, doctores plenè declarant in dict. cap. de treuga, & pace. & ita tenet Franciſ. de Aretio. conſi. 9. & in cōſi. 154. colum. 1. ad finem. ¶ Et quia poſitæ ſunt limitationes ad dictam communem opinionem, ſequūtur ampliationes. ¶ Et prima eſt, quòd intantum eſt verū, quòd lex reprobans conſuetudinem, cenſetur etiam reprobare futuram, vt procedat etiā in. l. prohibitiua: quia licet expreſſè non deroget conſuetudini, tamen cōſuetudo in contrarium non valet, quando in ipſa lege prohibitiua eſt inſerta clauſula decreti. Ita Domi. de ſancto Gemi. & Philippus in. c. de beneficio. de præben. in. 6. col. 2. & Abb. antiquus in. d. c. fi. tenet, ꝙ non valet conſuetudo contra legē habentem perpetuam cauſam prohibitionis. per text. in. c. ſponſam. de ſponſali. ¶ Secundò amplia vt procedat maximè in. l. edita in concilio generali, quia cenſetur habere clauſulam derogatoriam ad diſpoſitiones contrarias, quæ in futurū etiam fierent: vt Rochus de Cur. vbi ſuprà. ¶ Tertiò amplia, vt procedat, etiam ſi lex non faciat mentionem de conſuetudine, ſed solùm improbet aliquid tanquàm irrationabile: quia non valet

nores, y mayordomias, q̃ deuē lleuar el ſalario dellos, y q̃ eſtan en coſtūbre de lo lleuar, mas q̃ ſin ēbargo de todo eſto no lleue mas d' lo contenido en ſu carta, como dicho es. Y aſsi miſmo no tome ropa, ni poſada, ni camas de la

conſuetudo, quæ induceretur, vel eſſet inducta in contrarium. vt Paul. de Elea. in Clementina prima, de electio. & Domi. in. c. 1. de cōſtit. in. 6. ¶ Quartò limita, vt procedat etiā ſi eſſet conſuetudo tanti tēporis, cuius initij memoria in contrariū non exiſtit, quia non valet, qñ lex improbat conſuetudinem. ita tenet Anto. de Butri. in. c. cùm ex officij. de præſcript. & ibi ſequtur Abbas in. 3. notabil. & idem tenet Cardi. in Cle. fi. de rebus eccleſiæ non alie. in prin. 8. q. §. 1. & Feli. in c. cū cauſa. de re iudica. col. 4. & etiā tradit Feli. plenè, licet aliqua in contrariū adducat in. c. accedēs. de præſcrip. col. 4. & in. d. c. officij. col. 6. quia lex ſemp loquitur, vt dictū eſt: ergo lex reprobās conſuetudinē, cenſetur perpetuò illā reprobare. & benefacit tex. in. l. ſeru⁹. C. de pœnis. vbi dicit, ꝙ condēnatus ſimpliciter ad vincula, perpetuò in vinculis ſtare debet. ¶ Aliqui tā tenēt contrariū, maximè Abb. ſibi cōtrarius. 2. volu. cōſil. in conſilio, incipiente, in quæſtione. & facit qđ dicit Bal. in. l. vnica. C. de annali exceptiōe. col. 2. vbi dicit, ꝙ clauſula, nulla præſcriptione obſtante, nō trahitur ad præſcriptionem centū annorū. Sequitur Alex. in. l. nemo pôt. ff. de lega. 1. nu. 11. & alia Feli. adducit in rubrica de præſcrip. fi. colū. quod Rochus de Cur. vbi ſuprà cogitādū relinquit, vtrū forte dici poſsit, ꝙ opinio præcedens ſolùm procedat quando durat cauſa reprobationis. Iſta autē ſecūda opinio procedit, quando cauſa reprobationis non durat, vt in. 1. limitatione dicitur. ¶ Sed Cardin. in Clementi. ſecunda. de rebus eccleſi. non aliena. 8. q. num. 8. dicit, ꝙ qñ ius expreſſè reprobat conſuetudinē, tunc non valet conſuetudo etiam tanti temporis, de cuius initio nō ſit memoria: in his aūt, in quibus ius nō reſiſtit, procedit opinio contraria, quia tunc ſufficit conſuetudo contraria, præſcripta ſpatio quadragenario, allegando Laud. de quo ibi p eūdē in. d. Cle. §. ꝙ ſi eps. in fin. nu. 15. vbi dicit, ꝙ procedit iſta ampliatione dum quādo lex diceret, quauis conſuetudine non obſtāte, ſed etiam qñ diceretur ſimpliciter, & indefinitè, conſuetudine cōtraria non obſtante. ¶ Per quæ poteſt ampliari tex. in legibus del aranzel, vbi cauetur, quòd iudices, & tabelliones de diuiſionibus bonorum nil accipiant,

nisi

nisi prout ibi cōtinetur, cōsuetudine in contrarium non obstāte, & sic ꝙ cōtra illū tex. & istū non pōt consuetudo induci etiā tāti tēporis, cuius initiū memoria nō sit in cōtrarium. qa vt dicit Ange. in. d. §. ex nō scripto. institu. de iur. natural. gen. & ciuil. nu. 25. ¶ Consuetudo à iure reprobata, nunq̄ præscribitur: quia cōtra authoritatē superioris nunq̄ præscribitur, vt in. d. authē. nauigia. C. de furtis. in tātum dicit hoc verū, ꝙ etiam si talis consuetudo esset iurata, nunq̄ præscribitur, etiā tanto tempore, cuius initij memoria non exiltat in contrarium. vt in. c. 1. de consuetu. in. 6. quod dicit esse notandum.

tal ciudad, saluo por sus dineros [f], como esta mandado por nuestras cartas, so pena que lo paguen con el quatro tanto.

Summarium.

1 Hospitari soli principi licet gratis, & recipit solùm tertiam partem domus.

2 Habitare debent correctores in domibus publicis, & non in domibus priuatorum.

3 Iudex, qui reparare neglexit domos publicas, punitur quinquaginta librarum auri, & conuertuntur in commoditates palatij, quod reparare neglexit.

4 Multas potest iudex deputare operibus publicis.

5 Hospitia iudices non possunt aliis concedere sine præcepto regis.

An iudex intrare possit in domibus priuatorum ad habitandum, & an si ab eis potest accipere equos, plaustra, & alia, de quibus hic.

6 Hospitia, non debēt capi per potentes, nec per prælatos in ciuitatibus, seu villis, sine vicinorum permissu, nec debent capi ligna, nec aliæ res, nec damna eis inferre.

7 Hospitare non possunt se domini temporales in suis villis, & locis.

8 Hospitari debent milites gratis, cùm accesserint ad locum cū principe dū militāt: & tunc domus diuiditur in tres partes, & electio cuiuslibet partis datur, vt hic.

9 Hospites non debēt esse terribiles in hospitiis, nec superbi, sed manere debent humiles. Et à dominis ædium non debent balnea postulare, nec luminaria, nec alias res ꝓ victu suo, vel equorū, nec recipere debent etiam à sponte dantibus, aliàs puniuntur.

10 Cùm hospitatur rex in ciuitate, metati habent deputare singulis militibus pro hospitiis domos, & in ipsarum domorū postibus nomen militis, qui illic hospitaturus est, scribere.

11 Delens nomen impositum in hospitio, falsi pœna punitur.

12 Aposentator, seu metator, non potest mutare hospitium per eum assignatū, & alteri dare, nec iudex post latam sententiam. Sicut mensor terrarum, & domorū, vel alterius rei, post mensurationem, & declarationem non potest mutare, aliàs in pœnam falsi incidit.

13 Onus recipiendi hospites est reale, & non personale.

14 A receptione hospitū nemo excusatur, nisi qui habet priuilegium.

15 Priuilegium nullus debet impetrare, vt suæ domus sint immunes à munere hospitandi, vt vicinorum domus grauentur, aliàs punitur.

16 Ab hospitalitate excusantur medici sacri palatij, & magistri liberalium artium, & pictores ingenij, & domus, & palatia iudicū ordinariorum, & clerici, & ecclesiæ, & monasteria. fallit vt hic.

17 Non valet consuetudo, ꝙ clerici teneantur hospites recipere.

18 Pretia hospitationum possunt taxari à iudice.

f Dineros. [f] Quia soli principi licet gratis hospitari, 1 † & nō recipit nisi tertiā partē domus. vt. C. de metatis. & epidimeticis. lib. 12. l. 2. & tenet Paris de Put. in tracta. syndi. in parte, expēsç quędā. fol. 110. nu. 5. & Bal. in. l. obseruare. ff. de offi. proconsu. & lega. 2 ¶ Et quia isti correctores, & officiales † in domibus publicis habitare debent, & de publico cōductis, quia sunt personæ publicæ. vt in. l. 1. c. de Palati. & domi. domi. lib. 11. & Paris de Put. vbi suprà, & facit text. in. l. 1. §. publicum. ff. de iusti. & iure. &. c. ius publicū. 1. distin. ¶ Quibus iudicibꝰ non licet habitare in domibus priuatorum, & cū eis conuersationem habere: quia nimia familiaritas parit contēptum. vt in. l. obseruandum. ff. de offi. præsi. & Iohan. de Plat. in d. l. 1. de Palat. Quod intellige, si domus publicæ sunt, aliàs secus. vt ibi colligitur, quia si sunt publicæ, ibi debent habitare, vt eorum reparationē prouidere compellantur. vt ibi. & in. l. fi. C. de operis publi. & in. d. l. quicunq;. vt tenet Lucas de Pen. ibi. col. 2. versi. & nota. aliàs puniuntur 3 † quinquaginta librarū auri cōuertenda in com-

moditates palatij, quod ceparare neglexerint. quod facit secūdùm eū, vt multæ, quæ exigūtur ab his, qui contēptores sunt in extructione viarum, aut mororum ciuitatis, non sunt fisco applicandæ, sed in ipsis opecibus publicis conuertendæ. vt in. l. 2. C. de episco. audien. ℣ Et quia generaliter secūdùm eum potest iudex multas de-
4 putare† operibus publicis, aut cursum, aut aliis causis necessariis. Sed est intelligendū, dummodo Cameræ regis medietas applicetur. vt in. l. 28. tit. 19. lib. 8. in ordi. regali. in fine. ℣ Istū tex. extende, φ non solùm prætores nō debent ista hospitia accipere, verumetiam non possunt ea dare
5 †aliis sine præcepto regis, aliàs ipso iure officia perdent. vt in. l. 1. & 13. tit. 21. lib. 2. in ordi. regali. vbi vide, & quando recipiuntur debent talia hospitia taxari. vt tenet Cyn. in dict. l. 1. C. de episcop. audi. in fine.

℣ Tamen quis tenetur recipere iudicem in hospitio suo sicut & militem, adeò, φ si negaretur eis hospitium, licitè possent ianuas irrumpere, & violenter intrare domos. argu. l. si seruus. ff. φ cum eo. & l. si eo. ff. si serui. vendi. & l. quemadmodum. §. 1. & 2. ff. ad. l. aquil. l. si. §. si ad. ff. quod vi. aut clam. & facit quod notat Inno. in. c. 1. de immunit. ecclesi. vt tenet Lucas de Pen. in. l. fi. C. de professo. & med. libro. 10. & dicit hoc esse verum, si in ciuitatibus non existant domus publicæ, vel regiæ quod no'a ℣ Et licet sit verum, φ officialis, seu iudex non potest cogere subditum vt det sibi domum ad habitandum; sed debet sibi facere prouideri à decurionibus ciuitatis, vt dictum est. vt in. l. 1. C. de offi. præ. & Alberi. in l. obseruate. ff. de offi. proconsul. & lega. in prin. & Martinus Lauden in tracta. de officialibus domi tomo. 5 tracta. q. 47. fol. 267. ℣ Tamen si non reperit domum ad habitādum, possunt cōpellere quem ad sibi locandū. vt Bald. & Ange. in. l. 1. ff. solut. matri. colū. 3. in fine. & ibi Ias. nu. 48. loquendo in scholari, quòd habet locum à fortiori in iudice, vide quæ in simili dixi in. c. suprà, in gl. de mercadcrias. nūm. 19. ℣ Dic quoq;, φ non possunt accipere equos, mulos, & plaustra, sed debēt conducere ad vecturā. vt tenet Plat. & ibi glo. in. l. iudicibus. C. de curs. publi. lib. 12. & In. l. cursum. eo. ti. loquēdo in ambasiatoribus papæ, & principis: vt supradicta non possunt accipere. ℣ Et in simili dic, φ bariseli, & exactores, & nuntij per comitatum incedentes pro malefactoribus exquirendis, vel exactionibus collectarum, vel executionibus faciendis, non debent grauare comitatiuos, vt exhibeantur eis victualia pro se, & equis, sed sibi emere debent. vt tenet idem Plat. in. l. præter. C. de loccis aduoca. lib. 12.

℣ Et ad idem facit, quod tenet Luc. de Pen. in. l. 2. vt rusti. ad mil. obse. lib. 11. col. 2. vbi dicit, φ illa. l. facit contra iustitiarios, & officiales regni capientes animalia subiectorum, officij ratione, quia veniunt puniēdi pœna illius. l. quæ est, φ amissis bonis, perpetuò damnentur in exilio.

℣ Tamen si res publica indigeat aliquo animali pro sua necessitate possit accipere pretio soluto. & idem dicit in principe, & Romano populo, & idem dic in aliis dominis, vt dicam infra in. c. 24. in glo. titul. nu. ℣ Sed si in rebus taliter captis in casu, in quo licitè capiūtur, damnum dederit, ad emendationem damni tenentur, secundùm d. Luc. de Pen. ibi. ℣ Quinimo talia hospitia in
6 ciuitatibus, & villis regis nullatenus† per milites prælatos, seu alios regis potentes sine vicinorum permissu capiant, nec permittantur supradictis paleam, ligna seu alias res à vicinis capere, nec damna alia eis inferre, contra verò faciens, pro quocunque hospitio. 600. soluat marabitinorum regis Cameræ applicandos, & eum triplo capta restituat, & damna resarciat. vt in dicta l. regia cauetur, & in illo titulo vide de materia hospitatorum, vel metatorum.
7 ℣ Intantum, quòd domini temporales† in suis villis, vel locis, non possunt se hospitare. de quo per Specul. conscien. in primo tracta. cap. 21. in princi. & in. §. 2. & 3. & 4. & 5. vbi singulariter de materia hospitij. ℣ Et extende, quòd non solùm princeps debet hospitari, vt dictum est verumetiam eius milites debent † gratis hospitari,
8 cùm accesserint ad locum cum principe dū militant. & in hoc hospitio assignando debent domini domorum diuidere domos in tres partes, quarum vnam, & primam partem eligat dominus pro se, quam maluerit, aliam ex aliis duabus eligat miles, quam maluerit, tertia domino reseruata. ℣ Illustribus autem viris medietas domus debet assignari, licet hodie malè seruetur, vt est text. in. l. in quamlibet. C. de Meta & epedi. libro. 12. & ibi Barto. & Plat. hodie est facta pragmatica quędam per nostrā reginam Iohannam, vbi vide de modo hospitandi, vbi dicit, quòd solùm medietas domus debet assignari. & ibi vide pretium, quod debet solui pro lecto, & de aliis pluribus circa hospitium, quam vide.

℣ Sed in electione dimidiæ domus dicit Iohan. de Plat. in dict. l. quamlibet. quòd æquitas, & iustitia dictat, vt ille, cuius res est, successione, emptione, vel constitutione habeat in eius diuisione facultatē eligendi, quam partē voluerit: & hoc

hoc priuilegium habet dominus tunc, quia res est sua tunc, quia duæ partes domus sibi reseruantur, & sic qui habet maiorem partem rei præfertur in electione, vt ibi per eum.& plenius in .l. secunda. C. quando & quibus quarta pars debea. libro. 10. & sic quòd miles habet de tribus vnum,& Dominus domus, duas de iure antiquo,& sic sunt in discordia, quia vterq; vel neuter diuidere vult, fortè forte dirimetur. vt in d.l.secunda. C. quãdo & quibus quar. par. debe.& si diuidens diceret se ex tali diuisione, vel electione deceptum, non audiretur. vt in l. transactione finita. C. de transac. secundùm Iohan. de Plat. in dict. l. in quamlibet. in fine. quod nota.

9 ☞ Milites autem in talibus hospitiis † non debent esse horribiles, nec superbi, sed manere debent humiles: nec à dominis ædium debent balnea postulare, nec luminaria, nec alias res pro victu suo, vel equorum[?], nec recipere debent etiam ab sponte dantibus, aliàs puniuntur. vt in .l. deuotum. & in .l. prosperum. & ibi Iohan. de Plat. & Lucas de Penna. C. de metatis. libr. 12. & in l. prima. C. de Salga. eod. li. Nec dicti officiales debent recipere, & vsurpare equos & animalia prouincialia. vt Pla. in. l. 2. C. de cursu publi. lib. 12. ☞ Adde tu, quòd cùm proficiscitur rex, & hospitatur in aliqua ciuitate,

10 metati. i. aposentatores, habent deputare † singulis militibus pro hospitiis domos, vt dictum est, & scribunt in ipsarum domorum postibus nomen eius militis, seu militum, qui illic hospitaturus est, vel sunt. vt est text. in. l. prima. C. in d. titulo de meta. & epedi. lib. 12. & ibi Plate. & Lucas de Penna. & sic vtitur.

☞ Et ibi Lucas de Penna tenet, quod si alicui est

11 assignatum hospitium, † & in illo est positum nomen ipsius, vel signum, forte scutum suum, vt in aliquib⁹ partib⁹ solet fieri, & aliquis istud nomen, vel signum sustulerit, seu deleuerit, pœnam falsi incurrit: & tanquam falsarius punitur. ☞ Quinimo secundùm Iohan. de Plat. ibi, sicut iudex post latam sententiam non potest amplius corrigere, vel mutare. vt in. l. iudex po-

12 stea. ff. de re iudi. Ita nec mensor † terrarum, domorum, vel alterius rei post mensurationem, & declarationem suam. vt gloss. ibi. aliàs incidunt in falsum: quia aut primo bene fecit, & falsò amouet, aut malè, & falsò fecit. vt in. l. prima. §. si quis rationibus. ff. de falsi. tenetur etiã ciuiliter actione in factum. vt in. l. prima. ff. si mensor fal. mo. dixe. & sic quòd aposentator, seu metator postquam hospitium alicui assignauit, non potest postea mutare, vel alteri dare.

13 ☞ Adde quoq; quòd hoc munus † recipiendi hospites, munus est reale, & non personale, vt in. l. 3. §. munus hospitis. ff. de muneri. & hono. & notat gloss. in. l. i. C. de episcopis, & clericis.

14 ☞ Et à receptione hospitũ nemo excusatur, † nisi qui habet priuilegiũ speciale. vt gloss. ibi, in dict. l. prima.

15 ☞ Et nullus debet impetrare priuilegium, † vt suæ domus sint immunes à munere hospitandi, vt vicinorum domus grauantur, aliàs contrà faciens, punitur, & caret impetratis. vt in. l. omnes. C. eod. titul. de metatis. & epedi. & ibi Iohan. de Plat. vbi quoq; dicit, quòd qui excusat se priuilegio ab onere hospitandi, inueniet alios contra se eodem priuilegio excusatos, & sic quod non vult dare de suo non debet petere, alienum, & ille, qui impetrat tale priuilegium, vel immunitatem hospites recipiendi, punitur ad soluendam tertiam partem pensionis domus eius hospitibus deputandæ. Qui verò impetrat, vt etiam ad solutionem pensionis dictæ tertiæ partis non teneatur, punitur priuilegiis dignitatis, & si non sit in dignitate, punitur in centum libris aureis. vt Plat. ibi. vbi dicit, quòd ibi est casus, in quo quis soluit pensionem de propria domo, qđ est propter ei⁹ culpã, volẽdo se à hospitalitate excusare. ☞ At tamẽ ab ista ho-

16 spitalitate excusantur medici † sacri palatij, & vrbis Romæ magistri liberaliũ artiũ, & pictores ingenij. vt in. l. archiatros. C. eod. titulo. de metatis. ☞ Quoq; ab ista hospitalitate excusantur prætoria, idest domus, vel palatia iudicũ ordinariorũ, dũ sunt ibi præsentes, & aliorum iudicũ, quamuis maiorum, & superuenientium. vt in l. cunctos. C. eod. titul. de quo ibi per Plate. & Lucã de peona, & in. l. 2. titulo. 21. lib. 2. in ordina. regali. Aliæ quoq; personæ, & eorum hæredes excusantur. vt in. l. hac lege. C. eod. titul. & ibi Plat. vbi notat ex illo text. casum, in quo nõ valet priuilegium & immunitatis hospitalitatis concessum à principe, & tamen valet priuilegium hospitalitatis concessum per legem scriptam in corpore iuris, vt ibi in gloss. final.

☞ Idem ab ista hospitalitate excusantur clerici, quia sua hospitia laicis nõ debẽt dari. tex. in. d. l. i. C. de episcopis, & clericis. & in. l. 7. titulo, 21. li. 2. in ordi. regali. & in. l. 27. tit. 3. lib. 1. in ordi. regali. & Plat. in. l. indictiones. C. de annonis, & tribu. lib. 10. numer. primo. gloss. & ibi Abba. in capitul. primo, de immunit. ecclesia. ☞ Et in simili excusantur ecclesiæ, & monasteria ab ista hospitalitate. text. in. l. 11. titu. 2. lib. primo, in eisdem ordi. regali. aliàs puniuntur, vt ibi. ☞ Quod

fallit,

fallit,nisi cùm rex,& reginá, vel infans ad locũ venerit. vt in dict.l.27.& in dict.l.7.& hoc si alia hospitia acta ibi non reperiantur, vel dum non sunt hospitia laicorum.tenet Bald.in.l. obseruare.§.1.ff.de officio proconsul. & lega. ☞ Quoq; fallit in causa pietatis, quia ab ista pia hospitalitate clerici non sunt immunes, sed ab hospitalitate onerosa,& non pia.vt tenet Bald. in.d.l.prima.C.de episco.& cleri.nume.1.versi. tertiò nota. & facit text.in capitul.1.de emptio. & vendi. ☞ Quoq; fallit in iucundo aduentu principis.vt in.l.neminem.C.de sacrosanctis ec cle.& Abb.in.c.nõ minus.de immunitate ecclesię.colũ.3.nu.15.versi.extraordinaria.☞ Intantũ supradicta sunt vera,ꝙ clerici ad hospitiũ nõ te nentur,nisi In casibus supradictis, ꝙ cõsuetudo
17 † in contrarium non valet, & rationem consue tudinis laici vendicare non possunt sibi ius hospitandi in domibus clericorum, vel ecclesiarum.vt est text.& ibi Abba.in capit.1.de immu nit.ecclesi.nume.4.& Innoc.ibi clarius.& in ta libus non prodest consuetudo, cùm ecclesijs fit onerosa.capitul.1.de consuetu. secundùm Abb. vbi suprà.quod dicit esse notandum,vbi de ma-
18 teria hospitij.☞ Adde quoq;,quòd pretia † hospitationum possunt taxari à iudice.text. & ibi docto.in.l.prima.C.de episco. audien. & tenet Paris de Put.in.d.tracta.syndica.in parte, indi ces suprema.folio.154.numer. 19. & vide quæ dicam.in titul.17.in gloss. razonables preudas, prima colum.

Prætorum Cap.octaui finis.

Sequitur Caput IX.

SVMMARIVM.

1 Iudex laicus ordinarius non debet capere sportulas.i.accessorias,sed stipẽdio principis debet esse contentus.

2 Iudices salariati,vel literati,non debent accipere istas sportulas,seu accessorias,vt processus videant,aliàs officio priuantur, & percepta cum quadruplo restituant.

Assessorias.

Prætorum Caput IX.

Otrosi, que no lleuẽ, ni cõsientã lleuar a sus officiales a assessorias, ni vistas de processos por las sentencias que se dierẽ, & que sobre esto recibã iuramento de sus alcaldes, & que si no lo guardaren que los

a Assessorias. a Nota text. ꝙ iudex lai-
1 cus † ordinari⁹ nõ debet capere sportulas, idest accessorias, sed debet esse contentus stipendio principis. tenet noster papa Adrianus in quolibet. q. 9. charta. 93. litera. g. vbi in. 10. q. i princip per totũ. & tenet Iohã. de Nauazi. in sua Sylua nuptial. libr. 5. fo. 129. colũ. 4. versi. amplia secũdò & gloss. in. c. cũ ab omi. de vita & honest. cleri. & Corsetus notabil. suis in parte, sportulæ. & text. in. ca. 40. infrà eod. & est tex. in. l. 13. tit. 16. lib. 2. in ordi. regal. & in. l. 16. titulo. 15. eod. lib. vbi habetur, ꝙ iu
2 dices, † & correctores salariati, vel literati, non debent accipere sportulas, id est accessorias, vt processus videant sub pœna priuationis officij, & cũ quadruplo recepta restituant, sed tantũmodo in Arãzel cõtẽta percipere debent. Et idẽ in expresso tenet Bald. in cõsilio. 479. in. 4. volu. vbi ait, ꝙ si iudex de publico habet salariũ, nõ possit talia recipere. per. l. 6. lege Iulia. ff. ad. l. Iuliã. repetũd. de quo vi. Ias. in. §. tripli verò. institu. de actio. colũ. 6. nu. 46. cũ sequẽtibus. Et inquãtũ Bart. in authẽtic. de iudi. §. nec autẽ. colla. 6. versi. de ordinariis autẽ. tenet, quòd iudices debẽt habere istas sportulas pro se vltra salariũ, quod habẽt à publico, siue loquamur in delegato principe, siue in ordinario, malè dicit, si est sua lectura. vt tenet dictus Iohã. de Nauazi. in dicta sua Sylua nuptia. vbi suprà.

Summarium.

1 Iudices esse possunt correctores durante officio cõtra suos officiales, & debent eos punire, licet nõ fuerint requisiti, si fuerint scientes.
2 Conueniri possunt iudices durante officio, si receperunt assessorias, regulariter autem est contra. numer. 3. & 4.
5 Si citatur iudex vt cõpareat finito officio valet.
6 Maiores magistratus conueniri possunt durante officio.
7 Iudex delinquens in officio, potest conueniri eo durante.
8 Conueniri possunt iudices durante officio super contractu in eo facto.
9 Iudex submittens se alterius iurisdictiõi, potest conueniri durante suo officio.
10 Conueniri potest officio durante habens dignitatem sine administratione.
11 Conueniri potest iudex durante officio in aliena patria.
12 Conueniri potest officio durante officialis perpetuus.
13 Conueniri potest iudex durante officio, quãdo imponitur pœna remotionis ab officio.
14 Conueniri potest iudex officio durante quando esset actio tempore peritura.
15 Conueniri potest iudex durante officio quando facit aliquid contra iurisdictionem superioris.
16 Ex contractu venditionis celebrato per iudicẽ potest conueniri durante officio.
17 Pro debitis ante officium contractis potest iudex conueniri durante officio.
18 Quando principi placuerit, potest iudex officio durante conueniri.
19 Qui non est subditus, potest conuenire officialem durante officio.
20 Officialis potest conueniri officio durante, quã do ipse contra alium agit.
21 Si iudicium esset modico tẽpore duraturum, potest officio durante conueniri.
22 De voluntate ipsius iudicis potest conueniri durante officio.
23 Officio durante non potest iudex alium conuenire.
24 Instrumentum, quod habet iudex, an mittatur executioni durante officio.
25 Cedere an potest iudex iura sua officio durante.
26 Officialis perpetuus potest conuenire suum debitorem officio durante.
27 Officialis ad beneplacitum principis, potest conuenire durante officio suum debitorem.
28 Magistratus maiores, & minores, qui dicantur.
29 In omnibus casibus, in quibus iudex durante officio potest conueniri, in eisdem potest agere.

Los

b **Los castigue.** [b]Nota casum, in quo correctores & iusti-
1 tiæ possũt, † & debẽt esse iudices cõtra suos offi
ciales, & eos punire durãte officio. vi. text. in. c.
43. infrà eod. & vi. text. & Bart. in. l. si quis for-
tè. §. si quos. ff. de
pœnis. & Pari. de Put. in tracta. syndica. in parte, potestas an pos-

castigue: [b]**y que esto aya lugar ansi mis-**

sit. ☞ Alios casus posui suprà in. c. 3. in gloss. 1.
8. colũ. versic. & nõ solũ de sua causa. vsq; in fi-
ne glossæ, quã per te vide. & Iohã. de Plat. in. l.
præcipit. C. de Cano. larg. titul. libr. 10. nume. 3.
& 5. vbi ait. quòd magistratus, vel officialis ma-
ior debet punire nefarios conatus, & delicta in
feriorũ magistratuũ in officio delinquẽtũ. vt in
l. si quos fortè. §. si quis. ff. de pœnis. quod dicit
intelligendũ de aliis officialibus, præterquam
de iudicib⁹ ordinariis, quorũ flagitia sunt prin-
cipi referẽda, nõ puniẽda. vt in. l. 2. ff. de offi. præ
fe. August. ☞ Et extẽde quod debet eos punire, li-
cet nõ sit requisit⁹, si fuerit sciẽs, quia vtitur vtili
tas publica. vt tenet dictus Plat. vbi suprà. quod
nota, & vi. tex. in. c. 43. infrà eod. ☞ Quoq; nota
hic casum, in quo iudex potest cõueniri durãte
2 † officio, si recipit istas sportulas, idest assesso-
rias. ☞ Quia regulariter est cõtra: quia officio du
3 rante † nõ potest cõueniri. text. in. l. 2. in princi-
pio. ff. de in ius vocã. & c. prohibetur. 2. q. 1. tex.
in l. pars literarũ. ff. de iudiciis. glo. in. l. vt vim.
ff. de iusti. & iure. text. in. l. 11. tit. 1. parti. 7. & gl.
in. l. 2. titul. 20. for. ll. lib. 4. in gloss. ni merino. &
Bart. in. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de
noui operis nũtia. 1. q. Quod intellige in maio-
ribus iudicibus ordinariis, secus est in minori-
bus magistratibus, quia isti bene possunt con-
ueniri. vt ibi. & text. & gloss. in authẽ. vt iudice.
sine quoquo suffrag. §. sint autem. colla. 1. & Plat.
in. l. 1. C. de lucris aduoca. lib. 12. vel nisi actio sit
tẽpore peritura. vt in. d. l. 2. ff. de in ius vocan. &
tenet Plat. ibi. in. d. l. 1. quia tũc bene potest cõ-
ueniri. ☞ Quod ampliatur, vt cõparere nõ tenea
4 tur † officio durãte quod etiã nõ tenetur per procu
ratorẽ cõparere, aliàs nullũ esset eorum priuile-
gium. secũdũ Bart. in. l. 2. §. si quis in iudicio. ff.
si quis cautio. ☞ Tamẽ ista regula limitatur, &
2. vt procedat, quãdo magistratus, vel iudex ci-
tatur vt cõpareat dũ est in magistratu. secus si ci
5 tatur † vt cõpareat finito officio, vel magistra-
tu, dũ talis citatio cõferatur in tẽpus permissum,
quia in isto casu fallit. l. si tempus. ff. de hære-
di. institu. sicut valet citatio die feriata, vt habe-
tur per Bar. & alios in. l. 1. §. nũtiatio. ff. de noui
ope. nũtia. & in. l. fi. C. de feriis. Et istã limitatio
nem ponit glos. in. d. c. prohibẽtur. &. q. 1. & ca-
nonistæ in. c. legebatur. de maio. & obe. & facit
text. in. l. si adulteriũ cũ incestu. ff. de adult. §. fin.
☞ Tertiò fallit in maiorib⁹, magi-
stratib⁹ qui † indi stinctè cõueniri possũt. l. nec ma-

6 **mo aunque los ta-**
les corregidores, y

gistratibus. ff. de iniuriis. ☞ Quartò fallit, nisi iu-
7 dex delinquat pẽdẽte † officio, quia tũc pro delictis
cõmissis in officio põt cõueniri. secũdũ gl. in. d.
l. 2. ff. de in ius vocan. & l. nec magistratibus. &
ibi Bartol. & est text. in. l. iubemus. C. ad. l. Iu-
liã repet. & ibi glos. notabil. in verbo admini-
nistrat. & ad hoc reputat eã singula. Roma. con-
sil. 415. & facit text. in. c. sancimus. 2. q. 7. & glos.
in. d. c. prohibẽtur. & Bal. in. l. mãcipia. C. de ser
uis. fugi. ☞ Et ideo si officialis, vel magistrat⁹, pẽ
dẽte officio cõueniretur de furto cõmisso in lo-
co, & de barateria, & simonia pro officio obti-
nendo, de hoc bene potest cõueniri. vt est text.
singul. in authẽ. vt iudices sine quoquo suffrag.
§. si quis. colla. 2. quẽ ibi notat Angel. pro singul.
& eũ quoq; comẽ. Roma. in singu. 751. adde etiã
text. solennem in. l. nulli. & ibi clarius Bart. C.
quorũ appella. nõ recipi. ☞ Et facit, quod officialis
qui tenetur de barateria, punitur etiã durãte offi
cio. vt in. l. iudices. C. de dignitati. li. 12. eodẽ mo
do punitur pro furto tenet in expresso Anton.
Frã. in additio. ad Abb. in. d. c. legebatur. de ma-
io. & obe. in additione, quæ incipit. sine admi-
nistratione. ☞ Et facit quod notat Bald. in titul.
de pace cõstã. versic. in nomine Christi. & An-
gel. in. l. 2. §. fi. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur.
vbi tenẽt, quod anciani possunt remouere potestatẽ
durãte officio, si nollet facere id, quod debet. &
facit quod tenet glos. & ibi Imol. 9. colũ. n. c. fi.
de rescrip. vbi si delegatus Papæ delinquat, po-
test accusari corã ordinario, & punietur postea
finito officio. & facit text. & ibi Abb. in. c. fi. de
statu. mono. & Feli. in. d. c. legebatur. ☞ Ex præ-
dictis apparet nõ bene dixisse glos. in. l. 2. ff. quod
metus caus. in verbo, locum habere. quæ vult, quod
etiã pro delictis cõmissis in officio nõ possunt
magistratus adueniri, sed demũ finito officio.
quia Angel. ibi dicit, quod iudices habẽtes merum,
vel mistũ imperiũ, & sic altã iurisdictionẽ, si re-
periãtur in expressa barateria, vel furto nõ pos-
sunt cõueniri durãte officio. Secus est in magi-
stratibus habẽtibus bassam iurisdictionẽ, quia il
lã glos. & Angel. malè dicũt, vt patet ex prædi-
ctis.

ctis.vt Iaſ. in. d.l.a. de in ius vocan.ff.numer.2.
8 ¶ Quinto fallit, niſi pendente † officio faciat ali
quem contractum, quia de illo poterit conueni-
ri pendente officio.tex.eſt in.l.interdū.§.1.ff.de
iudi.& in.l.2.§.legatis.&.§. omnes.eod. titulo.
& hoc quando contrahere poteſt, quia regula-
riter eſt prohibitus.vt in.l.non licet. ff. de con-
tra.empti.niſi in ſeptem caſibus, de quibus per
Alexand.& Iaſ.in.l.principalibus.ff.ſi cert.pe-
ta.vt poſui,& plures alios ſuprà in.c.2. in gloſ.
de mercaderia. ¶ Sextò fallit, niſi iudex pēdēte
9 officio ſe ſubmittit † alterius iuriſdictioni.text.
eſt in.l.receptū.ff.de iuri.om.iudi.& facit text.
in.c.nos incompetēter. 2.q.7.vt tenet iſtas duas
proximas limitationes Anto. Frāciſcus in addi
tio.ad Abba.in.c.aduerſus.de immunita. eccle-
ſi.in additione, quæ eſt in nu.14. verſic.an aūt.
Hinc eſt, quòd poſsit conueniri citatione non
actoria, puta ad defendēdū proceſſum ſuū ſuper
inquiſitionē.vt Feli.in.d.c.legebatur.& in.c.di-
lectus.de reſcriptis. ¶ Septimò fallit in habenti-
10 bus dignitatē ſine † adminiſtratione, vt ſunt Co
mites,& Marchiones, Duces,& Reges: quia iſti
proculdubiò poſſunt cōueniri, vt in.l.a. C. vbi
ſenato.vel clari.ſecūdū Bart.in.d.l. nec magiſtra
tibus.ff.de Iniuri.& docto.in.d.c.legebatur. ſed
tu dic, quòd melior ratio eſt, quia habēt officiū
perpetuū.ſecūdū Iaſ.in.d.l.a. ff. de in ius vocā.
11 nu.3. ¶ Octauò fallit † in aliena patria, quia ibi
bene pōt cōueniri. ſecus eſt in loco ſui magiſtra
tus.gl.in.l.ſi præſens.C.de epiſc. audiē. ſecūdū
Iaſo.vbi ſuprà. Quod intellige p̄ pōt conueniri
in aliena patria d̄ delicto, vel cōtractu, dūmodo
ſit talis cauſa, quæ poſsit agitari per procurato-
rem. ſecūdū Alber.in.l.ſenatus.ff.de offi.præſi.
prout declarat dictus Anto.Fran.in additio. ad
Abba.vbi ſuprà: quia in ciuilibus pōt pro de-
bitis alibi cōtractis tēporalis & p̄petuus officia
lis officio durāte cōueniri.tenet Ange.in.l.2.C.
de adminiſtra.tuto.& Zachar. in additio. ad eū
dē Abbat.in.d.c.legebatur. ¶ Nonò fallit in of-
12 ficiali perpetuo, † quia tūc ne delicta remaneāt
impunita, pendēte officio, poterit cōueniri. te-
net Bald.per illū text.in.l.ſi finita.ff. de tutelis.
& rationi.diſtra. Bart.in. l.de pupillo.§. ſi quis
ipſi prætori.colū.a.ff. de noui ope. nuntiatio.
& Specula.in titul de actore.§.1.verſi.illuſtris.&
in titul.de reo.verſi. Itē cōſul.& Bal.In.d.l.pars
literarum. & Anto.de Butri.in.c. cæterū.de iu
ra. calū.ad finē. ¶ Quod extenditur non ſolùm
quādo eſt perpetuū, verùetiā, ſi officiū ſit ad be
neplacitū principis, qui tūc quoq; durante offi-
cio pōt cōueniri. Ita eleganter determinat Bart.
in.d.l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori. a.colū.
per tex.in.l.iuriſperitos.ff.de excuſ.tuto.& de-
terminat Bart.in.l. quāuis.circa principiū. ff. ſi
cert.peta.& facit glo.in Cle.& ſi principalis. de
reſcrip.& gl. in.c.ſi.de reſcri.in.6.in verbo, per
petuus.& ibi Domi. & tenet Anto.Franciſcus,
in additione ad Abbat. in.d.c. legebatur.& Iaſ.
in.d.l.2.nu.3. ¶ Decimò limita, niſi à iure impo
13 natur † pœna remotionis ab officio, quia tūc po
terit etiā durāte officio cōueniri: quia ſi ſpecta-
remus finē officij, fruſtra fieret talis amotio. ſe-
cūdū Bald.in titul.de pace cōſtāt. verſi. creden
tia.ad finē.in vſib.feud.per.d.l.iubemus.C.ad.l.
14 iuliā repet. ¶ Vndecimò, limita, niſi actio † eſſet
tēpore peritura, quia ſaltē vſq; ad litē cōteſtatā
pōt magiſtratus cōueniri.l.ſenatus, cū ibi gloſ.
ff. de offi.præſi. Canoniſtæ in.d.c.legebatur.&
tūc cōpellitur cautionē præſtare de proſequen-
da lite finito officio.text.eſt in. l. ſi adulteriū. §.
ſi.ff.de adulte.& eſt gloſ.in.d.c.prohibetur.ver
ſic.propter magiſtratū.in fine.a.q.1. ¶ Duode-
15 cimò fallit, † q̄n faciūt cōtra iuriſdictionē ſupe
rioris, tūc enim etiā ſi ſint maximi magiſtratus,
poſſunt cōueniri diminuto officio.text.eſt in.l.
ſi appellationē.& ibi Bald.notat. C.de appella.
& ſequitur Iaſ.in.d.l.a. vbi ponit quaſi omnes
dictas limitatiões.& Anto.Frāciſcus in additio.
ad Abba.in.d.c.aduerſus.& Feli.in. d.c. legeba
tur.& per Pari.de Put.in tracta.ſyndica.in par-
te, durante officio.foli.106.& in parte, officialis
durāte officio.eod.fo. Decimotertiò nouiter li-
16 mitatur, & fallit, niſi cōueniatur † ex contractu
vēditiōis per eū celebrato, tūc enim talis exce-
ptio, cū ſit declinatoria, per eū vēditorē apponi
nō pōt.ita tenet Frāciſcus de Aretio. cōſilio. 30.
in.2.colū.prout refert, & ſequitur additio Ale.
17 in.d.l.2.in.1.additiōe. ¶ Decimoquartò † fallit,
niſi p̄ debitis ante officiū cōtractis, quia tūc du-
rāte officio pōt cōueniri.vt tenet Ang.in.l.2.C.
de admin.tut.cōtrariū in hoc tenet Iohā. de Pla.
in.l nec ipſi.C. de incolis.& vbi quis domicilia
videtur.lib.10.nu.2.vbi tenet, p̄ officialis, & ſti-
pēdiarius pro cōtractibus, & delictis antea fa-
ctis cōueniri nō pōt durāte officio, vel ſtipēdio
ſed pro cōtractibus, & delictis ibi cōmiſsis, alle
gādo Bart. in tracta.repræſali.& eſt in.6.q. prin-
cipali.& hoc credo&, dictū Angel.intelligatur
de debitis factis in prouincia, quā regitante of-
ficiū receptū, p̄ pōt cōueniri, ſecus de his, quæ
fecit extra prouinciam. ¶ Decimoquintò fallit
18 † q̄n principi placuerit, quia tūc poterunt eius
officiales cōueniri durāte officio. vt tenet Bald.
in.l.obſeruare.§.proficiſci. ff. de officio procō-
ſu.&

ſu.& lega.& Paris de Pute. in tracta. ſyndica.in
dict.verſicul. officialis durante. ¶ Decimo-
19 ſexto fallit inter non ſubditos,† quia dicta regu
la, quòd officialis non poſsit conueniri, ha-
bet locum inter officialē, & ſubditos:tamē ille,
qui nō eſt ſubditus, pōt officialē officio durāte
cōuenire.ſecū. Azo. in ſumma de in ius vocan.
& melius in titul. vt oēs cauſ.tā ciuil.quā cri. &
eſt gloſſ. in. l. ſi præſens. C. de epiſcopali
audi.Specula.in tit.de ſupplicatio. §. ſequitur;
verſi. Itē durāte officio poſſūt ſubditi ſupplica
re principi.vt Paris de Put.vbi ſuprà. ¶ Deci-
20 moſeptimo† fallit quādo talis officialis agit du
rāte ſuo officio cōtra aliū, quia tunc poteſt ipſe
cōueniri.vt in.l.2. §. ſed ſi agant. ff. de iudiciis.
quod eſt verū,niſi ageret cōtra debitorē fugien-
tē, vel ex cauſa dāni infecti.notat Angel. & Bal.
in.l.fi.§.dāda.de iure deliber. & tenet Paris de
Put.vbi ſuprà.num.10. ¶ Decimooctauò fallit,
21 †niſi iudiciū eſſet modico tēpore duraturū. vt
in.l.momētanee C.qui legi. perſo. & Paris de
Put.vbi ſuprà. nu. 13. ¶ Decimononò fallit in
22 omni caſu, quādo eſt de volūtate † ipſius iudi-
cis,& ipſe iudex vult cōueniri durante officio,
quia tūc bene pōt cōueniri. ita tenet Catald. in
tracta.ſyndi.q.5.licet ego nō inuenio, tamē alle-
gat eū Bertachi. de Firmi. in ſuo aureo reperto:
in parte,officialis cōuenitur. verſicul. 9.& licet
Firmi.nō dicat,ego allego Amode. Iuſti. in tra-
cta.ſyndi.in parte olim poteſtatē dictę ciuitatis.
verſi.Itē poterit.vbi in expreſſo tenet,ꝙ de vo-
lūtate iudicis cōuēti pōt cōueniri,quia cū ſit in-
ductū in fauorē iudicis,ꝙ finito officio cōuenia
tur.vt in.d.l.nec magiſtratibus.ff.de iniuri.& in
d.l.2.ff.in ius vocā. pōt tali fauore,ꝓ ſe introdu-
cto renūtiare.arg.in.l.ſi qs in cōſcribēdo. C. de
pactis.quod dicit dict⁹ Amode. Iuſti. ꝙ hodie
nō procederet,quia cōmuniter in electionibus,
vel prouiſionibus apponitur capitulū, ꝙ de o-
miſsis, & cōmiſsis teneatur ſtare ad ſyndicatū
finito officio,prout in prouiſionibus correcto-
rū patet, inquātū dicūt, y recibades del fianças
llanas,y abonadas, que hara la reſidencia que la
ley de nueſtros Reynos māda. vnde ſecūdū A-
mode.Iuſti.nō eſt obligatus anteaquā trāſiuerit
in cōtractū.l. Cæſar.ff.de publica. & in.l. dona-
tiōes. C.de donatio.inter vir.& vxo. & ſic agēs
durāte officio ageret ante diē,qđ fieri nō pōt. l.
niſi finita.de tutel.& ratio. diſtrahē. Quod dicit
verū dictus Amode. niſi de voluntate officia-
lis,& cōmunitatis,vel regis, qui ipſum elegit,
vel poſuit in officio,quia poteſt rex, vel cōmu-
nitas remittere ſyndicatū, ſicut tutori remittitur
redditio rationis. l.quidā decedēs.ff. de admini
ſtra.tuto. ¶ Ita ſicut iudex non pōt cōueniri of-
23 ficio durāte,ita† officio pēdēte nō poteſt alium
cōuenire.text.in.d.l pars literarū. ff.de iudic.&
text. in.l. 2. titul.20.libr.4.for.ll.& ibi Montal.
¶ Hac de cauſa dicit Angel. in.d.l. pars litera-
rū.ꝙ poteſtas,ſeu iudex durāte officio, nō po
24 teſt petere† exequi inſtrumētū, quod habet cō-
tra ſubditū,ſed remediū eſt,ꝙ alteri cedat ſua iu
ra,cū pacto, ꝙ non teneatur de euictione. per. l.
ſed ſi reſtituatur.ff.de iudi. quod ſequitur dict⁹
Paris de Puteo,in.d.verſi. officialis durāte.nu.
10.de quo vide,quæ dixi ſuprà in.c.2.in gloſ. de
mercaderia.in fine. ¶ Ex quo dicto Angel. in
25 fertur,ꝙ officialis durāte† officio pōt cedere iu
ra ſua alteri,qui agit nō obſtāte exceptione, quę
obſtaret cedenti.ſecūdū Firmian.in ſuo reper-
to.vbi ſuprà,verſi.quarto. ¶ Supradicta habent
locū in officiali tēporali, nō in perpetuo: quia
26 perpetuus† poteſt cōueniri durante officio. vt
l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.& ibi Bart. ff.
de noui ope.nūtia. ¶ Et quoq; nō habēt locū in
27 officiali ad beneplacitū, † quia dicitur perpe-
tuus,& iſte poteſt cōueniri officio durāte. per
l.ſufficit.ff.de cōdi. indebiti.& per.l. iuris peri-
tos.ff.de excuſa.tuto.vt tenet Paris de Pute.vbi
ſuprà.in.d.verſi.officialis.nu.1. ¶ Sed q dicātur
28 maiores vel minores † magiſtratus. Iohan. de
Plat.in.l.nemo carcerē.C.de exacto. tribu. libr.
10.nu.12.allegādo gloſ.in.l.nec magiſtratus.ff.de
iudiciis.dicit,ꝙ maiores dicūtur, qui habēt me-
rū,& miſtū imperiū,minores autē, qui habent
ſimplicē iuriſdictionē.Sed dicit,qđ Innoc.in.c.
ſedes.de reſcrip.tenet, ꝙ hoc relinquitur arbi-
trio iudicātis. ¶ Ego tamē teneo, ꝙ in omnibus
29 †caſibus ſupradictis,in quibus iudex durāte of
ficio poteſt cōueniri,in eiſdē poteſt agere, & cō
uenire,quia eſt eadē ratio, ilico debet eſſe idem
ius,& diſpoſitio.c.trāſlato. de cōſtitu. & .c.ſi qs.
prima,quæſtio.3.& in.c.quo iure.8.diſtinctio.l.
ſi qs cōtra.ff.de appella.l.2.C.de fideicōmiſsi.&
in.c.de illis.de ſpōſa.& in.c.propoſitum. de eo,
qui duxit in matri.quam pol.per adulteri.

Summarium.

1 Aſſeſſorias iudex ordinarius qui procedit vt de
legatus,habere non poteſt.
2 Quando cauſa, vel vniuerſitas cauſarum cō-
mittitur ordinario iuriſdictionem habenti,
intelligitur ordinarium eum facere,& non de
legatum, niſi eſſet commiſsio cum clauſula
ſummariè,

summariè, vel sit appellatione remota commissa.

3 Si appellatur à sententia episcopi, quando est ordinarius, ad Metropolitanum appellatur, sed si est delegatus, appellatur ad papam.

4 Salaria an dentur ordinariis, & delegatis.

5 Ordinarius procedens vt delegatus, nō tenetur in modo procedendi statuta loci seruare.

6 Ordinarius dicitur delegatus, si in cōmissione est dictū, vel diminutum iurisdictioni ordinariæ. Vel si in cōmissione est dictum, authoritate nostra cognoscas, vel verba similia: seu superior vtitur verbo præceptiuo.

7 Quando commissio fit sub nomine dignitatis, tunc censetur ordinarius, non delegatus.

8 Iurisdictio ordinaria quando alteratur in procedendo, delegata censetur.

9 Vt iudex delegatus procedens quis in causa cū nō sit, si in illa habet ordinariā, valēt acta.

10 Iurisdictionē ordinariā, & delegatā habens, an pōt procedere ex delegata, omissa ordinaria.

c Commission. Idem tenet Iohā. de Nauazin. in sua Sylua nuptiali. lib. 5. fo. 219. colū. 4. versi. amplia tertiò. vbi ait, q etiā si ordinarius iudicaret in causa sibi à principe delegata, in qua tamen sine

1 delegatiōe† omnino habuisset iudicare, tales assessorias, vel sportulas capere nō pōt. & tenet in expresso Felin. in. c. de hoc. de simo. colū. 2. versic. Itē facit notabile allegādo Aucha. in consili. 197. incipiēte. Præmittēdū q de iure ¶ Et ratio

2 istius tex. pōt esse: quia qn̄ vnā causam, † vel vniuersitatē causarū certarū p legē Rex, vel Imperator cōmisit præsidi aliter habēti iurisdictionē intelligitur eū facere ordinariū, nō autē delegatum. tenet Ang. per glo. ibi, in. l. diuinæ. C. ne liceat potētio. & Ang. de Aretio, in. l. dato iudice. ff. Si quis & à quo appella. sit. de quo p Abbat. in. c. licet. de officio ordina. quia tūc videtur exercitare eius iurisdictionē ordinariam, si illud qd mādat, pertinebat ad eius iurisdictionē, non autē videtur eū facere delegatū, nisi mādaret illud fieri cū clausula, appellatione remota: quia tūc videtur alterare iurisdictionē ordinariā, & tūc cēsetur delegatus, & nō ordinarius. ꝑut tenet Vitalinus in tracta. clausularū in parte, clausula, appellatione remota. colū. 2. ¶ Et Paul. de Cast. in. l. & si prætor. ff. de offic. eius cui mā. est iurisc. vbi dicit, q si Rex nō mutat modū procedendi, cēsetur eius iurisdictio ordinaria exercitasse: secus si alterauit, puta si dicat. q procedat summariè. & idem tenet Paul. de Cast. in. l. 1. §. opus nouū. ff. de no. ope. nūtia. & ibi Alexā. & Lanfranc. de Oria. in repet. c. quoniā contra. de proba. in princ. nu. 26. vbi ait, q quādo clausula summariè apponitur in literis, & scribitur iudici ordinario, qui aliàs fuit iudex cōpetens in dicta causa, virtute talis clausulæ dicitur esse delegatus, quia altera

officiales conozcan por cōmission nr̄a,

tus est processus. secus est si princeps scriberet iudici ordinario, q cognoscat de aliqua causa, in qua erat cōpetens sine clausula dicta, tunc nō efficitur delegatus. & allegat Lanfranc. Innoc. in. d. c. licet in corrigēdis. de offic. ordi. & docto. in. l. & quia. ff. de iurisd. om. iudi. & idē tenet Ias. in. l. 1. §. & post operis. ff. de no. ope. nūtia. nu. 2. & ibi Alex. per tex. in. c. licet vndiq;. de offi. dele. & c. cū aliquibus. de rescrip. in. 6. quā decisionē dicit ibi Iaso. esse multū vtilē in practica. & dicit, quòd tenet Bal. in additio. ad Spec. in tit. de legat. vlti. colū. & Alex. in. l. more. ff. de iurisd. om. iu. 5. colū. vbi reputat quotidianū, & sic, q ista decisio est indifferēter approbata secundū Ias. vbi suprà, & eā multū in practica obseruatur. secundum eū. ¶ Et ex ea inferūtur magni effect⁹: quia si à sen-

3 tētia† epi, qn̄ est ordinarius, appellatur ad Metropolitanū, sed si esset delegatus Papæ, appellatur ad Papā. l. 1. §. 1. ff. quis & à quo appel. ¶ Itē

4 salaria nō datur ordinariis, † sed bn̄ delegatis. c. ab omni. de vit. & honest. cleri. & ibi doct. ¶ Itē

5 qn̄ ordinarius ꝑcedit vt delegatus, † nō tenetur in modo procedēdi seruare statuta illius loci. secundùm Ang. in. l. ius autē ciuile. ff. de iusti. & iure. & Bal. in. d. ca. licet. in corrigendis. Et Idē tenet Ias. vbi suprà. & in. l. 1. §. si quis simpliciter ff. de verbo. obligat. nu. 5. vbi dicit, q supradicta est cōmunis opinio, quòd salaria ordinariis nō debeātur, licet Aretinus cōtra istā cōmunē doctrinam retorqueat tex. in. d. c. cum aliquibus. sed nil facit secundū eundem Ias. quia ibi potestas ordinaria illius, ad quē scribit Papa, non alterat illam iurisdictionē ordinariā in aliqua forma, sed eam prorogat ad personam inhabilem, quā aliàs non posset ordinarius instituere. De quo per Feli. in cap. cùm ex officij. de præscriptio. colum. 10. versicul. nihilominus. vbi dicit quoque, quòd ista est communis opinio. & idem tenet Iaso. dicendo eam esse communem in. d. l. 1. §. & post operis. ff. de noui operis nuntia. licet dicat, quòd putat eam non esse veram, per rationes, & iura vt ibi per eum. Attamen in fine illius quæstionis cogitandum relinquit, quia non reperit aliquem contradicentem, & dicta decisio

decisio est approbata per omnes secundùm eun
dem ibi. ¶ Quam amplia, quòd non solùm or-
dinarius dicitur delegatus, si in commissione
est dictũ, quòd procedat summariè, verũetiam
6 si aliqd est additum, vel diminutũ iurisdictio
ni ordinariæ. vt tenet Alex. in. d. l. 1. §. si quis sim
pliciter. ff. de verbo. oblig. nu. 11. vbi quoq; dicit
quòd idẽ est si in cõmissione sit dictum autho-
ritate nostra cognoscas, vel similia verba. per
tex. in. d. c. cũ aliquibus. ¶ Et idem dicit, quòd
est vbicũque superior in cõmissione vtitur ver
bo præceptiuo. vt glos. ibi in. d. c. cũ aliquibus.
in verbo, cõcedimus facultatem. ¶ Tamẽ supra-
7 dicta limitantur notabiliter, nisi fiat † delegatio
sub nomine dignitatis, quia tunc censetur ordi-
narius & non delegatus. vt tenet Ias. in. d. l. Ius
autem ciuile. ff. de iusti. & iure. nu. 4. allegando
Bald. in. c. is quibus de offic. ordi. & in. l. præci-
pimus. C. de appella. in princip. vbi Bal. dicit, ꝙ
si cõmissio fiat sedi, & nõ personis, dicuntur or-
dinarij. quod est notandũ secũdum Ias. vbi su-
prà, vbi quoq; in nu. 7. & 8. limitat aliis modis,
puta quando talia verba ponũtur in principali
dispositione rescripti. vt quia dicitur authorita
te nostra cognoscas, de causa quæ vertitur inter
tales. secus si apponatur in cõfirmatione, seu in
executione dispositionis, puta si cõmitteretur
iurisdictio ordinaria in certo loco, & postea in
fine rescripti diceretur, quòd quicquid eius au-
thoritate fecerit princeps, habebit ratũ: quia re-
gula est, quod clausula apposita in executiuis
non immutat naturam principalis actus. tex. est
notabil. in Cle. 1. de præbẽ. quã Abb. ibi excla-
mat, & dicit se nec scire alibi. & ita limitat Car-
din. & Imol. in. c. quoniam Abb. de offi. deleg.
vlti. colũ. quod sequitur & cõmend. Alex. in. d.
l. more. 5. colũ. & vid. Abb. in. c. cùm in nostris.
de cõcess. præben. vlti. colũ. ¶ Quoq; limitatur,
8 quãdo solùm alteratur † iurisdictio ordinaria in
procedendo, quòd erit delegatus quantũ ad pro
cedẽdum, sed ordinarius in sententiando. tenet
Iohã. Butri. in. l. qui procuratorem dat. ff. de pro
curato. in princ. & ideo si datur liberũ arbitriũ
potestati in inquirendo, & cognoscẽdo, nõ in-
telligitur dari in decidẽdo. & istã opinio. tenet
Ias. in. d. l. Ius autẽ ciuile. nu. 8. licet aliqua addu
cat in contrariũ, eũ qua dicit, quòd tenet Bal. in
d. l. qui procuratorẽ dat. vlti. colũ. in prin. Et no.
supradicta, quia quotidie eueniunt in practica.
& alias limitationes ponit Ias. in. d. l. Ius autem
ciuile. quas per te vide. ¶ Vnum tamen nota in
9 materia dicta, ꝙ si aliquis processit in † causa tã-
quam iudex delegatus, cùm nõ sit, si tamen habe
bat in illa causa iurisdictionem ordinariã, valent
acta, licet in illa processerit vt delegatus. tenet
Paulus de Castro in. l. habebat. in fine. ff. de in-
stituto. ¶ Et idem tenet Angel. in. l. 2. §. conue
nire. ff. de iudic. vbi dicit, quòd putans se habe-
re iurisdictionem ex vno capite, & eam non ha
bet, sed habet ex alio, si procedit ex capite in
competenti, non vitiatur processus. quod dicit
esse verum, quando litigantes procedunt ex ca-
pite competenti. Secus si procederent ex capite
incompetenti, ita, quòd errarent simul litigan-
tes, & iudex. text. in. l. sed si in seruum. §. si quis
iudex. ff. de arbitris. ¶ Adde quoque, quòd si ali
10 quis habet ordinariam, & delegatam † iurisdi-
ctionem, quòd si ordinarius vult, potest proce-
dere ex delegata, omissa ordinaria. vt per Inno-
centium, & omnes alios in dicto capitul. cùm
ex officij. subdentes, quòd potest procedere
ex vtraque. quod est bene notandum secũdùm
Imolam in capitul. nisi essent. de præbend. pri-
ma columna. & Felinus in dicto capitulo. ex
officij. columna vndecima. versicul. secũda con
clusio. sed si simpliciter procedat. videtur pro-
cedere principaliter ex delegata. secũdùm Ab-
batem, ibi. post Butrig. per. l. tertiam. ff. de mi-
lit. testament. vbi miles testando videtur in du-
bio elegisse viam efficaciorem. & procedit hoc
in dubio secundùm Felinum. ibi colum. 15. ver-
cul. sexta conclusio. quando in sententia est clau
sula omni meliori modo, quòd possum. & sequi
tur Iohann. Andre. & Domin. in capit. si post-
quam. de election. in sexto. in secunda columna.
¶ Quod amplia secundùm Felinum, vbi suprà,
columna. 16. etiam si iudex expressit ordinariã
potestatem. & Abbas ibi. quia sępe exprimitur
causa demonstrandi personam. vt per ipsum.
¶ Amplia, & secundò secundùm eundem non
dum si habet delegatam & ordinariã, sed etiam
si habet solam delegatam alterantem, seu reuocã
tem ordinariam. vt ibi per Abbatem & latissi-
mè per Felinum: quem vide.

Summarium.

1 Iudices salariati de publico, vel literati nil de-
bent recipere prouidendo processum, aliàs
puniũtur, quia priuãtur officio, & cũ quadru
plo restituant recepta.
2 Priuationis pœna non debet poni, nisi in casi-
bus à iure expressis.
tum. vt in rubrica. de decurioni. C. lib. 10. Sed di-
cit, quòd ista regula negatiuè non est vera, & sic
quòd non possunt statuere, quòd appellatio non
interponatur, sed affirmatiuè sic, & sic quòd pos
sit statuere, quòd possint appellari. vt ibi per
Angel. Sed quid si per istos rectores sunt fa-
cta noua statuta & redacta in nouo volumine,
nec ibi continebatur, quod vetera essent abolita:
18 accidit quod vnus casus, † qui non reperiebatur
decisus per noua statuta, sed per vetera sic, & ali-
ter quam disponeret ius commune, dubitatur, an
debeat decidi secundum vetera statuta, an secun-
dum ius commune? Dic quòd debet decidi secū-
dum vetera statuta, quia non fuerunt expressè
sublata, ita tenet Paul. de Castro in. l. 1. C. de
iusti. C. confirman. numer. 4. Et hanc decisionē
Paul. dicit notabil. Alexand. in additio. ad Bart.
in. l. final. ff. de fals. Aut pœnam statuti facti
19 per villam, seu ciuitatem, sit sublata pœna† legis
antiquæ? Videtur quòd non: cùm in electione iu
dicis sit imponere pœnam iuris communis, aut
statuti: quoniam per legem nouam statutariam
non intelligitur sublata pœna. l. antiquæ, inn
vtraq; pœna durat. vt est casus in. l. in eum. ff. de
furtis. & in. l. quotiens. ff. de actio. & obliga. &
notat Bartol. in. l. senatus in principio. ff. de accu
sa. & tenet Angel. de Aret. in tracta malefi. in par
te, & ibi caput à spatuli. versicul. quid autem. nu-
mer. 3. & ibi Augustinus. in additione. numer. 9.
vbi tenet quod ita communiter doctores tenent
per. l. qui sepulchra. C. de sepul. viol. & ibi Cyn.
quoq; tenet, quod ista sit communis opinio. &
istam met opinionem tenet Oldraldus in consi-
lio. 94. columna. 4. & Bald. in consilio. 220. in. 3.
volumine incipiente, in causa domini Miliani.
6. colum versic. quidam. vbi relata opinione sua
subdito, quod alij dicunt, quod vni legi per aliā
non videtur derogari, cum correctio sit euitan-
da. vt in. d. l. quotiens. de actio. & obliga. & Bar.
in. l. prima. ff. vi bonorum rapto. Tamen si
fieret

fieret executio vnius pœnæ, ceſſaret alia, niſi eſ-
ſet inuenta ad ſupplementum primæ: quia deli-
ctum, quod non eſt plenè purgatum, debet pur-
gari. vt in cap. ad ſi clerici. de iudiciis. &. l. 2. C.
de ſporto. vt tenet Bernardi. de Landria. in addi-
tio. ad Angel. in tracta. maleficiorum. vbi ſuprà.
℣ Quod Angel. intelligit verum, vbi ſuprà, niſi
ex aliquibus coniecturis appareat, quòd per im
poſitionem nouæ pœnæ per ſtatutum, vel refor
mationem ſit receſſum à pœna antiqua. Idem te
net Abb. in. c. de cauſis de offi. delega. & ibi mo-
der. & Bart. in. d. l. 1. ff. vi bono. rapto. ℣ Sed con
tra Bart. & Cyn. tenet Iohan. Andre. & Bald. in
l. data opera. C. qui accuſa. non poſ. & Petrus de
Anchara. in cap. maiores. de Baptiſ. Imò quòd
per pœnam ſtatutariam videtur receſſum à pœ-
na iuris communis, & factus eſt iudex, qui pœ-
nam iuris communis imponeret, quia poteſtas
iurauit ſeruare ſtatuta. Et hāc opinionē dicit Au
guſti. de Arimi. in addi. ad. d. Ang. in tracta. ma-
lefi. vbi ſuprà, q̄ ſibi magis placet maximè p di
ctum Bald. in. l. 2. C. de rebus credi. in fine. vbi
per tex. in l. qui cum vos. §. qui poſt. ff. de re mi-
lita. dixit, quòd vbi per ſtatutum minuitur pœ-
na, videtur receſſum ab alia pœna capitali, hoc
eſt maiori. quinimo hoc voluit Bald. in. l. final.
C. de ædificiis priua. vbi tenet. quòd vbi per. l.
antiquam imponitur pœna grauis, & per. l. no-
uam imponitur pœna minor. per iſtam mino-
rem intelligitur derogatum, & receſſum à maio-
ri. ℣ Alberi. de Roſa. iſtam. q. examinat, in pri-
ma parte ſtatu. quæſtio. 8. vbi latè allegat omnia,
quæ poſſunt allegari pro vtraq; parte, & conclu
dit, quòd totus mundus obſeruat, quòd per pœ-
nam ſtatuti ſit derogatum pœnæ iuris cōmunis.
vt ibi in fine tenet. & Hippolytus de Marſi. in
ſua practi. crimi. §. quæritur. in principio. vſq; in
fine per decem colum. hanc examinat quæſtio-
nem, & ibi in numer. 5. & 6. tenet, quòd opinio
Alberici vbi ſuprà, eſt communis, & eſt tenēda
tanquam æqua, & ſic, quòd per pœnā ſtatuti de
rogitur pœna iuris communis, quidquid dixe-
rit Bartol. in. d. l. prima. ff. vi bonorum rapto. Et
hanc opi. Alberic. tenet Salyc. in. d. l. qui ſe pul-
chra. colum. 2. verſic. quæro tunc ſecundò. vſq;
in fine. vbi eam tenet per quinq; fundamen-
ta ſatis ſingularia, & dicit, quòd opi. Bart. in. d. l.
prima, & ſequatium, videtur ſibi periculoſa pro
aſſeſſoribus, & præſidibus, & cum hāc videtur.
ibi tenere Cy. verſic. ſecundò allegatur. in addi-
tione. in quantum dicit, & ita tenent noſtri do-
ctores, & videtur expreſſum in. l. qui cū vno.
§. qui poſt verſicul. nam exequi. ff. de re milita.

& iſtam opi. tenet Alex. in additio. ad Bart. in
d. l. 1. ff. vi bono. rapto. in addi. 2. Et retēta iſta opi
niōe pro cōmuni, vt dictū eſt. ℣ Dic eā limitari
niſi ipſa lex eſſet iuſtior, & æquior ſtatuto, quā
illo caſu, non eſt credēdū, nec tenēdū, q̄ talis lex
ſit ſublata per dictum ſtatutum. vt tenet dictus
Hippolyt. de Marſi. in. d. practi. crimi. §. quæri-
tur. nu. 7. quod dicit eſſe nouū, & notandum, ad
quod dicit videndū Iaſ. in. l. Gallus. §. quidam re
ctē. vlti. colum. in fine. ff. de liberis, & poſthum.
℣ Quoq; dictus Hippolyt. vbi ſuprà. nume. 9.
intelligit dictā cōmunē opin. quādo ſtatutū po
ſterius tollens primū, faciat ſpecialem mentio-
nem primi ſtatuti, cū clauſula derogatoria dicti
primi ſtatuti, aliàs pœna iuris cōmunis non eſ-
ſet ſublata, nec primū ſtatutū per poſterius, ſine
tali clauſula, ad quod allegat ipſe plura iura, quæ
per te vide tamen ipſe in numer. 16. tenet, quòd
ſufficit generalis derogatio abſq; eo, q̄ ad ſpe-
ciem deueniatur, per iura. vt ibi per eum. & vi.
Bald. in. l. ſi quis ab alio. ff. de calūnia, vbi ait q̄ li
cet lex noua nouā imponat pœnā, niſi ſit clauſu
la derogatoria aliarū legū, non intelligitur ſubla
tus alius modus agendi. Quod dicit eſſe notan-
dum pro ſtatutis imponentibus diuerſas pœ-
nas à iure communi. vt dicit notare Cyn. in. d. l.
qui ſepulchra. Sed tu tene ſupradictā opi. com-
20 munē. ℣ Sed nunquid ſi eligitur via † ſtatuti, quo
pœna minor imponitur, poſſit agi via commu-
ni, quæ imponit maiorem, vel econtra ſi maior
eſſet pœna ſtatuti, quod videtur. vt. in. l. 2. ff. vi.
bono. rapto. & in. d. l. cùm ex vno. Sed contrariū
videtur. vt in. l. ſenatus. ff. de accuſationibus, &
in. l. 2. quòd ſenatus. ff. de iniuriis. ℣ Sed dictæ
leges ſecundùm Cyn. in. d. l. qui ſepulchra. non
obſtant quia verum eſt, quotiēs ſunt plures viæ
agendi, quod vna peracta, agitur alia in quantū
plus eſt quando vtraq; competit ad intereſſe,
ſed ſi vtraq; ad vindictum, tunc ſecus. vt nota-
tur in. d. l. quod ſenatus. & dicit Cy. quod iſta
opinio tenet Iohan. de Rauē. vbicunq; crimen
punitur diuerſis legibus ſub eadem conſideratio
ne. de quo ibi per Salyce. qui tenet cū dño. Cy.
℣ An iſti, qui dicta ſtatuta fecerunt conceſſio-
ne principis, per illum text. an poſtquam fece-
21 runt, poſſunt poſtea † ea reuocare? Videtur quod
non, quia intelligeretur de primo actu. vt in. l.
boues. §. hoc ſermone. ff. de verbo. ſignificatio.
℣ Contrarium eſt verum ſecundùm Bald. in tit.
de pace conteſten. in vſi. feudo. in 6. colum. nu-
me. 21. per text. in argumen. in. l. omnium. C. de
teſta. & quod notatur in capi. non poteſt. de præ-
ben. in. 6. in nouella. Et ex his apparet ſecundū

Bald. vbi suprà. quòd statuta potius accedunt vltimæ voluntati, quàm contractui. vt notatur in capitul. cunctis. de concessi. præben. in. 6. & per Cy. in. l. fi. §. 1. C. communia. de leg. & idem, quòd possunt reuocare tenet Bart. in. l. omniū. C. de testamen. Et istud tene, licet Bald. ibi teneat contrarium, dicendo, quòd eadem solennitas requiritur in destruendo, quæ in constituendo. arg. in. l. si vt proponis. C. de nuptiis. quia cum opinione Bartol. trāsit Fulg. Salyc. & Paul. de Castro ibi. Et pro hoc allegat Paul. dictum Iohan. Andre. in nouella. in capitul. 1. de his quę fiunt à maior. part. capitul. vbi ait, quòd si canonici iurant seruare statuta, intelligitur quousq; durabunt, & possunt statuta reuocare, nec sunt periuri, cùm de natura ipsorum sit, quod reuocari possunt sicut testamentum. de quo per Bart. in. d. l. omnes populi. de iusti. & iur. 12. columm. nu. 33. & est text. in. c. cùm accessissent. de constitutio. & pro opinione Bartol. & sequatium est text. in. l. 44. de Toro. & tenet Angel. singulariter, in. l. Paulus. la primera. ff. de re iudi. in fine. vbi ait, quòd ab statuto populi confirmato per principem recedi potest per ipsos statuentes. quod dicit esse menti tenendum. ¶ Abba. tamen in dicto capitul. cùm accessisset, numer. 2. dicit, quòd solêt Bartol. & Bald concordare, vt opi. Bart. procedat, quando statutum concernit principale fauore statuētium quia tunc confirmatio habet vim cuiusdam priuilegij cui possunt statuētes vt priuilegio renuntiare. vt in capitul. cùm illorum. de præben. Et dictum Bald. procedat, quando statutum concernit fauorem aliorum, vel bonum publicum, ita quòd non merè ipsos statuētes: quia ex quo superior confirmat, videtur dispositionem suā facere: quia omnia nostra facimus, quibus authoritatē impartimur. vt in capitul. apostolicæ. de preben. in. 6. l. prima. Circa medium. C. de veteriur enucleran. & inferior non potest legem superioris tollere. vt in Clemētine Romani. de electio. Andre. Sicul. Barb. in. d. capitul. cum venissent. colum. 10. per. 6. colum. istam quæstio. examinat, & dicit, quòd Iesus Christus reuelet vobis veritatem huius hæsitationis: & ponit quamplurimas opiniones doctorū: & intellectus. Attamē in. 12. colū. versic. & in quātū vult tenere cū distinctiōe Abb. supra relata, sed dicit, ꝙ debet restringi, & limitari verā, si per illam reuocationē reducāt se ad terminos iuris communis. vt probat d. text. in. d. capitul. cùm accessissent. & hoc voluit. Bartol. vbi suprà. & facit ad hoc. c. pro illorum. de præbenę & capitulo. dilecto. eodem. titulo. vbi vi. Abba. numer. 17. & 19. & est ponderanda dict. l. omnium, quę loquitur secundùm Barb. vbi suprà. eo casu. quòd quis poterat testari sine principe, & etiam respicit commodum ipsius testantis, & dicitur, quòd sine principe potest reuocare. Et sic est ibi casus formalis secūdū Barb. vbi suprà pro dicto Abb. quòd vbicunq; statutum, & confirmatio eius tendunt ad vtilitatem statuentium, possunt statuentes reuocare. Et pro consequens cum reuerentia Bart. non bene loquitur. in quantum assumit doctrinam ita largam ex illo text. dicendo, quòd statuentes passim possunt reuocare statuta confirmata à superiore. Quia ille text. loquitur, quando actus, & eius cōfirmatio concernebat vtilitatem ipsius disponentis, nec de hoc doctores animaduerterunt. Et ita dicit Barbat. vidisse doctores Perusinos. in. d. l. omnium. ponderantes illum text. contra Bartol. & dicit, quòd ista concordia Abb. quam dictus. Abb. sibi attribuit, fuit Angel. in dict. l. omnium. de quo per dictum Andre. Sicul. Barb. vbi suprà. ¶ Et licet sit verum, quòd statuentes possunt reuocare, vt dictum est, fallit, si in confirmatione princeps opponat clausulam decreti decernentis irritum, quia tunc non est licitum inferiori contrauenire. gloss. est. & ibi Abb. numer. 14. in. c. dilecto. de præben. ¶ Sed quid si omnes de consilio iurauerunt seruare statuta, an possunt pro bono publico reuocare sine metu periurij? Dic quòd sic: quia iuramentum intelligitur, dum statuta fuerint statuta. Si tamen iurassent non reuocare, tunc bene essent periuri nisi habita esset consyderatio statuti tanquam à causa finali, quia tunc defectus causæ finalis excusat à periurio. tenet Montalu. in. l. prima titul. 7. lib. 1. for. ll. in gloss. juren. Et de ista materia vide Alberi. in. 1. part. statu. q. 16.

Summarium.

1 Electio officialium ad concilium ciuitatis spectat.
2 Electio debet fieri de magis idoneo.
3 Electio debet statim notificari electo.
4 Appellari potest à nominatione.
5 Si appellationis causa est pronunciatum, ꝙ quis acceptet

acceptet officium, eo nolente acceptare, debet alius loco eius subrrogari, & illi subrroga to dare bona renuentis possidêda, & vsufructuanda. Et quoq; potest poni in carceribus & in banno, & indici multa.

6 Si pro contumace iusso gerere magistratum côpareat alius, & vult onus officij subire pro ipso, non est amittendus.

7 Appellatione durante à nominatione si est collega in officio, an ipse in solidum officium exercet.

8 Qoid in pluribus executoribus, & fidei comissariis, an si vnus se excuset, alter totum officium adimpleat.

9 A tutela, & cura non debet quis appellare, sed se excusare.

Excusationi isti debet dari curator liti, aliàs sententia excusationis est nulla.

10 Nominans indebitè aliquem, sciens eum habere excusationem, tenetur ei ad omnes sumptus litis.

11 Eligere non potest officiales solus magistratus, & quid si est electus, & nô accecptat officium, an iteratio ciuitas potest eligere.

12 Côfirmatio officialiû debet fieri per principê.

d 1 Eligan. [d] Idem est de iure cômuni, qoia ad concilium ciuitatis † spectat facere electionem officialium, & syndicorum. vt tenet Bart. in. l. 2. C. de decurio. lib. 10. in fine. & text. in. l Itê eorû. §. si decuriones. ff. quod cuius vuiuersi nomi. & l. sed si ex dolo. §. 1. ff. de dolo. & ibi gloss. Platea. in rubrica. de decurio. & in. l. 2. eiusd. vt nu. 3. & Lucas de Pen. in princip. vbi ait φ is ergo, qoi præest ciuitati facere, seu curare debet vt cum imminet officialium electio, aut aliqua munera, ipsi decuriôes solenniter ad curiã euocêtur, & electio per eos, vel nominatio fiat. Idê tenet Petrus Antiboli. in tracta. de muneri. in. 3. parte. §. 4. nu. 200. quê vide. tomo 6. tracta. fo. 43. ¶ Talis enim electio de-

2 bet † fieri de magis idoneo vt Innoc. in. c. cum olim. de testibus. nu. 2. tamê si fiat de digno, non vitiatur, licet potuerit fieri de digniori. glos. & Bart. in. l. cû quidã. ff. de lega. 2. Et vi. Plat. in. l. 1. C. de agricolis, & mancipiis domini. & fiscali. lib. 11. vbi ait, φ electio ad honores & muneraciuitatis debet fieri de ordinibos decurionû, & de aliis florêtibus viris ciuitatis: nec est descendêdû ad infimdos, nisi in subsidiû, quo casu etiã mi nus idonei eliguntur. vt ibi per eû. Et sic debet intelligi qood dicit Plat. in. l. per Illiricû. C. de cohartali. lib. 12. vbi ait, φ sectâtes immania, & illicita lucra, non sunt ad officia eligêdi, & idem tenet ipse Plat. in. l. si cohartalis. eiusdê tit. dicêdo, φ artifices, & negotiatores, & aliæ viles personæ nô possunt assumere officia prouinciæ, nec alias

3 dignitates. ¶ Talis electio debet statim † notificari electo, & si est absens, per publicum nuntiû. vt Bartol. & Plat. in d. l. 2. nu. 4. quia anteaquã

eligan justamête [y]

sibi notificetur, nô currit têpus appellãdi à tali nominatiôe. vt tenet Bald. & Angel. in. l. 1. C. de tempori. appella. & talis denûtiatio debet ei fieri personaliter vel ad domû. vt in. l. scire oportet. §. oportet. el primero. ff. de excusa. tuto. Quia citatio, & notificatio solêniter facta ad domû alicuius. præsumitur ad eius notitiã deuenire, vt in. l. vt perfectius. in verbo, domiciliû. C. de annali. excep. & in. l. 1. §. 1. vbi est bonus text. de hoc. & ibi Bart. ff. de liberi. agendis, & agnosce. ¶ Etab.

4 ista nominatione † de aliquo ad munus publicû. authoritate, & vtilitate potest appellari. vt in. d. 2. C. de decur. & in. l. si ad scribatû. & in. l. hic qui. C. de appel. & est text. similis in. leg. 8. tit. 23. parti. 3. Et hæc appellatio ad nominatione, debet terminari, infrã duos menses. vt in. l. 1. C. de têpori. appel. & Plat. in. d. l. 2. & ibi gl. & idê tenet Iohã: de Plat. in. l. generali. C. de decurio. lib. 10. in fine. ¶ Et si appellitione ista pendente aliquod dãnum vniuersitati eueniret, ex eo, φ non acceptauit officium, per appellantem, debet resarciri, si iodex appellationis, pnûtiat male appellatû à tali nomjnatiôe. Sed si, pnûtiat bene appellatû, electores debêt de suo reipublicæ resarcire. vt tenet. d. l. parti. & Ang. in. l si imperatores. §. si magistrat⁹. ff. de appel. vbi est simil. tex. ¶ Sed postqoã in causa appellationis est pronûciatû quòd

5 acceptet officium, † eo nolente acceptare, debet alius loco eius subrrogati, & illi subrrogato dari bona recusantis possidenda, & vsofructuanda, donec durat. Et iste contumax quandocunq; fuerit repert⁹, cogitur iteratò ipsû gerere magistratû duplicato têpore, quo prius erat ipse gesturus. vt est text. & ibi Bartol. Plat. & Lucas de Pê. in. l. si ad magistrum. C. de decur. libr. 10. & tenet Ludouicus Roma. in singula. 185.

¶ Et quoq; dicit Bald. in. l. præsens. C. de sospecti. tuto. quòd illi qui nolunt acceptare officia communia, quæ sunt onerosa possunt poni in carceribus, & in bãno. Et Ang. de Aretio. in. l. prima. §. si quis tutor. ff. quando apppellan. sit. colum. 1. & Bald. in. l. 3. C. de excusa. tutor. & ibi gloss. & in. l. imperatores. §. 1. ff. de appella. & d. Petrus Antiboli in. d. tracta. de muneribus. in 3. parte. §. 4. numer. 81. tomo. 6. tractat. folio. 42

Sed an in casu huius legis poterit huic electo iudici multa, et propterea magistratum gerere compellatur. Quod non videtur, cùm contenti esse debeamus pœnis legalibus comprælıensis. l. si compulsus. §. si diuortio. ff. de verbo. obliga. Sed contrarium est secundùm Lucam de Pen. in dict. l. si magistratum, prima colum. vt latè ibi per eũ. Et in tantum, quod si proba tali contu-
6 mace iusso gerere magistratum cõpareat † alius, & vult hoc onus officij subire pro ipso, quòd non est admittendus. vt. l. Sthium Titio. §. vlti. ff. de statu. liber. cum concordantiis per d. Lucã de Pen. in. d. l. si ad magistratũ. 3. colum. versicul. Item pone. vbi hoc singulariter approbat.
7 Sed si est collega in officio, durante † appellatione ab ista nominatione, ipse collega in solidum officiũ exercere debet: & si ambo nolũt acceptare, in locum amborum appellantium aliquis debet subrrogari, donec causa appellationis terminetur, secundùm Angel. in. d. l. si imperatores. §. si magistratus. ff. de appella. Quod ibi dicit idem dicendum est in pluribus fidei commis-
8 sariis, & † executorib⁹ testamẽti, vt si vnus se excusat, alter totum officium debet complere: & si omnes se excusant, & periculum sit in mora, diœcesanus eorum loco executioni tradere poterit omnia in testamento relicta, quod idem tenet Alexand. in additio. ad Bart. in. l. prima §. si plures. ff. de exercito actione, in additione, quę incipit, distingue. & est text. in capitul. 2. §. sanè. de testamen. in. 6. Sed suprà dictu an habeant lo-
9 cum, quando quis appellat † à tutela, vel cura? Dic quòd non: quia in istis non debet appellari, sed debet quis se excusare infrà quinquagintà dies: & si eius excusatio reiicitur, tunc à tali sententia reiectionis excusationis poterit appellari. vt in. §. qui autem. Institu. de excusa. tuto. & est text. in dict. l. 8. titul. 23 parti. 3. Et ratio istius potest esse secundùm Iohannẽ de Plat. in. d. l. 2. C de decurio. lib. 10. quia nominatio non fit cũ deliberatione consilij, sicut illa, quæ fit à concilio ciuitatis, secundùm Cy. in. d. l. hic qui. C. de appellatio. Nota tamen vnum circa excusationem tutelæ in practica, quam pauci sciunt: quia intra obseruationem temporum, de quibus in. l. scire oportet. ff. de excusa. tutor. & §. qui autem. Institu. eod. volens se excusare, faciat dare à iudice curatorem hunc liti pupilli, vel adulti, & cũ illo curator elitiget, ita quòd illo curatore defendentem causam pupilli, vel adulti, feratur sententia excusationis: aliàs si contra fieret sententia excusationis esset nulla ipso iure, tanquàm lata contra pupillum, vel adultum in defensum. ita tenet Matesila singul. 136. & vide Ang. in dict. §. qui autẽ. nu. 2. & glos. in. l. 1. c. si tutor, vel vel cura. fals. allegan. excusa. in gloss. a.

Ln proposito adde vnũ notandum, quòd ille
10 qui indebitè † aliquem nominauit, sciens eum habere excusationem, si causa eum vexandi, vel ex odio nominat, tenetur ei ad omnes sumptus litis, quos ille nominatus faciet in causa appellationis se excusando, eius iuramento, & iudicis taxatione declarandos, ne eius temeritas, & calumnia transeat impunita. vt tenet Iohan. de Plat. in dict. l. secunda. C. de decurio. in fine. per iura. vt ibi per eum. In tantum isti officiales debent eligi per consilium ciuitatis, quòd, si so-
11 lus magistratus, † & sic corrector, vel prætor vellet eos eligere solus, sua electio non valet. vt in. l. nominationes. C. de appella. nisi decuriones hoc ei commisserint. vt tenet Lucas de Penna. in dict. l. secunda de decurio. in fine. per text. in. l. Item eorum. § si decuriones. ff. quod cuius. vniuersita. nomi. Vnde secundum eum primi reges Romanorũ, videlicet Romulus, & Nũma Pompilius binos quæstores habuerunt, consensu, & electione populi, non eorum voce creatos. vt in. l. prima. in principio. ff. de officio quæsto. Sed quid si ciuitas eligat potestatem ciuitatis, seu alium officialem, & ille electus consentit, an ciuitas potest iteratò eligere? Dic quòd sic: quia iste text. videtur cogitare de effectu. & tenet Bald. in capitul. causamq; de electione. numer. 11. per. l. hæc conditio. in principio. ff. de cõdi. & demonstra. & per. l. qui per salutem. ff. de
12 iure iuran. Et licet † electio spectet ad decuriones, tamen confirmatio officialium debet fieri per literam approbatoriam principis. tenet Plat. in. l. nullus. C. de cohartali. principibus. libro. 12.

Summarium.

1 Eligendus non est quis ad clamorem populi.

Sin parcialidad.

sin parcialidad [e], y ansi mismo a las q conciernen al bien comun [f]: ansi que en los menestrales [g], y otros officiales vsen de sus officios bien y fielmente, y sin fraude alguno, como en que la tierra sea bien bastecida de carne, y pescados y otros mantenimientos a razona-

Sin parcialidad. [e] In tantum, quod si talis electio fiat cum illa parcialitate, vel rumore populi, non valet. vt Baldus. in lege omnem. C. ad Tertul. in fine. & glossa in capit. secundo. de electione. in prima glossa. vbi ad clamorem † populi nullus est eligendus: quia sæpe, aut gratia hoc faciunt, aut præmium inde recipiunt. capit. si ergo. 3. quæst. prima. quia populus sequendus non est, sed docendus. 62. distinctio. capit. docendus. & cap. miramur. 61. distinctio. & vanæ voces populi non sunt audiendæ. vt in lege decurionum filij. C. de pœnis. & arg. in lege. si constat. ff. de appellatio. & vide quæ dixi supra in capit. quarto in glossa. por ruego. in fine.

[f] Bien comun. [f] In hoc statuentes debent attendere: quia vt inquit Baldus in tracta. statutorum in parte, authoritas. versic. secundo. referendo Cy. magistratibus videtur concessa authoritas statuendi, si ad bonum publicum, & publicam quietem statuant, vt quia statuunt, quod quilibet vadat in exercitum. vel quod nullus vadat de nocte sub certa pœna, & valet tale statutum. vt in lege pro gramma. C. communia. vel epistolæ. Sed ad singulorum vtilitatem non possunt statuere. vt Baldus in lege prima. ff. de officio eius cui mandatum est iuris. prout tenet Baldus vbi supra.

Summarium.

1 LAbor non debet esse vacuus à mercede, & non debet defraudari: quia labor corporis. est maior quolibet pretio.

2 Populus potest statuere circa pretium laboris, attenta ratione victualium.

3 Laboratoribus debet solui pretium sui laboris in ipsa nocte, quando veniunt ex labore, nisi sint pauperes, quia tunc debent aliquid ex principio habere, vt possint laborare.

4 Conducens operas alicuius, vtrum intelligatur sumptu locantis, aut sumptu conductoris.

5 An conducens operarium, teneatur ad instrumenta ad operandum.

6 Scriptor, qui promisit scribere librum, tenetur scribere de suo atramento.

7 Operarius in opere rumpens aliquod instrumentum ferreum conducentis, non tenetur.

8 Quid si frangit rem, in qua operatur.

9 Conducens laboratorem ad laborãdum, an potest alij delegare.

10 Operarius an potest seruire & operare per substitutum.

11 Opus debet fieri de die & non de nocte.

12 Operarios plures mittẽs in vineam suam, & postea mittẽs vnũ, cui promisit sibi dare quantum vnus de alijs habet. an debeat dare quantum ille qui minus habet.

13 Laborator conductus pro mercede quã alij conducti sunt, debet habere minorem, non maiorem.

14 Laboratores conducti ad laborandum in aliena possessione, an puniantur, vide hic fallentias.

15 Laboratores conducti ad laborandum, si condemnantur, an possunt agere contra conducentes.

16 Locans operas suas duobus quis erit potior.

g 1 Menestrales. [g] Quia labor † non debet esse vacuus à mercede vt Specul. in proœmi. sui operis. versi. hoc ergo, & non debet fraudari. vt in l. pẽ §. illo. C. de necessarijs seruis. Bal. in. l. præcipimus. C. de impube. & alijs substitu. col. 4. quia labor corporis etiam minimus, est maior quolibet pretio. vt in. l. seruorum ff. de pœnis. & Bar. in l. 1. C. de sent. quæ pro eo interest. ☞ Et ideo cõdita est lex. 2. tit. 5. lib. 7. in ord. reg. vbi habetur quod populus
2 † faciat circa istos operarios statuta circa sui laboris pretium, attenta ratione pretij victualium. Et est tex. singula. & quoq; dicit. d. l. 1. quod isti labo-
3 ratores in † ipsa nocte. quando veniunt ex labore debet sibi solui pretium sui laboris, nisi alia

die

die sequi voluerit quoq; cum conductore laborare, quia in isto die debet solui. ¶ Tamē si sunt pauperes laboratores, qui alimenta ex diurno labore percipiunt, debent aliquid habere in principio, vt posśint laborare: quia verba debēt intelligi secundum qualitatem personarum, ita tenet Montal. in. l. 3. tit. 20. de las deudas. for. ll. lib. 3. in glo. a plazo. Quod est notandum ad intellectum d. l. 2. ordinamenti. & idem dicit Bal. in. l. 2. C. locati. vbi tenet, ꝙ laboratores de mane, debent aliquid habere, vt posśint laborare, quinimo contrahere potest cum istis soldaderis, & stipendarijs, putà pecuniam eis mutuando ante tempus solutionis stipendij, vt tenet Plat. in. l. iubemus. per hanc. C. de erogati. milita. lib. 12. nu. 2. ¶ Sed
4 quid si aliquis conduxit operas † alicuius, vtrū intelligatur sumpta locantis, aut sumpta conductoris. tex. in. l. 1. in ed. tit. 5. lib. 7. in ordi. rega. dicit, ꝙ sumptu locantis, in quantum dicit, con todas sus herramientas y cō su mantenimiento salgan ala plaça los que se ouieren de alquilar. Sed quidquid dicat ista lex, tenerem in hoc. quod tenet Bar. in. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condi. indebiti. nu. 32. vbi dicit, ꝙ in hoc inspiciendà est consuetudo regionum, quæ consueuit esse in conductione taliū, & illa est seruanda, quia sic actum videtur. vt in. l. excepto. & ibi notata. C. loca. & in. l. domini prædiorum. C. de agri. & censi. lib. 10. & in. l. quid si nollet. §. qui assidua. ff. de ædilitio edicto. & in. l. si pri⁹. §. 1. ff. de aqua pluui. arcend. & tenet Bal. in. l liberti. C. de operis liberto. col. 3. nu. 11. ¶ Sed ista cōsuetudine cessante, tunc ille allimentabitur de pecunia sibi debita pro mercede. cum in dubio intelligatur facere suo victu. secundū Bar. vbi suprà. Ad quod dicit, ꝙ facit, quod notatur in. l. 2. C. locati. & in l. si vero non remunerandi. §. quinto. ff. mandati & in. l. suo victu. ff. de operis libert. vbi melius probatur, quia sicut ibi facit propter remunerationem, ita hic propter mercedem. Et ita credo esse intelligendum. d. l. 1. ordinamen. s. ꝙ de suo teneatur facere victū, & afferre ferramenta, quando consuetudo non est in contrarium, quia tunc dispositio illius. l. est seruanda, licet glo. in. l. quoniā liberi. C. de testi. In. glo. fi. teneat contrarium dicendo, ꝙ laboratores debent alis: quod est verum, quando consuetudo ita se habet, vel ita fuit conuentum inter partes: vel gratis laborant, quia tunc debentur eis alimenta. vt Bar. Bal. Ang. & Saly. in. d. l. quoniam liberi. ¶ Sed quid in dubio quando non fuit inter partes conuentum? Dic ꝙ in dubio semper intelligitur contractus initus secundum consuetudinem loci. glo. in. l. quinta. § in commissoria. ff. de lege commisso. & Bar. in l. magistratus. ff. ad municipal. vt tenet Ias. in. d. l. si non sortem. §. libertus. nu. 28. ¶ Sed quid si aliquis promitteret operas suas remmunerationis seruitij ante habiti? Bar. in. d. §. libertus. dicit, ꝙ est adhibenda distinctio. Aut promittens erat inops, vt dixit in liberto, de quo ibi per eum. Si vero promisśio operarum fieret ex mera liberalitate, non causa mercedis, nec causa remunerationis, tunc intelligerētur promitti sumpta eius, cui debetur. vt in. l. reb⁹. §. possunt. ff. cō modati. secundùm Bar. vbi suprà. ¶ Sed quid si
5 conduxi operariū certa † mercede ad operandum, an ego conducens tenear ad iostrumenta? Dic ꝙ non, sed operarij debent portare omnia instrumenta: & si non habent, debēt cogi ad emendum. prout tenet Imol. in. l. stipulationes commodissimę. ff. de verbo. obliga. & tex in. d. l. cordi. reg. li. & tenet Bal. in. l. 1. C. d verb. signifi. nu. 2. glo. & Bal. ibi in fine in. d. l. quoniam liberi. & glo. in. l. 2. §. fi. ff. ad. l. Rhodi. de iactu. vbi est. tex. & tenet Ias. in. d. §. libertus. nu. 31. & 32. & idem tenet Ang in. d. l. stipulationes commodisśimę, vbi ait, omnes operarios teneri portare omnia instrumenta ad operandum necessaria. Et idem
6 dicit d scriptore, † qui promisśit scribere librū, tenetur scribere de atramento suo, & cum calamo suo, & tenetur etiam scribere de die, & non de nocte. ¶ Sed hoc quoq; intelligo, nisi aliud sit actum inter partes, vel consuetudo sit in contrarium per supradicta. ¶ Sed quid si operarius
7 in opere rumpit † aliquod instrumen⁹um ferreum, an conducens teneatur? Dic ꝙ non, vt est tex. in. l. 2. §. 5. cōseruatis. ff. ad. l. Rhodi. de iactu. & glos. in. d. l. quoniam liberi. & ibi Baldus. & est glo. fi. & tenet Ias. in. d. §. libertus. nu. 30. et. 31. & Bal. in. d. l. 1. nu. 2. C. de verbo. signifi. ¶ Sed qd
8 aūt si frangatur † res, in qua operatur? Vide tex. in. l. cum quæritur. §. si gēma. ff. locati. ¶ An qui conduxit laboratorem ad laborandum, potest alij delegare. Ias. in. d. §. libertus. nu. 16. per tex. ibi tenet ꝙ non: quia operæ officiales non possunt alij delegari. per tex. in. l. 4. ff. de nouatio. Et ratio est secundum eum, quia cohęrent personę, vt in. l. operæ in rerum. ff. de operi. liberto. ergo delegari non possunt. vt in. l. vnica §. nec autem. C. de caducis tollen. Hinc est secundum eum, ꝙ si conduxisti seruum, vt tibi seruiat per annum in domum, non potest alij delegari. & si talis delegatio fiat, liberatur delegans ope exceptionis. vt Bar. in. l. 4. ff. de nouatio. secundùm Ias. vbi supra tamen operę fabriles posśunt alteri delegari, quia tales operæ personæ cohærent. secundùm

Ias.

Iaf.vbi suprà. nu. 18. ¶ Sed an operarius potest
10 operare,† & seruire per substitutum? dic φ non
vt tenet Ang.in.d.l. stipulationes commodissi-
mç.vbi ait,φ scriptor non potest mandare disci-
pulo suo, φ scribat. Quod dicit esse idem in o-
mnib⁹ aliis operariis.quod nota vi.latè p Iohā.
de Piat.in.l.nullus qui.C.de decurio.lib.10.nu.
11 3. Et tale opus † debet fieri de die,cū melius fiat
quàm de nocte: & melius per magistrum, quam
per discipulum,secundùm eundē Ang. ¶ In,p
posito nota vnū qđ tenet Paul.de Ca.in.l.si ita
12 relictum.ff.de legatis.2.φ si aliquis misit† in vi,
neam suā plures operarios, & postea misit vnū
& promisit sibi dare quantum vnus de alijs ha-
bet,φ debet habere quantum ille,qui minus ha-
bet.Sed hoc non habet locū in contractu,in quo
verba non debēt intelligi secundū mentem pro-
ferentis tantū.l.in veteribus. ff.de pactis.& in.l.
in vēditione.in fine.ff.coīa prędiorum.Ideò di
cit Paul.vbi suprà,φ remittitur arbitrio boni vi
ri secundū merita personæ,vt habeat tantū,quan
tum alius,qui tantundem fecit, vel non plus, &
quia labor est remunerandus pro rata.vt Specu-
lator in tit.de deposit.§.7.versic. Sed pone pro-
13 curator. ¶ Laborator verò† conductus pro mer
cede,qua alij conducti sunt,debet habere mino-
rem,non maiorem,si vnus maiorem, alter mino-
rem habeat,secundùm Dy.singula.in.l.qui con-
cubinam.§.primo. ff.de lega. tertio. ¶ Adde in
14 ista materia,φ si laboratores † conducti ad labo-
randum laborant in aliena possessione,excusan
tur. vt tenet Bar.in. l.in rem. §.tignum. ff. de rei
vendica.vbi est glo. ¶ Et facit,quia in talib⁹ con
sueuerunt operari, & locare operas suas. vt in.l.
item apud labeonem. §. si quis astrologus. ff. de
iniuriis,& habito respectu ad artem suam,dede-
runt operam rei licitæ. ¶ Conductor tamen non
excusatur, quia debuit scire fines, & terminos
rei suæ, nec debet errare in facto suo. vt in. l. si
constituerit. C. finium regundo. &.l. fi. ff. pro
suo.& tenet Bal.in.consilio.159.libro tertio. vbi
quoq; dicit.maximè quando isti laboratores ope
rarum manualium sunt rustici, quia rusticitati
parcitur,præterquam in iure naturali. vt in.l. ve
nia. C. de in ius vocan. & credere autem bono
viro eos conducenti, cum quilibet præsumatur
bonus,est contra ius naturale.vt notatur in.l.Ti
tio. ff.de condi. & demonstratio. & facit quod
notatur in.l.quicunq;.§.pēnul.C.de seruis fugi-
tiuis, vbi contractus licitus excusat errantem.&
quia lex dicit. scientia, nō ignorantia volumus
obligari.vt. C de tabulariis.l. generali. & quoq;
tenet Gandi.in tracta.malefi.in parte, de pœnis
reorum.num.3 .& idem Bal. in consilio.264.in
dicto libro.3. ¶ Quod intellige,quando istis la-
boratoribus nulla fuerit facta inhibitio, seu pro
testatio, aliàs tenebuntur domino ad interesse.
per id quod notat Bar.in.l.de pupillo.§. nuntia-
tio.ff. de noui ope. nuntia. & ita limitat Imola.
ibi in dicta.l.de pupillo.§.si quis fortè.& Iason.
ibi in.§.nuntiationem.nu.7.& fuit limitatio Sa-
ly.in lege non ideo minus.C.de accusa. & Bart.
in authen. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi
oppor.& in lege non solùm.§.si mādato.ff.de in
iuriis.in secunda colūna.& Bald⁹.in dicta.l.non
ideò minus.prima colū. Saly.ibi in prima quæ-
stione. ¶ Sed hanc limitationem dicit falsam Au
gusti.de Ari.in additione.ad Angel. in tractatu
malefi.in parte, & Sempronium Rodolphi.nu.
54.vbi plura in contrarium ponit, & in fine ap-
probat opinionem Specula. in tit. de emptione
& vēditione. §.nūc dicendū.vers.si.f.φ si aliqua
adminicula concurrebant cum denuntiatione
protestantis,erat ei credendum,& cui fit prote-
statio, constituitur in mala fide. vt ibi per eum.
Et vide tu Alex.in dicta lege de pupillo.§.nun-
tiationem. num. 12. vbi hoc altercat & dicit, φ
quando denuntiatio fit re integra. i. antea quam
isti operarij locent operas suas, sed si est facta
postquam locauerunt operas suas, talis denun-
tiacio non prodest,nec isti operarij constituun-
tur in mala fide vt puniatur. ¶ Quoque intelli-
ge,quando laboratores non sunt consanguinei,
nec vicini: quia si sunt vicini, vel consangui-
nei.nō excusantur si accusantur,tanquam scien-
tes facta vicini, & laborauerunt in fundum, qui
non erat suus.vt in lege si ita.ff. de fundo instru.
& in lege prima.§.primo.ff.de fulmi.& nota in
lege secunda. C. quando fiscus vel priuatio. vt
tenet Baldus.in dicto consilio.159.in secunda co
lumna.& tenet additio Barto.in lege prima. ff.si
cert. peta. in additione, quæ est in tertia colu-
mna in num. decimoquinto, in parte, vicinus.
¶ Item excusantur si isti laboratores, seu magi-
stri erant bone fidei, quia non puniuntur. vt te-
net Paulus de Castro in lege refectionis.ff.com
munia prædio. in fine. ¶ Sed si isti laboratores
veniunt ad laborandum cum armis, non excu-
santur, vt Baldus in.§.si quis in suo solo. Institu-
ta de rerum diuisione, prout tenet dictus Augu-
stinus de Arimino ad Angelum de Maleficijs.
vbi suprà, quem vide.

Et idem est, si isti operarij excesserunt fines mandati in mittēdo falcem in messem alienam, dominus non tenetur, quia non mandauit, nec ratum habuit. vt in c. cùm ad sedem. de resti. spoliat. prout tenet ad literam Bal. in, d. consilio. 129. in lib. 3. Adde quoq; q si isti laboratores con-
15 demnantur, † poterunt agere actione iniuriarum contra conducentem, & ad damnum. vt est glo. & ibi Bal. in. l. qui sepulchra. in principio. C. de sepul. viola. sed hoc intelligo quando isti laboratores conducebantur ad faciendum opus illicitum, quo casu meritò puniuntur, & si essent ignorantes, quia tunc haberent regressum contra dominum, qui eos conduxit. vt tenet Ias. in d. l. de pupillo. §. nuntiationem. nu. 7. responden do ad tex. qui multum stringit in. l. 2. §. fi. in verbo, & ministerio functi sunt. ff. de termino annot. Et istum tex. ponderauit contra dictam glo. in. d. §. signum. Albericus de Rosa. in. l. si quis id quod. ff. de iuri. om. iudi. Et idem tenet Alex. in d. §. enuntiationem. nu. 13. vbi tenet, q isti tales conducentes laboratores ad faciendum opus illicitum, ipsis opera rijs hoc ignorantibus possunt conueniri ab operarijs actione iniuriarum, per quam consequi poterunt dānum suum, si quod patiantur. per dictum Bal. in. d. l. qui sepulchra. vbi ad hoc subtiliter pōderat illum tex. in versi.
16 viuos polūt. Adde, q si vnus † locauit operas suas duobus, vel promisit duobus laborare agrum, vel scribere librum, licet obligatio sit sine hypotheca, tamen qui prior est tempore, potius est in iure, & ad id potest cogi per capturam personæ, vt notatur de scriptore. ff. de noui ope. nunti. l. stipulatio. §. fine. prout tenet Bal. in. c. quemadmodum de iur. iura, nu. 7.

Summarium.

1 Victualia vt iusto pretio vendantur, spectat ad præfectum vrbis. nu. 4.
2 Sicut pater tenetur alere filium, ita potestas tenetur procurare alimenta ciuitati.
3 Statutum q victualia non vendantur iusto pretio, non valet.
5 Pretium vestimentorum per iudicem potest taxari mercatoribus.
6 Hospita possunt per iudicem taxari.
7 Quis cogitur vēdere res cōpetentes ad victum.
8 Hospitator, qui incipit esse, cogitur recipere hospites, & officium adimplere.
9 Tempore famis, vel carestiæ, licet quis non exposuerit res ad vendendū, cogitur vendere iusto pretio, ne pauperes pereant soluendo eis statum pretium. Et si pauperes non habēt vnde soluant, de publico pretium solui debet.
10 Vendere quis cogitur tēpore necessitatis, quando quis habet vltra suam indigentiam, & vltra quam sibi sint necessaria.
11 Quę non sunt ad victualia, nō cogitur quis vendere.
12 An cogatur quis vendere victualia tempore carestiæ viliori pretio.
13 Tempore carestiæ non habens panem, potest auferri ab habenti impunè.
14 Tempore necessitatis omnia sunt communia.
15 Furans panem tempore necessitatis, non punitur.
16 Ad vendendum vitualia omnes debent compelli tempore carestiæ, & vnus solus compelli non debet.
17 Quis potest cōpelli ad vendendum vitualia iusto pretio, si non est carestia.
18 Vendūtur vitualia tempore carestiæ viliori pretio pauperibus, sed diuitibus iusto pretio.
19 Pauper potest agere contra diuitem, vt ei subueniat tempore carestię.
20 Ad vendendum possunt compelli venire rustici ad ciuitatem victualia. Et obligari ad macellandum certam quantitatem carnium, superueniente publica necessitate in populo, cogi possunt, vt maiorem quantitatem macellent, & ita de similibus.
21 Notarius publicus potest compelli ad acceptandum rogationes.
22 Pretium iustum, quando dicatur.
23 Iudex, vel habens curam fori, potest statuere, q nullus emat in foro vltra duo sextaria grani, vt commodius omnes habere possint, & sic q vltra indigentiam quis non emat.
24 Ne cariùs vendantur res transeuntibus, quàm in mercato venduntur, nec militibus, & officialibus plus quam venduntur priuatis, iudex prouidere debet. Et quoq; debet prouidere vt rustici, qui compelluntur venire ad vendendum, non vendant minutim, sed pro gresso, vel per substitutum, vt subito reuertantur.
25 Efferens in foro pro frumento plus debito, vt alius cariùs emat, vel vēdat, vel promittit plus debito, punitur.
26 Quod non emant reuenditores vitualia vsq; ad certam horam, potest iudex iubere.
27 Iudex debet esse diligens, maximè contra vendentes carnes morbosas, & contra ementes, et vendentes cum ponderibus, aut mensuris falsis, seu non iustis,

28 Si de pretium ponendo frumento esset ratiocinatum in concilio ciuitatis: quia nimis carè vendebatur, & vnus ex consiliariis antequam hoc fieret, totum suum frumentum vendidit caro pretio, postea ordinatione facta emptor potest agere contra venditorem, & venditionem rescindere tanquam factam in fraudem legis futurę. Quod habet locum non solum in consiliario, verumetiam in magno mercatore, sciente hoc esse ordinatum in concilio ciuitatis.

29 Alienando rem, super qua dubitat sibi moueri quæstio, presumitur dolus ex parte vendentis.

30 Victualia potest iudex statuere, & iubere q̃ non vendantur.

31 Granum seu triticum habens, respublica potest cogere ciues ad emendum, & ab ista emptio ne nemo excusatur.

32 Ad emendum granũ eminente necessitate quilibet compellitur ire, etiã ad partes remotas, nec aliquis pretextu priuilegij excusatur. Et ad hoc possunt accipi animalia singulorum, pretio soluto.

33 Ad emendũ granum, & alias res tẽpore necessitatis, pecunia inducitur singulis pro modo facultatum pro vniuerso populo sustentando, & ecclesia quoq; ad hoc tenetur.

34 Frumentum habentes, possun cogi mittere illud ad vendendum in foro publico, tempore necessitatis, & ad hoc nemo excusatur, etiam si sit ecclesia.

35 Subditi possunt vrgeri ad deputandum eorum nemora, aut molendina, seu alia vsui publico, ob necessitatem recepta cõp. tenti mercede.

36 Frumentum q̃ non possit vendi forensibus sub certa pœna, an ciuitas possit statuere.

37 Emptor an perdat pretium rei emptæ vel perdat triticum emptum, quando emit contra de uentum.

38 Ciuitas, quæ vendit frumentum contra statutum, an incidat in pœnam.

39 Minui non potest quãtitas depũtata ad emptionem frumenti, nec in alios vsus conuerti.

[b] A razonables precios. [b] Si milis tex. in.l.1.§. cura carnis. ff. de officio præfec. 1 vrb. vbi dicit, vt victualia † iusto pretio vendantur. spectat ad prefectum vrbis, & sic q̃ pretium in victualibus debet taxari, secundum Bal. ibi, et per Cy. in.l.1. C. de epis. audi. & Bal. in.l. imperatores. ff. ad.l. Iuli. de anno. & Bar. ibi, & tex. in c. 28. infra eod. ⁋ Et alibi quam in stalis publicis carnifices carnes vendere non debet, & sic in locis determinatis à consuetudine. tex & ibi Bal. & Abb. in.c. significante. de apella. nu.11. & sequitur Fran. Luca. in tract. de fisco. 4. part. nu.23. tomo 6. tract. fol. 1d.

bles precios [b], y q las calles y carreras, y carnicerias

Et hoc ius, q̃ non potest alibi vendi potest prescribi. vt Bal. ibi. & latissime per Lucam de Pe. in.l.1. C. de rustica ad vllu. obseq. lib.11. col. 1. et. 2. ⁋ Et Plat. in.l.1. C. de frumen. vrb. constãt. lib.11. & ibi Bar. dicunt per tex. ibi q̃ ex mala administratione frumẽti crescit carestia in republica. Et ex eis habetur q̃ priores, q̃ habent arbitrium super abundantia, possint huius nomine disponere qualiter, & quantũ, & quo ordine possit vẽdi frumentum in foro qualibet die, vel quolibet mense. p. d. § cura carnis. & per alia iura. ⁋ Et ratio quare ad officiũ iudicis ptinet vt ciuitas abũ
2 det alimentis, credo esse: qa sicut pater † tenetur alere filium. vt ff. de alen. libe. & l. cũ haberet. ff. eo qui duxit in matri. quã poliu. p adult. & in.l. cũ non solũ. §. ipsum. C. de bonis quæ liberi. Ita potestas, & decurio tenetur procurare alimẽta ciuitati, qa pater ciuitatis qlibet eorũ dicitur, sc̃dm Plat. in.l. qui cõductioni. C. d his q̃ spõte mune
3 ra suscep lib.10. ⁋ In tantũ, q̃ statutũ † artificũ in cõtrarium non valet. vt in.l.1. C. de monopo li. ⁋ Sed hoc intelligo verũ sc̃dm Bal. in. d.l.1. C.
4 de epis. audi. in reb⁹ necessarijs † ad quotidianũ vsum, qa tunc potest pretiũ taxari, vt in frumẽto. vt Bar. in.d.l.1. C. de fumen. vrb. lib.11. & Pari. de Put. in tracta. syndi. in parte, iudicis suprema potestas. nu.18. folio. 154. Secus in alijs rebus, & mercibus non necessarijs ad quotidianum victũ quia in talib⁹ non põt taxari pretiũ. qa vnusquisq; in re sua est moderator, & arbiter. l. in re mandata. ff. mand. & sic dicit Bal. q̃ intelligatur tex. in. d.l. Imperatores. ff. de anno. Et vi. Abb. in.c.1. de empti. & vẽdi. nu.6. & Guid. Pap. singul. 406. § 1. vbi tenent, q̃ iudex ex officio suo põt imponere pretium in bladijs vendendis in foro publico per tex. in. § similes, alias. §. post natalem in. tit. de pace tenen, & eius viola. & idem Guido singul. 304. & idem tenet Ias. in.l. si ciuitas. ff. si cert. peta. colũ. 4. num.10. allegando Barto. in. l. nemo exterius. C. de Iudæis. & idem Iaso. in l. lex est. ff. de legi. num. 6. & Luca. de Pen. in.l. nominationum. C. de decurio. lib. decimo, fi. colũ. & idem Gandi. in tracta. malefi. in titulo de obseruantia statutorum. nu.10. ⁋ Et etiam iudex ecclesiasticus

ecclesiasticus potest hoc facere. vt Abb. in.d.c.
1.de empti.& vendi ¶ Vnde infert Bal.in.d.l.1.
C.de episc. audi.ꝙ cùm appellatione victus conti
5 neantur vestimenta, ꝙ potest taxari † pretium
istis mercatoribus,qui vendunt pannos,& tenet
Pari de Put.vbi suprà nu.19.¶ Item cum verbo
victus contineatur non solùm cibaria,sed habi-
tatio.vt.ff.de verbo.signifi.l.verbo victus. ꝙ ho-
6 spitia† possunt taxari,vt nõ percipiatur de pen
sione,nisi vsq; ad quãtitatem taxatam per bonos
viros.& idem tenet Paul. de Cast.& Cy.in.d.l.
1.& est glo.in.c.eps.10.q.2.& Paris.de Put. vbi
suprà & sic potest prouidere, ne mercatores ni-
mis carè vendãt merces suas, quia ex hoc lędun
tur omnes,maximè pauperes ,qui pertinent ad
curam & prouidentiam eorum. secundùm Bal.
vbi suprà.& est tex. in. c. 6. suprà eod. & Abb.
vbi suprà.¶ In tantum,ꝙ quis potest cogi † ven
7 dere res competentes ad victum. vt in d.§. cura
carnis.& glo.in.d.c.eps.sed hoc intelligit Cy.in
d.l.1.quando habet rem venalem ad victum,co-
gitur vẽdere,si pertineat ad victum. vt dicit pro
bari secũdum quosdam in.l.1 9.fi. ff.furt.aduers.
naut.caup.vbi dicitur , ꝙ non potest caupo iti-
nerantes expellere,ex quo tabernam tenet,& res
habet ibi venales. ¶ Et quia quando quis cepit
8 esse hospitator† publicus,cogitur recipere & offi
tium implere. & Plat.in l.cursum ambularẽ. C.
de curs.publi.lib.12.nu.2.dicendo , ꝙ quis cogi-
tur hospites recipere transeuntes, & notarius ro
gationes,ex quo consueuerunt tales artes facere,
vt per Bar.in.d. l.in eos. §.serui.ff. furti. aduers.
naut.vbi dicit,ꝙ hoc verum,postquàm posuit si
gnum.id est tabulam.tunc hospites cogitur reci
pere,nisi ex causa recuset.vt ibi per eum. & in.l.
1.§.maxima.ff.naut.caup.stabul.& Montal.in.l.
7.tit.14.parti.7. Philip. Decius in.l.inuitus. ff.
de regul.iur.vbi quoq; ponit personas,quę pos-
sunt compelli ad aliquid faciẽdum. ¶ Quoq; co
gitur quis locare equum suum,ex quo consueuit
locare,& pro illo pretio tenebitur, & si constat,
ꝙ locat diuersis pretiis , tunc statuitur pretium
arbitrio iudicis,tenet Plat.in.d.l.cursum ambu-
larem. ¶ Tamen videtur dicendum , ꝙ licet ha-
beat venalem,si pœniteat , non potest compelli
vendere.vt in.l .nec emere. C.de iure delibe. &
in.d.l.in rem meam.quod Saly. ibi in.d.l.1. non
sit indistinctè credit ꝙ potest pœnitere, nisi sit
pœnitentia cum iusta causa : quia quæ ab initio
sunt voluntatis, ex post facto efficiuntur neces-
sitatis.l.sicut.C.de actio.& obliga.¶ Sed ego te-
neo,quòd licet non exposuerit ad vẽdendum,si
est tempus famis,vel carestiæ,possunt compelli
ad vendendum victualia , iusto pretio taxando,
ne pauperes pereant.vt Montal.in.l.4.tit.10.fo-
ro ll.lib.3.in verbo, que no quiere vender. post
medium vbi latè de hoc. ¶ Vbi inter alia dicit,
ꝙ tempore famis si indigentes habeant pretium
vnde soluant,tunc omnia liberè sunt communi-
canda,& si non habent vnde soluant,tunc de pu
blico pretium solui debet,si potest,quod est no
tandum. Et facit quod tenet Lucas de Penn.in.l.
si minori. C.de iure fisci.lib.10. vbi ait,ꝙ qui frau
dat panem esurientium, vt vir sanguinis est. vt
in.c.immolãs.14.q.5. ¶ Nota vnum,ꝙ licet quis
cogatur vendere triticum tempore carestiæ , &
necessitatis,vt dictum est,& hic tractatur,non co
gitur vendere habita fide de pretio , sed ei debet
statim solui pretium. glo.in.l.1. C.de commun.
seruo magnu.in verbo,necessitatem. & commu
ne.eam ibi Bal.& additiona. Iohã.de Anna.in c.
præsenti.de Iudæis. Quod facit ad pragmat. fa-
ctam anno.1540.Vallisol.que dize. que se pue-
da tomar la mitad del pã a los arrẽdadores. quia
debet eis illicitò solui pretium. ¶ Intellige hoc,
ꝙ quis cogitur vendere victualia.s. quando ha-
10 bet extra † suã indigentiam. vt tenet Paul.de Ca
stro in.d.l.1.C.de epis.audi.& Bartachi. de Fir-
mio. in suo reperto. in parte , victualia . vbi ait,
ꝙ victualia qui non cogitur vendere etiam iu-
sto pretio , si non habet vltra quàm sibi sint ne-
cessaria. ¶ Et licet quis cogatur vendere, non
tamen compellitur alium emere , nec econtra :
quia vnum statutum non includit aliud. vt Bal.
in. l.1. C.de commu. seruo. magnu. & Iohã. de
Plat.in.l.1. C.de supres.lib.11. ¶ Quinimo tem-
pore famis,seu carestię potestas nõ tenetur ha
bere tot bernarios.& residẽtes,quos habere con
sueuit tẽpore vbertatis. vt tenet Bal.in.c.ex par-
te.de constitutio.nu.11.¶ Et ꝙ quis teneatur vi-
ctualia vendere iusto pretio.vt dictum est,secus
11 † de non victualibus , quia tunc non compelli-
tur iusto pretio vendere: quia quilibet est mode
rator ipsius.vt it.d.l.in rem. nisi in casibus nota-
tis per glo.in.l in vtrum comparare. C. de con-
trahen.empti. ¶ Bar.tamen in.d.§.cura carnis.te-
12 net,ꝙ tempore necessitatis, † & carestiæ cogan
tur vendere victualia minus iusto pretio. vt in.l.
3.§.quęsitum.ff.ad.l.Rhodi.de iactu.& ibi nota-
tur. & idem tenet Ang. in.l. si laborante. §. cùm
in eadem. ff.eod.tit. vbi ad literam dicit , ꝙ quis
potest cogi tempore necessitatis ad vẽdendum
frumentum , etiam viliori pretio & idem tenet
Iohã.de Anna.in.c.si quis.de furt.fi.colũ. & Lu
cas de Pẽna.in.l.1.C.quib9 muneri.lib 10.¶ Sed
ibi in.d.§.cura carnis,tenet contrarium, dicendo

ꝙ debeat

ꝙ debent vendi iusto pretio. ¶ Pro concordia
dicerem illud, quod tenet Stephanus Aufrer. in
decisione capell. Thollos. decis. 446. vbi ait, ꝙ
si verò qs non exposuit victualia ad vendendũ,
& est carestia in ciuitate, potest habens fromen
tum, & alia huiusmodi compelli ad vendēdum.
etiam viliori pretio. allegat ad hoc. l. si pendētes
§. si quid. ff. de vsufru. Et ibi Bal. ad literā tenet,
ꝙ habens bladum tempore carestiæ, potest cogi
vt vendat communi pretio viliori ad hoc, vt po
pulus fame non tabescat. Et isti qui habent, pos-
sunt cogi etiam ad faciendum panem pro exerci
tu. & idem tenet Bar. in. l. anno. ff. de extraordi.
cri. & Flori. in. d. §. cura carnis. & Ias. in. l. nec e-
mere. C. de iure delibe. vbi dicit, quòd procedit
etiam si sit nobilis & compellitor. Secus si est de
curio. vt in. l. decuriones. ff. de adminstra. rerum
ad ciui. pertine. & Hosti. & docto. in dicto. c. 1. de
empti. & vendi. & Roma. in. l. 1. ff. solot. matri. &
idem Bar. in. l. 1. C. vt nemi. liceat empti. speci. ex
cuss. lib. 10. ¶ Et vide Ripam. in tracta. de peste.
in. 4. parti. nu. 175. cum sequentibus. vbi concor-
dat rex. in dicta. l. fi. §. item rescripserunt. ff. ad l.
Iuli. de anno. & dicta l. 1. §. cura carnis. vbi idem
tenet transeūdo cum Bar. in dicto. §. cura carnis.
quia si subest necessitas. quia est tempus carestię
& tunc taxare potest pretiũ frumenti, etiam mi-
nus quã valeat arbitrio suo, & ita pcedit. d. §. cu-
ra carnis. & tunc diuites possũt cogi vendere mi
nus iusto pretio, & etiã possunt cõpelli officio
iudicis facere eleemosinã. vt in. c. sicut. 47. disti.
& Abb. Panormit. in. cap. primo. de cleri. egro.
¶ Aut non subest carestia, & non possunt taxari
minus iusto pretio, nec cõpelere ad vendendum
sed possunt iubere, ne carius vendãtur. ¶ Et hæc
taxatio pretij victualium à præfectis faciēda est
post festum natiuitatis sanctæ Mariæ. vt in. d. §.
post natalē. de pare. tene. in vsi feud. Qui autem
plus vendiderit, quam taxatum fuerit, si pœna
per statutum limitata nõ fuerit, pœna viginti li-
brarum puniēdus est. per. d. §. post natale. vel ex
traordinaria arbitrio iudicis, secundũ Ripã, vbi
suprà. ¶ Et idem dicit ibi nu. 175. ꝙ puniuntur, li
cet non plus vendiderit. sed si emētes in mensu-
ra fraudauerint, quia eadem pœna, vel falsi com-
primendi sunt. vt in. d. l. annonã. §. onerant. ¶ In
tantum, ꝙ tēpore famis, & carestiæ non habens
13 † panē, potest auferri habēti impune. Bar. in. d.
l. 1. ff. ad. l. Rhodi. de iact. & facit tex. & ibi Abb.
& Anchara. in. c. 3. de furti. & in. c. licet. de ferijs.
¶ Et Bar. in. d. l. 1. §. cùm in eadem. ad. l. Rhodi. di
cit, ꝙ si vnus ex existentibus in naui habet ciba
ria, & alij nõ habent, quòd debet illa in cõmuni
conferri. & glo. ibi dicit, ꝙ forte ex consuetodi-
14 ne illius. l. potest cõpelli ad hoc: quia † tempore
necessitatis oĩa sunt cõmonia. Quod ibi Ang. in-
telligit in comestibilibus, quia talia comestibilia
15 sunt coĩa. ¶ Ideo si tēpore carestiæ furetur † pa
nem familiaris, vel mendicus, non punitur: quia
diues ex debito tenetur mēdicis subuenire. glos.
in. c. discipulos. de cõsecra. disti. 5. in verbo, tame
vbi singulariter. Et propter hoc videtur pductũ
officium iudicis, licet modicum sit in vsu, secun
dùm Iohã. de Anna. in. d. c. si quis. de furtis. 3.
col. vbi dicit, ꝙ etiam ex hoc infert Bar. & alij
vbi suprà, ꝙ possunt saluari stipendarij, qui pro-
pter necessitatem deprædantur necessaria pro
victu, quòd est verum, si dabant operam rei lici-
tæ, potà pro defensione patrię, & isto casu loqui
tur ille tex. secus si dabant operam rei illicitæ,
nam tunc non subuenitur ei, qui posuit se in ne-
cessitate. vt in. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff.
16 qui satisdar. cogã. ¶ Sed iudex debet hoc face-
re generaliter, † id est, ꝙ generaliter contra o-
mnes exuberantes fiat, & compellat eos ad ven
dendom, & vnum solum non compellat, quia
statutum super hoc generale fieri debet, secun-
dùm Bar in. l. nemo. C. vnde vi. ¶ Attamen, si
17 non est carestia, † licet possunt compelli per
ciuitatem, aut per superiorem huiusmodi victua
lia vendere, debent vendere iusto pretio con-
tento in statuto generali, secundùm Barto. in di-
cto. §. cura carnis. & Bal b. in dicto. c. primo de
emptione & vēditione. & sequitur decisi. Tho
lo. iam allega. & Montal. in. l. tertia. tit. 5. parti. 5.
vbi quoq; singulariter. de ista materia. & Iohã. de
Plate. in dicta. l. vnica. C. vt nemi. lice. in com-
pa speci. lib. decimo. ¶ Ego quoq; concordiam
18 afferam inter eos. † s. ꝙ quando est carestia, ven
dantur vitualia viliori pretio. s. pauperibus, sed
diuitibus iusto pretio, per ea, quæ doctores tra-
dunt in dictis locis. Ad cuius corroborationem
19 facit, ꝙ pauper † potest agere tempore necessi-
tatis & carestiæ contra diuitem, vt sibi subue-
niat. vt dictum est. & glo. in. c. si hic. 47. distin-
ctio. dicit, quòd non iure actionis. sed poterit im
plorare officium iudicis, prout tenet. d. Iohã. de
Anna. in. d. c. si quis. de furt. in fine. & probat iste
tex. in quantũ dici, a razonables precios. ¶ Qui
20 nimo rustici, & agricoltores, & similes † possunt
cõpelli venire ad ciuitatē ad vendendũ. Iste est
casus singul. in. l. 2. ff. de mundi. vbi ponitur au-
thoritas Platonis, de quo loquitur imperator in
lege finali. in principio. C. de iure deliberan.

¶ Facit

¶ Facit tex.in.l.pro locis. C.de annois & tribu.
lib.10.vbi non solum ciues, sed etiam comitaten
ses ad deferendam annonam & victualia in ciui-
tatem arctari possunt, sicut compelluntur porta-
re commeatum ad exercicium, prout tenet Ripa
in.d. tracta.de peste.in.4.parte.nu.166. Tamen,
prout ibi tenet.nu.157.minus grauandi sunt re-
motiores propter expensas, quæ maiores fiunt
ratione longioris itineris.vt in dicta.l. pro locis
& ibi notat Bar.& si pro quinq; passibus vigin
ti millibus possunt sufficienter prouidere de an
nona necessaria, non sunt remotiores vllo pacto
vexandi.vt in.l.a. C.de eroga mil. anno.lib.12.
& ibi Bar. ¶ In tantum, quod si comitatenses non
possunt supplere necessitatib9, tūc vicini etiam
alterius ciuitatis & prouinciæ possunt à superio
re suo compelli portare annonam ad ciuitatem
egentem . vt tenet Angelus in dicta lege pro
locis . & isto casu relaxandus est deuentus, vt
omnes vendant sine collecta, seu gabella, pro-
ut tenet Ripa.vbi suprà. ¶ Ad quod facit, quód
statuta, & conuentiones macellatorum vt tenean
tur dietim macellare solummodo tantam quanti
tatem carnium, possunt violari, nec sunt seruāda
superueniente publica necessitate in populo,
& indigentia minoris quantitatis, ad quam tunc
agi potest. vt tenet Bar. & Plat. in.l. quo ad præ-
sens.C.de muri leg.lib.11.Ex quo infert Bar.ibi,
quod licet tenens lacum Perusinū teneatur ex for-
ma statuti, vel pacti mittere omni die in platea
certam quantitatem piscium: tamē si superuenit
magna quantitas gentium, cui dicti pisces non
sufficiant, possunt cogi ad portandum maiorem
quantitatem piscium pro reparatione corporis
humani: quia cessant omnes exceptiones, & pri
uilegia in publicis subuentionibus.vt in.l.vni-
ca.C.ne liceat in emp.speci. se excusa.lib.10. &
Ang.in dicta.l.quo ad præsens.& vi.Bal.in.l.iu
bemus nullam.C.de sacrosanct.eccles.vbi tenet
quod priuilegium general. indultum, non includit
casum publicæ vtilitati contrarium. ¶ Et idem
21 dic de notario publico, † quia potest cōpelli ad
acceptandum rogationes. vt Barb.in dicto.c.1 de
empti.& vēdi.& in dicta decissi. Tholos. Et idē
dic de aduocato.vt in.l.14.tit.19.lib.5.in ordina.
regali. ¶ Sed quando intelligatur, & dicatur iu-
22 stum † pretium, vt pro eo quis compellatur ven
dere rem ad victum, & quia in aliis rebus tex.
est in.l.pretia rerum.ff.ad.l.falci. dic secundùm
Saly.in dicta.l.1.C.de epi.audi.in fine.quod in ciui
tatibus aliquibus fiunt taxationes carnium qua
tuor vicibus in anno, & illa sunt pretia iusta, sed
vbi non fiunt, credit ad curam eius spectare, qui
præest, qui secundum diuersitatem temporum,
& sterilitatem rerum, variabit pretia ipsarum, &
hoc dicit, quod probat tex.in dicta.l.fi.ff.de anno.&
in.l.non debere.ff.ad municipa. ¶ Et vide quoq;
23 Saly.in dicta l.1.vbi ait, quod habens curam † fori, li
citè potest statuere, quod nullus emat in foro vltra
duo sextaria grani, vt sic commodius omnes ha-
bere possint, quod dicit esse notàndum.& idem
tenet Ang.de Aretio.in.§.fi. Institu.de donatio.
quasi in fine.& Hyp.de Marsi.in singul.441.&
sic, quod ex causa potest prohibere, ne vltra indi-
gentiam quis emat, nec aliis res cariores reddat.
¶ Et quoque debet iudex prouidere, ne carius
24 vendant † transeuntibus, quā in mercato ven-
duntur.vt tex.& ibi Abb. & Barb. in dicto.c.1.
de empti.& vendi.& Rìpa.in dicto tracta.de pe
ste.4.parte.nu.176.cum sequentibus.alleg. Pla-
te.in.l. animalia. C.de cursu publi. lib.12. & vi.
ibi per Ripā.& nu.177.vbi de intellectu. Et fa-
cit quod tenet tex.& ibi Plat.in.l.septem dieb9.
C de eroga.milit.anno. lib.12.vbi tenet, quod præro
gatiua in pretio rerum venalium, non est facien
da militibus, & officialibus, plus quam vendan-
tur priuatis personis in foro publico: & si per
minas, vel alio calore officialis hoc faciat, inci-
dit in crimen concussionis. vt in. l. 1. ff. de con-
cussio. ¶ Tamen quando rustici per magistra-
tum coguntur ad vendendum, & portare fru-
mentum ad vendendum, pullos, oua, pisces, &
cætera victualia, nō debet permittere iudex eos
dici morari ad vendendum minutim, sed vende
re debent in grosso, vel per substitutum, & subi
tò reuerti.ita tenet Plat.in.l.colonos.C.de agri-
coli.& censi.lib.11.quod non habet locum, quando
rustici veniunt voluntariè ad vrbē, quia præsu-
mūtur venire eo tempore, quo vacant ab opere,
nec habet locum in mulierib9.vt tenet Ripa. in
dicto tracta.de peste.in dicta.4.part.nu.197.cum
sequentibus. ¶ In tantum prædicta sunt vera, quod
potest iudex compellere ad victualia vendenda
& pretia eorum taxare, quod si aliquis vadit ad fo-
25 rum, † & offert pro frumento plus debito, vt a-
lii carius emant, vel vendant, vel promittit plus
debito, tenetur crimine stellionatus.vt est tex.et
ibi Bar.in.l.3.§. Item si quis. ff.de crimi. stellio.
quod sequitur Ang. de Aretio. in.§. de annona.
Instit.de publicis iudi. Quod dicit ibi idem es-
se, si aliquis in damnum alterius offert plus pro
vno fundo, quā valeat, & sic punitur extra ordi
nem: & idem tenet Ang.in.d.§.fi.de donatio. In
stitu.vbi dicit, quod hoc facit contra istos, qui vulga
riter dicūtur encherisare (hoc est encarescer) fru-
mentum, vel mercātias, quod dictū Ang. cōme.

Hippoly.de Marsi.singul.441. quod est notandum perpetuò scdm eos.& sequtur additio Abb. in.d.c.t.de emp.& vendi.in addit.quę est in nu. 4.vers.&adde.vide quę supra dixi i nu.12. ☞Et facit quod tenet Fran.Luca.in tract.de fisco in.2. parte nu.41 tomo.6.tracta.fol.10.dicendo, ꝙ cōmitētes in.l. Iuliam. de anno.puniātur in.20.aureis.l.2.ff.ad.l.Iuli.d anno.quę pœna dicit,ꝙcōmittitur per ementes bladum causa reuendendi, & faciendi carestiā,& etiam per facientes societatem,vt cōmuniter bladū ematur. Itē secūdum eū tenetur quis dicta pœna,quādo scit naues venire cū blado,& facit differre euentum suū,vel capere nauem,vel nautam,vt possit vendere bla da sua cariora,quod dicit ꝙ viget multi plurimū & cōmunis oium morbus,& vitiū ☞Quoq; ad de,ꝙ non solum potest iudex taxare pretium.vt 26 dictū est, verūetiā potest iubere,† & statuere,ꝙ venditores non emant talia victualia vsq; ad certam horā,prout tenet Amanellus de claris aquis in singula.8.per glo.in.l.2.ff.de mundi. ☞Cotrarium videtur tenere Iohā.de Plat.in.l.septē diebus.C.de eroga.milit.anno.lib.12.vbi dicit,ꝙ ex illa litera videtur posse inferri,ꝙ contra ius esset consuetudo,vel statutū,quo caueatur,ꝙ per septē dies fori nullus audeat emere prius, quā essent emptæ species, vel annona,ꝓ curialibus, quia ꝑ hoc vēduntur viliori pretio,cessantibus emptōribus.& ibi dicit ꝙ fuit de mēte And.de Barulo. Sed ego teneo opinionē Amanelli in.d.singula. quia est ęquū. Et sic in pluribus ciuitatibus huius regni sunt talia statuta, ꝙ tales reuenditores (qui vocantur recatones)non emāt victualia,verūetiā ꝙ ea in pretio non ponant (ni la apalabren) vsq; ad talem horā,& sunt iusta,sancta,& honesta, & vtilia ciuitati. & facit tex.in.l.9. & in.l.11. tit.7. lib.5.in ordi.regal. ☞Et dictū Iohā.de Plat.non obstat, quia ibi loquitur in aliis emptoribus, & non in reuenditoribus,quia aliquando tales mercatores sunt similes prædonibus. vt tenet Luc. de Pen.in.d.l.septē diebus.quia si tale statutum esset contra alios qui non sunt reuenditores, esset nullum.☞Quinimo dicit Faber in.§.sunt prę terea.Institu.de publi.iudi. nu.3. ꝙ lex non cogit locupletes vendere,nec eos punit.vt notatur in.d.l.anno. ff.de extraor. crimi. in glo.vt plus. Sed eos,qui emerunt,vt carius vendāt,quia hoc prohibet.& punit contra faciētes,vt ibi:quia qui emerunt,vt carius vendant, tales peccant etiam in foro conscientiæ: non sic, si prouisionem faciant pro sua necessitate, vel etiam pro reuendendo tempore carestiæ propter bonum commune, non intentione cupiditatis lucri. vt notant doctores in.c.primo. ne cleri. vel monachi. ☞Et ꝙ dicitur de annona, intellige de aliis frugibus.vt in.l. frugem. ff. de verbo. signifi. quia in omnibus illis locupletes coguntur vendere, si necessitas, vel fames immineat iusto pretio, & puniuntur ementes vt carius vendant. ☞Facit quod tenet Ripa. in dicto tractat. de peste in. 3. parte. num. 178. vbi singulariter tenet, quòd ementes annonam vt carius vendāt,possunt dici. Dardanarii,à Dardano authore, qui puniuntur variis modis. quia aliquando relegantur, vel in opus publicum damnantur, quandoque negotiatione priuantur, vel pœna viginti aureorum, & quoque puniuntur pœna stellionatus, vt ibi per eum. ☞Et facit pragmati.facta per nostrum Carolum. contra los compradores del pan para reuender, y contra aquellos que venden pan de los arrendamientos que tienen. vbi per te vide. Sed Nicasius de Voërda in dicto.§. sunt præterea Institu.de publi.iudi.nu.6.intelligit,ꝙ puniuntur qui emunt blada, & victualia vt carius vendant viginti aureis. si quando vendunt in eodem loco, vel voluit vendere. Secus si vendant extra, & sic in alia ciuitate, seu prouincia. ☞Quod non habet locum, quando emptores tritici vendunt, seu reuendunt in alio loco, seu ciuitate, quia incidunt in pœnam pragmaticæ: quia lex est generalis in toto regno, & supradicta Nicasii de Voërda habet locum in particularibus statutis. ☞Adde etiam, & nota, quòd iudex debet esse diligens in inquirendo de omnibus criminibus, & delictis extraordinariis,de quibus venit imponenda pœna arbitrio 27 potestatis, & maximè contra vendentes † carnes morbosas.vt in.l.prima. §.primo. ff.de ædilitio edict. Item contra ementes, & vendentes cum ponderibus falsis,seu non iustis.vt in.l. prima.§.final. ff.de extraordina.crimi. & in.l.arbitro.§.de eo. ff.de dolo.&.l.pennul. in fine. ff.de crimi.stellio. vt tenet Amodeus Iusti. in tracta. syndica, in parte, item in eo,quòd dictus notarius extraordinariorum fuit negligens. ☞Sed circa supradicta tene vnum dictum, quod tenet Paulus de Castro in.l. contra legem. ff.de legi. 28 num.3.vbi ait, quòd si in cōcilio † ciuitatis esset ratiocinatum de imponendo certum pretium frumento, quia nimis carè vendebantur, & vnus ex consiliariis anteaquam hoc fieret totum suum frumentum vendidit caro pretio, & postea fuit ordinatio facta,certè emptor potest agere contra venditorem, & rescindere venditionem

nem tanquam factam in fraudem legis futuræ, et
in fraudem eius. & idem, tenet Paulus de Ca-
stro in.l.prima.§.final.ff.de actio.emp.& vendi.
& idem tenet Montaluus in.l. quarta tit. 10. li-
bro tertio foro legum. in glosa finali. quasi in
medio. ¶ Quod extendit, quòd non solùm ha-
beat locum in tali consiliario, quis sciebat secre-
ta concilij, verumetiã in magno mercatore, qui
scit, ꝙ in concilio tale ordinatum erat, ꝙ emẽtes
contra eum possunt agere ad interesse. quem vi-
de.& idem videtur tenere Barto.in dicta.l.con-
tra legẽm.& idem tenet Hippoly. de Marsi. in.
l.statu liber.ff.de quęstioni. num. 17. allegando
plures doctores hoc tenentes.& idem tenet Lu-
doui.Roma.in singula.282. ¶ Et dicit dict.Hip-
poly, ꝙ in simili adduci potest illud. quod tenet
Baldus.in,l.quotiens. C. de rei vend. allegando
Odofre. ꝙ si dubito mihi moueri quæstionem
29 † super domo,& eam alieno, deinde statim mi-
hi mouetur quæstio super ipsa domo, ꝙ ex tali
breuitate temporis præsumitur dolus ex parte
mei vendentis, adeò, ꝙ talis venditio reuocatur.
per titulum de aliena iudi.inut.caus. facta. quod
est etiam de mente Barto. in.l. quæ petitorio.ff.
de rei vendi.& per alia iura.vt per Hippol. vbi
suprà.num.18. ¶ Vnum non omitto, ꝙ sicut ciui
tas, vel iudex potest statuere pretium victuali-
bus.& iubere,& compellere ad vendendum, ita
30 potest statuere,† vel iubere, ꝙ non vendantur,
si expedit ita probat Barto. in.l. si in emptione.
§.omnium,ff.de contrahen.empti.& melius hoc
tenet Alex.ibi.in additio.ad eum.Barto. ¶ Item
31 nota, ꝙ si respublica habet granũ, † & triticum
vel aliud ad vendẽdum, potest cogere ciues ad
emendum, & nemo excusatur, licet ei necessa-
rium non sit, ꝙ idem est in sale vrbis secundùm
Barto.in.l.prima.C.vt nemi.lice.ab empti. spe-
tie se excus.lib.10.& Paris de Put.in tracta.syn-
di.in dicto.versi.iudicis,folio.184.num.8. & te-
net Stephanus Aufrer.in dicta decisi.446.Tho
los.in fine.& tenet Fran.Luca.in tracta.de fisco.
nume.17.tomo.6.tracta.folio.7.& Anto.Curse.
in notabilibus suis.in parte, fiscus, loquendo in
fisco: dicens, ꝙ si fiscus habet multum frumen-
tum.quod conseruare non potest, imponere po-
test subditis necessitatem emendi,& istud est o-
nus patrimoniale, vt ille qui habet plus, cogatur
emere plus & minus iuxta quantitatem,& valo
rem sui patrimonij.Quod dicit Barto.praticasse
& consuluisse perusii, videlicet, ꝙ commune di
stribuat sal, vel granum, vt quilibet cogatur eme
re plus & minus iuxta valorem patrimonij, &
per hunc modum pecunia veniet in communi
pro necessitate rei publicæ distribuenda, secun-
dùm Iohã. de Plat. ibi numero tertio & Lucas
de Pen.in fine. ¶ Ibi quoq; tenet dictus Iohã.
de Plat.quòd imminente necessitate grani & a-
32 liarum spetierum, quilibet † compellitur ire ad
emendum etiam ad partes remotas, nec aliquis
potest se excusare prætextu alicuius priuilegij,
vel immunitatis, licet aliàs vbi non immineret
necessita, sed prouisio in futurum excusaretur
quis propter ætatem,& numero filiorum, & ex
aliis causis vt in.l.3.§.causa. ff.de muneri. & ho
no. ¶ Et in proposito tenet in.l. in æstimatio ne
C.de frumen. Alex. lib.11. quòd si in prouincia
sit sterilitas, poterunt pręfecti annonæ eligere
vnum, vel plures discretos, & expertos viros,
qui pro frumento comparando se conferant ad
alienas prouincias,& eis sine iussu principis sa-
lariũ constituere, quod tenet & sequitur Ripa.in
dicto tracta. de peste. in quarta parte. num.162.
¶ Et quoque ciuitas, seu respublica ad portan-
dum frumentum, vel aliud causa reipublicæ
potest accipere animalia singulorum. vt Barto.
in.l.iubemus nullam.circa principium. C.de sa-
crosanct.eccle.Facit illud, quod voluit Bart.in.l.
fi.§.fi.ff.di pigno.actio. de quo per Ias.in.l, Bar-
barius.ff.de offi.præto.nu.30.cum sequentibus
sed hoc soluto prætio de publico secundũ eum
¶ Quinimo dicit Luca.de Pen.in dicta.l.prima
quasi in fine. ꝙ in tali tẽpore carestiæ inducitur
33 † pecunia singulis pro modo facultatum, vt fru
mentum,& cęteræ species emantur exinde pro
vniuerso populo sustentando. & ita dicit, ꝙ o-
mnes in sua ciuitate sunt consueti facere tempo-
re carestiæ, quòd imponunt talem collectam
pro modo substantiæ, & ad hoc compelluntur,
quamuis maius cõmodum inde pauperes quam
diuites consequantur: quia omnes in ciuitate ne
cessarij sunt ad hoc, vt ciuitas perfecta dicatur. se
cundun Barto. in dicta.l. secunda. ff. de mundi-
nis.& tenet idem Luca,de Penn.in.l.prima. C.
de quibus muneri.vel præsta.lib.10.& idẽ Plat.
vbi suprà, num.2. & in.l. hac prouidentissima.
C.eod. de quibus muneri. seu pręsta.vbi quoq;
ait, ꝙ ecclesia tempore istius necessitatis, debet
conferre ad emptionem frumenti.& aliarũ spe-
cierũ. ¶ Et etiã dicit Plat.in.l.1.C.de omni agro
deserto lib.11.num.1. ꝙ ditiores ciuitatis possunt
compelli mutuare pecuniam, quando immine-
ret necessitas, & postea paulatim eis satisfiet,
imposita collecta, & idem tenet Salycetus in.l.
neminem.C.de sacrosanct, ecclesi. & ibi Cynus
& vi.

& vi.Iaſ.in.l. cunctos populos.C.de ſumma tri
ni.&fid.catholi.nu.52.¶ Plat.etiam in.d.l.prima
C.vt nemi.lice.in empti.nu.4.tenet ꝙ tempore
neceſsitatis pro tali vtilitate & vbertate in com-
34 muni habēda poſſunt † cogi ciues frumentū ha
bentes mittere illud ad vendendum in foro pu-
blico,& prout quilibet poſſeſſor prędiorū plna
colligit,plus mittere cogitur,licet aliàs quis ven
dere, vel emere non cogitur. vt in.d.l. inuitum
C.de contrahen.empti.& ad hoc nemo valet ex
cuſari vigore priuilegij, cum ſit onus patrimo-
niale, ſiue reale, ad quod etiam eccleſia tenetur
iuſto pretio, non viliori, ſicut ad alia onera rea-
lia tenetur.vt in.l.finali. C.de exacto. tribu. lib.
10.maximè quando vertitur publica neceſsitas,
cui niſi ſubueniatur,redundaret in damnum ec-
cleſiæ,à quibus muneribus publicis imminen-
te neceſsitate quis non excuſatur, etiam ſi ſit de
domo principis,vel Auguſtę.ſecundùm Barto.
& Plat.vbi ſuprà in fine. ¶ Et etiam pro aggre-
gatione,& tranſuectione frumenti publici,& a-
liarum ſpecierum victui neceſſariarum guber-
nator prouintiæ poteſt eis ſalarium de publico
ſtatuere,ſi viderit eis expedire.vt tenet Bartolus
& Plat.in dicta l.prima. C.de frumen. Alexan.
libro.11. Et dicit ibi Plat. quòd quoque valet
prouiſio officialium habentium arbitrium ſu-
per abundantiam,quòd pro quantitate frumen-
ti, quam quis venire fecit in communi, habeat
tantum pro corbe,pro labore ſuo vltra pretium
frumenti. ¶ Etiam ob neceſsitatem reipublicæ
35 poſſunt ſubditi † vrgeri ad deputandum eo-
rum nemora, aut molendina, ſeu alia vſui pu-
blico recepta competenti mercede. vt tenet An
gelus conſilio.206.in principio.per text.in lege
venditor.§.ſi conſtat.ff.communia prædiorum.
& in lege, item verberatum. ff. de rei vendi. &
deciſſio. Tholoſ. iam allega. in fine. ¶ Et facit
quod tenet Archiepiſcopus Florentinus in ter-
tia parte tit tertio.c.4.§.4.vbi ait,ꝙ dominus po
teſt à vaſallis, & ſubditis ſuis exigere ſeruitia
debita,ſcilicet,facere laborare in vineis,& cam-
pis, ſiue ducere ligna, vel victualia ad domum,
ſoluendo eis debitum pretium ſui laboris: quia
ſi aliter facit,rapinam committit.vide infrà in.c.
33. in gloſ.prima.vbi latè. ¶ An ſi ciuitas poteſt
ſtatuere, quòd frumentum † non poſsit vendi
36 forenſibus ſub certa pœna. Bartolus tenet quòd
ſic. in. l. dudum. C. de contra empti. vbi ait, ꝙ
ſtatutum factum à ciuitate, ꝙ forenſibus non li-
ceat vendi,valet. per tex. in.l. in quorum. ff.de
pigno.Bald. tamen in.l.ſi duobus.§. emptor. C.

communi delega.nu.2.tenet contrarium.& cum
Bal.concordat tex.in.l.3.tit.9.lib.6.in ordina.re-
ga.licet contra iſtam.l.regiam ſæpe à ciuitatibus
fit,cùm expeditur.& idem cauetur in pragmati.
facta anno.1548. Valliſo.peti.205.quā vide, vbi
iubetur ne fiat talis prohibitio. Sed dictas leges
regias intelligo, quando ineſt abundantia, aliàs
ſecus prout tenet Matthę.de Afflict.deciſi.290.
nu. 9.dicendo, quòd quando eſt modicum fru-
mentum in regno, non debet vendi trate fru-
mentorum per extra regnum: quia prima chari-
tas incipit à ſe ipſo.allegat tex. in dicto.c.primo.
§.poſt natale de par.tene.in vſi.feud.& alia iura,
quę vide. ¶ Et vltra ibi dicta facit in ſimili quod
tenet Iohā.de Plat.in.l.ſi quis per diuinam.C.de
aquęduct.lib.11.in fine.vbi tenet,ꝙ ſi imperator,
ſeu princeps,concedit alicui capere aliquā quan
titatē grani publici, vel alterius reipublicæ, qua
etiam reſpublica vtatur, intelligitur eſſe conceſ-
ſum quod eſt ſuperfluū ab vſu ciuium,& hāc ta
citā conditionē habet in ſe hęc conceſsio.ſ.ſi rea
publica,& vſui ciuiū non indigeat:quia cōmu-
nis vtilitas ſemper intelligitur excepta, & reſer
uata.qđ nota ad limitationē illarū legū. ¶ Quo-
que dictę leges regni habent locū in ſuo caſu,ſci
licet,in pane,& ꝙ panis non poſsit vetari,ſeu ꝓ-
hiberi, ꝙ non extrahatur.ſecus eſt in hordeo,qa
in hoc valet prohibitio, quia hordeū ſub illa le-
ge non cōprehenditur,quia tantūmodo dicit,no
ſe pueda vedar la ſaca del pā. & appellatione pa
nis,vel frumēti,non cōtinetur hordeū.Et ideo q
accuſaret alium de frumento aſportato,non obti-
neret probando de hordeo ſcđm Ang.in.l.triti-
cū.ff.de verb.oblig. licet aliàs generali appella-
tione contineantur omnia,quę ad victū ſunt ne-
ceſſaria.vt notat glo.in rub.C.đ cano.frume.vr-
bi.Roma.lib.11.ſpeciali verbo,et propria ſignifi
catione. & ſimplici appellatione frumenti pro-
pter excelentiam intelligitur de grano,quo vti-
mur ad panē faciendum ſecundū glo.in.d.l.fru-
gē.ff.de verb.ſigni. Et de iſto intellegitur ſi quis
promitteret.10.corbes frumēti ſcđm Bar. in. d.l.
frugē.ꝓut tenet Iohā. đ Plat.in.l.modios.C.de
ſuſcept.& archa.lib.10. quē vide illicò ſi hordeū
non cōprehenditur ſub pane, vel frumēto,eſt ca
ſus omiſſus à lege regia,& ciuitas pōt ſtatuere,ꝙ
non extrahatur à ſuo territorio:qa ſtatuēdo non
eſt cōtra legē.ſed præter legē.vt Bar.in.l.oēs po
puli.ff.de iuſti.& iure. ¶ Sed in caſu,in quo non
37 poteſt extrahi frumentū,emptor nō perdit † pre
tium rei emptę, & talis forenſis poteſt retinere
triticum, vel aliam rem emptam, donec ei reſti-

tuatur suum pretium.tenet Bal.in.d.l. si duobus. §.emptor. C.communia delega.& Cremens. singula.95. & Barba. in.c. ad audientiam.de rebus ecclesi. non alien.in fine. Feli.in.c.cùm causam.
38 de re iudi.9.col. ¶ Sed nonne ciuitas, † quæ fecit hoc statutum, si vendat triticum forensi, incidat in penam? Dic quòd non, sed singulares personæ, quæ sub ea sunt, obligantur.vt Bal.in.c.cùm omnes.de constitu.columna 7. versi.sed quid ecce.num.26.quia cùm statutum fiat gratia ciuitatis,contra eam non debet interpretari, vt ciuitas puniatur contra faciendo secundù Bal.ibi. ¶ Ad
39 de, quòd quantitas deputata † ad emptionem frumenti, non potest minui, nec in alios vsus conuerti,aliàs in duplum tenetur.tex.& ibi Bar. & Plat. in dicta.l.2. C. de frumen.vrb.constan. lib.11. Vide quæ dicam infra in.c.45. in glo.ni tomar.& in capit.19.iudicum syndicatus.in glo. cobrar. Quod facit pro istis horreis publicis & alhondicis.

esten limpias[i], y las

Summarium.

1 Iudicis officium habet locum cõtra proiicientem stercora, & morticina in via publica, vel contra impedientem eã. In hoc casu dominus tenetur pro famulo. Rustici docentes venturam ad ciuitatem,nõ possunt cogi, vt cùm plaustris suis ducant exinde stercus extra ciuitatem.
2 Viæ purgatio, vel refectio ex publico fieri non debet, sed debet fieri à dominis domorum iuxta viam sitarum. Quando via est intra muros ciuitatis sed si est extra ciuitatem in loco, in quo iuxta non sunt vicini, debet fieri ex pensis communis.
3 Si tempore belli fuit mandatum villæ, vt faciat foueas & muros,debent fieri per modum patrimonij,non per capita
4 A reparatione viæ publicæ,nemo excusatur.
5 Habens viam priuatam,eam reficere tenetur.
6 Si vicinus non est soluendo in reparatione viæ onus reparationis incumbit aliis vicinis.
7 Inquilinus,vel conductor,non tenetur ad reparationem viæ , sed dominus: & si conductor soluit, repetit à dño,vel in mercedẽ cõputat.
8 An si dominus non est soluendo, creditor mittatur in possessione vasallorum.
9 Purgatio viæ quando est momentanea conductor ad eam tenetur,secus si est perpetua.
10 Quando quis tenetur ad viam purgandam,intelligitur quatenus proteudit latitudo domus suæ,vel fundi sui.
11 Emphiteota reficere tenetur viã publicam iuxta domum emphiteoticam.
12 Vsufructuarius ad refectionem viæ tenetur.
13 Qui tenetur viam purgare,non sufficit, ꝙ auferat lutum ab ea de medio,& proiiciat in partibus,vel lateribus viæ.
14 Qui vult reficere viam publicam,debet ad veterem latitudinem restituere.
15 Via publica non amittitur , etiam si populus ea non vtatur.
16 Via debet esse tuta transeuntibus.
17 Quod remedium competat contra impediẽtem purgare viam publicam.
18 Si via publica est destructa,an vicinus compellatur facere viam publicam per agrum suum. Et an quis possit transire per agrum alienum.

i
1 Esten limpias, [i]Quia in hoc officium † iudicis habet locum,vt si in via publica proiiciantur stercora, vel morticina , vel impediatur vt transiri nequeat,vel alia immũditia habeat. vt tenet Specula.in tit.de officio om.iudi.§.1.versi. Item imploratur nu.11.per.l.2.§.hoc interdictum tantùm ff.ne quid in loco publico.vbi quoq; dicit Specula.ꝙ tale officium iudicis vendicat sibi locum quando talis via est facta arctior , vel angustior. vel,est clausa , ita vt publicus commeatus impediatur,vel si talis via fodiatur, vel aliquid ibi fiat propter quod non potest trãsiri , vel vehiculum duci.Quòd nota, quia talia morticinia non licet proiicere in via.vt Bar.in.l.ædiles. ff.de via publica. Et Plat.in.l.decernimus.C.de aquęductu. lib.11.nu 2.vbi dicit, quòd de iure communi talia morticinia,& stercora in via publica prohibitum est proiicere, & proiicient talia turpia in aquæductu publico,fonte,vel puteo,iudicis punitur arbitrio,& grauiter moderando. Si autem in priuato fonte essent proiecta, tenetur proiiciẽs domino fontis actione iniuriarum,& etiam ad interesse. ¶ Et quoq; dicit ibi Plat. quòd est prohibitum lauare pannos in summitate fluminis, ne commune poculum aquæ corrumpatur.¶ In isto interdicto dominus tenetur pro famulo proiiciente turpitudinem ex fenestra. vt in.l.prima.in principio.ff.de his,qui deiece. vel effud. quòd est verum si proiecit in locum , per quem consuetum erat transire, aliàs non.vt in dicta.l.1.§.in summa eius tit.& in.l.si putator.ff.ad l.Aquil.& Cepol.in tract.de seruit.c.79.& tenet Bertachi:

Bertachi, in tract. gabella. in. 7. parte. nu. 30. tomo. 6. tracta. fol. 62. Adde vnum in purgatione ista, quod non possunt rustici ducentes vecturã ad ciuitatem cogi per iudicẽ, seu officiales, vtcũ plaustris suis ducant exinde fimũ, vel stercus extra ciuitatẽ. l. 2. in principio. ff. de mundi. prout tenet Fran. Luca. in tracta. de fisco. in. 3 parte. de collectarũ immunitate. nu. 8. tomo. 6. tract. fol. 14. Et purgatio, vel refectio isti9 viæ nõ debet esse, vel fieri ex publico, sed debet fieri à dñis domorũ iuxta viã sitarũ. vt tenet Bar. in. l. per buthinã. C. de immunita. nemi. concedenda. lib. 10. & ibi Iohã. d Plat. nu. 2. Quod intellige scdm Bar. ibi. qñ via pubica est intra muros ciuitatis, quia tũc debet quilibet munire, iuxta domũ suã. & idẽ dic si via est per burgos ciuitatis. vt est tex. cũ glo. in d. l. ædiles. versi ciuitatẽ. & tenet Cepola in tracta. de seruitu. in parte, via est. q. 25. vbi de ista materia. Si verò est extra ciuitatem in loco, in quo iuxta nõ sunt vicini, debet fieri munitio, & refectio expensis cois, imponendo collectã pro quãtitate patrimonij. vt ibi. & in. l. ad instructionem. C. de sacrosanct. eccles. scdm Plat. in. d. l. super viciniã. Quinimo mendicantes validi, & corpore robusti, possunt ad purgãdas plateas & vias compelli. vt in. §. si verò. in autheu. de quæstore. colla. 6. & tenet Ripa in tracta. de peste. in. 3. parte. nu. 146. Quod intelligit ibi in nu. 155. in rustico, vel in assunto ad laboraudũ. secus in nobili mendico, non consueto laborare, huic enim miserendũ est, quia inter oẽs aduersitates fortunæ infelicissimum genus infortunij est aliquan do fuisse fœlicẽ. vt in. c. cõsideranda. & vi. glos. 86. dist. in. Et ideò dicit Bar. vbi suprà. quod si tem
3 pore belli mandatum † fuit tali villæ, vt faceret foueas, muros, & staccatos tali castro, nã tũc per modũ patrimonij, non pro capita fieri debet, qđ dicit esse quotidianũ. Quod intellige, quãdo indiget magna reparatione. Si aũt valuæ, & muri ciuitatis indigent modica reparatione, tunc con uicini tantũ tenentur reficere, cum ipsi habeant maiorem vsum eorũ. secundũ Iohã. de Plat. ibi
4 in fine. Et in tali reparatiõe † viç publicç nullum genus hominũ excusatur, quia nõ numeratur inter sordida munera. vt Ang. in. l. absit. C. de priuileg. Aug. lib. 10. & Bar. ibi. nec ecclesia. & sic quod res ecclẽsiæ ad istam refectionẽ publicarũ viarũ tenetur. vt latè Cepol. in. d. tract. in parte, vici.
5 q. 25. Sed si via est priuata, † vt si est constituta alicui per modũ seruitutis, tũc ipse tenetur reficere, & constituens, seu debens tenetur pati vt in. l. refectionis. ff. coĩs prædiorũ. si autẽ est via vicinalis facta ex collationibus priuatorũ ibidẽ agros habentium, & tunc similiter ad eos pertinet refectio. vt in. l. 2. § via. ff. ne quid in loco publi. vbi tex. declarat diuersas species viarũ secun
6 dùm Bar. & Plat. in. d. l. per viciniã. Sed quid si aliquis vicinus non est soluẽdo † in reparatione viç? Dic quod tunc onus reparationis incumbit aliis vicinis, secundùm Ludoui. Roma. in singu la. dic mihi. per glo. in. l. fi. ff. de via publica. in glo. fi. quæ incipit, quę viam. & tenet Cepol. in tractatu seruĩ. in parte. via est. q. 25. versi. sed qd si ille. vbi ait, quod si via nõ est destructa ex antiquitate, vel casu, sed aliquis eã arauit, seu aliter dstruxit, tenetur reficere, si est soluendo, aliàs vicini reficient. vt glo. in. d. §. fi. & dicit non esse alibi.
7 In tali enim refectione † viæ non tenetur inquilinus, vel conductor: sed dominus domus tenetur, & eo cessante, tenetur talis conductor sum ptibus pensionis. vt est tex. & ibi Bar. in. d. l. ædiles. §. quinimmo. ff. de via publica. & Iohã. de Plate. in dicta. l. per viciniam. & Floria in. l. pendente. §. si quid cloacarij. ff. de vsu. fruct. vbi etiam dicit, quod repetit à domino, si fortè pensionẽ non remittit apud se. & idem tenet Ias. in. l. 1. C. de iure emphiteo. nu. 28. & idem tenet Ang. in. l. 1. C. de anno. & tribu. lib. 10. vbi tenet, quod talis conductor ten tur talia, quæ refecit computate in mercedem. & idem tenet Bal. in. l. 3. C. de actio. per obliga. per dictam. l. ædiles, quẽ tex. dicit esse no
8 tabil. Et ibi quoq; dicit, † quod vasalli non possunt conueniri ad soluenda debita domini, & si dominus non habet aliũde vnde soluat, potest n it ti creditor in possessionem vasallorũ. Sed intelligerem suprà dicta, quando purgatio non est
9 † momentanea: quia si est momentanea, putà in purgando, vel faciendo stercora, vel alia immunda purgare, cõductor tenetur. vt colligitur ex dictis Bar. in dicta. l. ædiles. dicendo, quòd si quis habitat gratis si immundatio est momentanea, tenetur secus si est perpetua. vt notatur in. l. 3. §. 1. ff. de impensis. & idẽ tenet Ias. vbi suprà. & hanc opinionem refert Cepola. in dicto tracta. in dicta. q. 25. sed dicit quod in hoc ipse putat, quòd si refectio debet durare pro tempore, quo habitare debet gratis, vel maiori, teneatur, aliàs nõ, per ea quæ notant Bar. & Ang. in. l. diuortio. §. quod in anno. ff. solut. matri. Et quia supradictũ est, quod
10 quis tenetur reficere viam, intelligitur † in quantum protendit latitudo domus suç, ita est in arg. l. singularum in fine. C. de ædifi. priua. vel quatenus protendit latitudo cuiuscunq; fundi, quç sit in ciuitate, vel in burgo, versus dictam viam publicam. tenet Iohã. de Plat. in. l. in dictiones. C. de anno. & tribu. lib. 10. num. 1. arg. in. l. inter eos.

ff.de adquire. rerum domi.per.l. adeò.§. insula.
eod.titu.& institu.de rerum diuisione.§.insula.
& dixi,cuiscunq; fundi: quia quicunq; fundus
sit inciuitate,vel burgo,idem iuris est,siue sit do
mus,siue stabulum,siue ortus,& siue sit fundus
rusticus,siue vrbanus:quoniã in vrbe, & in bur
gis potest esse fundus rusticus,quia non locus,
sed materia facit prædium vrbanum. l. vrbana
prędia.ff.de verbo.signifi.prout tenet.d.Cepol.
in.d.tracta. in.d.parte.via. q. 25.in fine. ☞ Item
11 emphiteota,† vel libelarius tenetur reficere viã
publicam iuxta domum suam emphiteotam, &
expẽsis suis.vt in.l.a.circa principiũ. versi. pu-
blicarũ functionũ.C.de iure emphiteot.& ibi
ponitur per Alberic.de Rosa.in q.131.☞ Et dicit
idem esse vasallo,& est notandum, quia ista di-
cuntur habere vtile dñium.vt.in.l.1.§.1.ff.si ager
vectigale.vel emphite.& notatur in.c. cùm Ber-
toldus.de re iudi.& glos.in.l.si vt certo.§.si duo-
bus vehiculum. ff. cõmodati. ☞ Quod idem dic
12 † de vsufructuario, qui ad refectionem vię tene
tur,vt in.l.si pendẽtes.§. si quis clocan.ff.de vsu
fru.& quod ibi notatur.& in.l.athei.eod.tit.&in
l.qui cõcubinas.§.qui ortos.ff.de lega.3.& quod
notat Bar.in.l.his verbis.§. idem respondit eod.
tit.et in.l.fi.ff.de vsufructu.vbi omninovide.q&
intelligit dictus Cepol. vbi suprà.in dicta.q.25.
versi.item de vsufructuario,nisi possessiones es-
sent steriles,in quibus habet vsumfructum,quia
tunc non tẽnetur. ☞ Et nota q ille, qui tenetur
13 purgare viam, non sufficit si auferat † lutum ab
ea de medio,& proiiciat in partibus,vel in late-
ribus viæ,quoniam tenetur In totum auferre de
via.vt in dicta.l.1.§.purgari.ff.de via publica. &
licet dictus Cepola vbi suprà.q.26. vbi etiam di
citur,q reficere dicitur,qui aperit, & qui purgat
omnes omnino, & qui in pristinum statutũ re-
ducit.vt in dict.l.1.§.reficere. ☞ Et qui vult viam
14 publicam reficere, debet ad veterem † latitudi-
nem restituere,& nõ debet latiorem,nec longio
rem, nec altiorem, nec humiliorem sub nomine
refectionis facere,nec in via terrenũ seu glaciam
ponere,aut sternere viam lapide, quæ terrena sit
vel cõtrario destracta terrenam facere. vt est tex.
in dicta.l.1.§.si quis in speciem.& in.§.1.Et in ef
fectu sub specie refectionis nõ potest quis viam
deteriorem facere impunè , imò prohibẽdus est
vt in dicto.§.si quis in specie.&ibi per glo.& Ce
polam vbi suprà.versi.2. ☞ Et nota, q licet talis
15 via publica mutetur, † vel alteretur nunquam
amittitur etiam si populus ea non vtatur.vt in.l.
viam publicam.ff.eod.de via publi. ☞ Quæ via
16 debet esse tuta transeuntibus, † & prætor debet
prospicere, ne quid mali eis contingat. vt tenet
Speculat.in tit.de iniuriis.§.primo.versi.ad hoc.
17 ☞ Quod autem remedium competat † contra im
pedientem purgare vel reficere viam publicam,
& quæ sint necessaria. & quomodo formari de-
beat libellus in isto interdicto, & positiones in
eo quomodo debeãt fieri,& de multis aliis quæ-
stionibus, vide per dictum Cepol. vbi suprà,in
dicto tracta.in parte,via est.q.17.&.q.18.cum se
quentibus. ☞ Et an si via publica est destructa
compellatur vicinus facere viam publicam per
agrum suũ,dic q sic.vt in.l.si locus.§.fi.ff.quem
ad seruit.amit.sed de iure debet ei resarciri per rẽ
publicam,vt per glo.ibi & Bart. in.l.fi.ff.de pi-
gno.actio.& Feli.latè in additiõe ad Abb. in De
creto col.11.vbi vide,an quis possit de iure tran-
sire per agrum alienũ.glos.in.c.omnes leges.pri-
ma distin. Et recoligendo omnia dicta Feli. dic,
q licet transire, quando subest iusta causa, & ne-
cessaria, & transitus est innoxius. per.c.fi. 23.q.
2.& quando est penitus destructa, vt dictum est,
& quando vadit per fundum domino non pro-
hibente,siue sciuerit, vel ignorauerit, vel ingno-
rauerit per. l.diuus. ff. de seruit. rusti. prædi. &
quãdo quis in necessitate vellet comedere vuas
in agro alieno,& non aportare.c. discipulos. de
consecra.distin.5.& ille,qui transiuit saltem. 30.
vicibus in vno anno per agrum alienum domi-
no permittente, acquisiuit facultatem transeun-
di.l.in primo. iuncto. §.hoc interdicto. ff.de iti-
ner.actu priu.& de materia. vi.tex.& glo. & ibi
scribentes in lege per agrum. C. de seruitut. &
Guido. Pap.consi.92.num.primo &singul.626.
& noster Montal.in reperto.ordina.in parte.iti
nera. Et quando quis potest ingredi in agrum
alienum.vi.l.17. tit.28.parti.3.&.l.15.tit.4.for.l
liro tertio.& lex.qui seruandarum.ff.de pręsc.1.
verbis.

Summarium.

1 QVi inter cassellas humorem fecit, cogitur
ad eas purgandas,
2 Aedificans in solo publico, cogitur annuam
pensionem præstare.

Salidas.

k Salidas.[k] Vi.tex.in.l.si quando.§.secundum.ff.si seruit.vêdi.ibi, respondeo si in loco publico id fecisset, p interdictum cogi posse.vbi Bal.Ang.dicunt, φ ex illo tex.summitur arg.φ ille † qui facit sterquiliciũ,seu caratoriũ,vel excremẽtũ inter castellas cogitur ad eas purgandas,si vltra solitum ibi facit humorem.& tex.ille loquitur i loco ad hoc nõ deputato. & vi. Bar.in.l.1.§. idẽ ait.ff.nec quid in loco publi. vbi quoque dicit, φ si quis in loco suo facit aliquid,ex quo fœtor, vel putredo fit in via, potest agi interdicto illius, φ dicit men

salidas[k] de lugar e-stẽ ansi mismo limpias, y desocupadas,y las ordenanças que ansi enmendarẽ,o de nueuo hizieren, embie a nos el traslado,para que las mãdemos ver, y proueer sobre ello[l].

ti tenendũ.℣ In proposito istius tex.dir,φ ędifi 2 cans † in solo publico,cogitur per offirium iudicis annuam pensionẽ pręstare,aliàs ędificium debet dmoliri,vt in.l.1.C.de diuersis prędi.lib. 11.Vide Paul.de Castro in.l.fluminum.ff.de damno in fecto.nu.2.& vide.l.23.tit.32.parti.3.& tex.in.l.1.§.si quis nemine.ff.ne quid in loco publico.de quo vi pragmaticam in libro pragmaticarum.l.71.& quæ diram in.c.23.infra eod.in glo.prima versi.quod extende.

Summarium.

1 Statuta debent confirmari.
2 Statuta,quę sunt bona,secundum exigentiam & conseruationem publicã sunt confirmata ex propria naturali iustitia.
3 Si rex iurat seruare statuta,intelligitur ea confirmare.
4 Papa, vel rex,confirmando priuilegia alicuius ciuitatis.vel ecclesiæ intelligitur confirmare, ea quæ sunt iusta.
5 In confirmatione feudorum intelliguntur feuda verè ligitima confirmata.
6 Papa,si vellet, potest confirmare statuta contra libertatem ecclesiæ:tamen generaliter confirmando non videtur ea confirmare.
7 Licet Papa reprobet quędã statuta,per hoc non videtur alia approbare.
8 Licet papa,vel rex confirmet statuta valida alicuius loci,non propterea dicuntur statuta papalia,vel regalia,sed illius loci.
9 Papa licet confirmet excõmunicationem, promulgatam solus eps ab ea potest absoluere.
10 Ratione confirmationis cõtractus quis non sortitur forum.
11 Confirmando rex statuta,non dicitur ea dare.
12 Confirmando Papa seu princeps priuilegia antiqua,nunquam intelligitur de nouo ea dare: fallit vt hic.
13 Confirmatio superioris supplet defectum solẽnitatis formæ,& personæ,quando superior est Papa,vel princeps.
14 Ex natura confirmationis est adhibere robur,& validitatem actui confirmato, non autem illum extendere.
15 Confirmatio aliquorum statutorum, est reprobatio aliorum.
16 Statuta confirmata per superiorem an possint reuocari per statuentes sine licentia superioris confirmantis.
17 Si statuta confirmata sunt obscura, vel dubia,an possunt per statuentes declarari.
18 Duces & marchiones an possunt confirmare statuta suorum locorum.

l Proueer sobre ello.[l] S.reprobando, vel confirmando: quia talia statuta debent con-1 firmari per superiorem † .i.per regem.tenet Bal. in.l.humanum.nu.2. C. de legi.quia antea quam confirmẽtur talia statuta sunt imperfecta,& non ligant.vt tenet Bal. in.c.1.de constitu. in principio. Nã licet populi possint facere statuta, non valẽt sine cõfirmatione principis.vt tenet Barb. in additio.ad Bal.in.d.l.humanũ,quod dicit esse notabile ad limitationẽ.l.oẽs populi. ff.de iusti. & iure.℣ Et φ talis confirmatio requiratur tenet idẽ Bal.in.l fi.C.d iuridi.om.iudi.nu.4.& Paul. de Ca.in.l.priuatorũ.C.eod.tit.nu.6.& p Bar.in d.l.oẽs populi.nu.3.&.4.& ibi Alex.in additio. & idẽ Bar.in.l.1.ff.quod q.q. iuri.nu.1. & idẽ tenet Ang.in.l.si qd.C.de dlegatio.lib.10.& Bal.in cõsi.124.i.1.volu,i fine.& Feli.in.c.cũ oẽs.de cõstit.col.13.versi.2.limita,& est tex.in.c.cũ cõsuetudinis.de cõsuet.& tex.in.c.rũ aceẽsisent.d cõstit,ibi,sicut dicitur cõfirmatũ.℣ Sed cõtra Bal. & cõtra supradicta tenet Ias.in.d.l.oẽs populi.in repe.8.col.nu.35.in fine.dicendo,φ cũ qlibet populus habeat facultatem faciendi statuta de iure, nõ reqritur alia cõfirmatio superioris.quãuis aliter,& malè teneat Bal.in.d.l.humanũ.& Cy.in.l.

 si.de

§. de iuri.om.iudi. ☞ Sed de consuetudine obseruatur contrarium.& sic dictum Bal.& sic debent confirmari à principe secũdùm Ias.vbi suprà. & sic in nostra Hispania vtitur, quia talia statuta confirmãtur per senatores cõsilij regalis, & si sunt noua, iubent ad petitionẽ cuiuscunque non custodiri, nisi per eos videantur, & confirmentur.vt in isto tex.& circa hoc quotidiè prouisiones emanant.Quod est cõtra pragmaticam 47.in volu. pragmati. vbi tenet, quod non suspendantur appellatione pendente.quam vi.☞ Et tene, quod quemadmodum statuta condita à ciuitatibus confirmantur à principe,ita eod.modo confecta à castris,vel villis,vt valeant, exquiritur quod per consilium ciuitatis,cui subiacent confirmentur,aprobentque vt tenet Bar.in.l. si quod extra ordinarium.C.de legatio.lib.10.num. 4. in fine. quem sequitur Bal.in dicta.l.omnes populi.col. 2.nu.3. & noster Montal. in.l prima.tit. 7.lib.1. fori.in glo.in rem.& facit qd tenet Bal.in rub.de constitutio.num.21. ☞ Tamen si statuta sunt bo-

2 na secundum exigentiam † & conseruationem publicam illius loci, nõ indigent alio directore: quia confirmata sunt ex propria naturali iustitia.vt Bal.in dicta.l. omnes populi.num.2.versi. modo restat. ☞ Nec hoc habet locum in statutis mercatorum, & aliorum artificum, quia ista statuta sunt confirmata à iure communi,& ideò non est necesse quòd confirmentur per.l.municipalem,nec per superiorem. vt in. l. receptitia. & ibi Bal. C.de constitut. pecunia.& tenet Bal. in tracta.statu.in parte,artifices. ☞ Tamen si rex † iurat seruare statuta ciuitatis, per tale iuramen

3 tum talia statuta dicuntur ab eo confirmata esse. vt tenet Hippoly. de Marsi. in singula. 7. allegando Bal. in consilio.284.incipiente.per statutum.alias incipit.verba Iacob.de Aretio.in principio volu.quod Bald. ibi in expresso in fine tenet,dicendo, cùm igitur illustris dominus ciuitatis Astẽsis iurauerit seruare statuta ipsius ciuitatis, per hoc videtur confirmasse ipsa statuta: quia iuramentum firmat actionem.⁊ allegat tex. in. l. cum pater. §. filius matrem. ff.de lega. 2. quod facit pro ciuitatibus huius regni : quia dum rex nouiter intrat in eas, ad portam ciuitatis, antea quam intret, iurat seruare consuetudines, priuilegia,& statuta ciuitatis, quia postea non requiritur quòd per eum iterum confirmẽtur. ☞ Et tene,quòd quando Papa, seu rex confirmat statu-

4 ta alicui⁹ ciuitatis,vel ecclesiæ,intelligitur † confirmare ea,quæ sunt iusta.vt notant Barto. & doctores in.l.prima.per glos.ibi. ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.& idem tenet Baldus in.c.in præsentia.de probatio.5.columna & in.l.cum oportet.in principio. C.de bonis,q; liber.& in.l.lege. prima colũ. ff.de constitutio. principis. & notabiliter in. c. primo per quos fiat inuestitu. in vsi.feudo.& tenet Ias.in.l.more.ff.de iuri.om.iu di.num.37. & additio Abb. in.c. inter dilectos. de fide instrumen.in additione, quæ est in verbo, priuilegium. & tenet Soci. in fallen.suis,in parte.lex generaliter.versi.fallit ratione preiudi tij. Et licet rex, seu Papa confirmet statuta non valent si sunt contra bonos mores & iustitiam naturalem.vt tenet Baldus. & dicit menti tene n dum in.c.ad nostram. de prouatio. nu.secundo. quia rex & regnum non possunt approbare con suetudinem inhonestam, & pestiferam.Quia vt dicit Innocentius, consensus regis nullum tan quàm iniquæ legi robur tribuit:nec potest dici, quòd iura naturalia possunt reges distinguere.vt C.si cõtra ius vel vtilit. publi.l.fina.quia in hoc nulla cadit ratio distinctiua, vnde non esset distinguere,sed perimere secundũ Bal. vbi suprà. ☞ In confirmatione quoque feudorum intelli-

5 guntur † solùm cõfirmata feuda verè legitima, & non alia.text.in cap.1.& ibi Bald.in.dict.titu. per quos fiat inuestitu.& in.cap. ea quæ de re iu di.& Ias. vbi suprà. numer.38. ☞ Et ita dicit ibi in num.39.quòd si Papa vellet, posset confirma

6 re † statuta contra libertatem ecclesiæ.vt notatur in.c.1.de trãsact. Tamen generaliter confirmando Papa statuta, non intelligitur confirmare ea quæ sunt contra libertatem ecclesiæ. vt Baldus in dicta.l.omnes populi.8.columna.& in capi. t. venientes.de iure iurãd.& dixi in gloss. prim à. istius.cap.& idem tenet Ias.in.dicta.l.omnes populi.numero.36. ☞ Facit quòd notat Baldus. & Imo'a. in.l.legata inutiliter. ff. de legat. pri mo.

7 vbi ait, quòd licet Papa † reprobet quædam statuta,per hoc non videtur confirmare alia in ualida: quia confirmatio statutorum gener alis non extenditur ad inualida.vt Alexand. in c on silio. 38. in quarto volumine. ☞ Et licet Papa, vel Rex confirmet statuta alicuius loci, valida

8 non pro hoc dicuntur † statuta papalia, seu regalia,sed illius loci.vt tenet Baldus.in.l.ex placito. tertia columna. C. de rerum permuta. & Felinus in.c.primo de sponsal. quarta columna. ☞ Ad idem facit quod notat Baldus. in procemio Decretali.super verbo,rex pacific⁹.vbi ait,

9 quòd si Papa † confirmat excommunicationem factam ab episcopo, tamen solus episcopus potest absoluere. & facit bene tex. in capit. nuper. de sententia excõmunicationis vbi episcopus potest absoluere ab excommunicatione canonis.

canonis. ℣ Quoq; facit quia licet ratione contractus quis sortiatur forũ. l. hæres absens. §. final. ff. de iudi. c. Romana. §. contrahentes. de foro competen. 6. tamen si aliquis facit contractũ in vno
10 loco, deinde in alio confirmauerit, † non sortitur forum in loco confirmationis. vt in. l. si quis in legatione. ff. de iudiciis. & ibi solus. Ludoui. Romana. ad hoc allegat illum text. & dicit esse perpetuò menti tenendum: quia nescit eum alibi. prout tenet Iaſ. in dict. l. more. ff. de iuri. om. iudi. nume. 29. ℣ Confirmando † rex ista statuta,
11 non dicitur dare. vt est text. solennis in. l. si donarer. §. primo. ff. de donatio. inter vir. & vxor. & glos. singula. in summa. 25. quæstione. 2. Et facit quod tenet gloſſ. in. l. ex verbis. in versicul. cui. C. eod. titul. de dona. inter. vir. & vxo. vbi Papa,
12 † vel princeps confirmando priuilegia antiqua, nunquam intelligitur de nouo dare, sed ea confirmare prout sunt & vi glos. in capitul. quis nesciat. 11. distinctio. in verbo authoritate. vbi vide. Sed quid operetur confirmatio? Dic quòd tria. vt per gloſſ. in. c. frater. 17. quæstion. 4. ℣ Et facit quod voluit Innoc. & Iohan. Andre. in. c. dudum de decimis. vbi dicit, quòd quando apparet principem confirmantem voluiſſe de nouo inducere, in dubio præsumitur confirmaſſe eo modo, quo poteſt de iure communi, non autem de plenitudine poteſtatis. ℣ Et facit quod tenet Paul. de Castro in. l. conuentionum. ff. de pactis. numer. 2. vbi dicit, quòd qui confirmat, non disponit, nec dat, sed datum roborat. Et facit quod tenet Abb. in. capitul. ex parte. & in. c. quia. de priuileg. & in capitul. inter dilectos. de fide instrumen. vbi latiſsimè Felin. 9. colum. vbi ponit regulam quando confirmãs videtur de nouo dare, cum plur bus fallentiis. ℣ Sed ista regula dicit Bartol. quòd fallit, quando actus est nullus quia qui confirmat, dat, vt in. l. adoptio. la ſeguuda. & ibi notat Angel. ff. de adoptio. adde text. vbi est gloſſ. in. §. fi. Institu. de tutelis. vbi Bald. Sed iſta fallentia non ſemper procedit in principe: quia confirmando electionem inualidam, non intelligitur eam validare, niſi faciat ex certa ſcientia. & vt tenet Bart. in. l. si cõſtat. ff. de appella. in. 2. notabil. prout tenet Iaſ. in dict. l. more. nu. 30. ℣ Vbi in nu. 31. tenet, quòd quoq; fallit, quando quis confirmat actum imperfectum, nã dicitur perficere, & dare. Et vide Hippolyt. de Marſi. in ſingula. 196. vbi dicit, φ cõfirmatio ſuperioris validat inualidum. & Syluestri na in parte, confirmatio. & vi. gloſſ. in dict. capitul. frater. 17. quæſtio. 4. & in dict. capit. quis neſciat. 11. diſtinctio. ℣ Tertiò fallit, quando actus dependet à poteſtate cõfirmantis, & apparet cũ de nouo velle confirmare. l. quærebatur. ff. de militi. teſta. ſecundum Iaſ. vbi ſuprà. ℣ Quartò (vltra Bar. & docto. ſecundùm Iaſ. ibi. nu. 33.) fallit, quando quis confirmat actum tanquam factum, qui in veritate nunquam fuit actus, nã cenſetur de nouo dare. text. dicit eſſe notabil. in. l. ſi donatio. & ibi ad hoc Bald. notat. C. de donatio. & idem tenet Bald. in. l. ante pẽ. C. ſi aduerſus rẽ iudi. ℣ Sed ſi priuilegium confirmationis impetratum à Papa, vel à principe eſt ſubreptitiũ, putà, quia eſt confirmatorium alicuius inſtrumen. quod erat falſum, vel alicuius contractus ſimulati, & de his non ſit facta notitia. Papæ, vel principi confirmanti, talis confirmatio nil. operatur, etiam (quod eſt fortiũ) ſi in confirmatione apponantur illa verba, confirmamus actum ſi de ſe eſt validus, aliàs de nouo concedimus. nil operatur, etiam ſi adeſſet (quod eſt fortius) clauſula ſupplentes de plenitudine poteſtatis omnes defectus tàm iuris, quàm facti, ſi qui ſunt ad huic ſtantibus omnibus iſtis clauſulis confirmatio nil valet, & nil operatur, propter vitium ſubreptionis. vt latè per Abb. in dict. c. inter dilectos. de fide inſtru. colum. 7. numer. 8. & ibi per additionatorem, in parte, priuilegiũ: & tenet Iaſ. in dict. l. more. numer. 35. & 36.

℣ Adde tu quoq; in materia confirmationis, quòd tenet Bald. in. l. final. ff. de teſtamen. tutel.
13 vbi ait, quòd † cõfirmatio ſuperioris ſupplet defectum ſolennitatis, defectum formæ, & defectum perſonæ. quod dicit valde notandum. Quòd intelligit Iaſon, vbi ſuprà. numero. 40. quo ad defectum iuris ciuilis, non autem iuris naturalis, vel gentium, putà, conſenſus, ſecundùm Angel in. l. adoptio. ff. de adoptio. allegat Innoc. in capitul. nil. de electio. facit authentic. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend.

℣ Sed hoc intellige in Papa, vel imperatore: quia nullus inferior à ſummo principe, etiam ſi eſſet Cardinalis de latere. poteſt confirmando ſupplere defectum ſolennitatis omiſſæ in contractu. vt docto. in capitul. primo. de tranſactio. vbi Anto. & Abb. & Bald. hoc notant.
14 ℣ Aduerte quoq; quòd ex natura † confirmationis eſt, adhibere robur, & validitatem actui confirmatò, non autem illum extendere. vt notabiliter Bald. in. l. aduerſus. in fi. C. aduerſus rem iudicatã. & in. l. nominatiões. in fine. C. de appella. & vtrobiq; allegat. text. notabilem cum gloſſ. in. l. Aurelius teſtamento. ff. de libera. lega. & idem tenet Bald. in capitul. primo. in principio. per quos fiat inueſtitu. in vſi. feudorum, vbi

vbi voluit post Innoc.in.c.dudũ.de decimis. ꝙ si certa priuilegia confirmentur per Papam, nõ intelligitur confirmare, vt aliquod ius nouũ detur, nisi aliter constet de intẽtione confirmantis. ❡ Et facit quod tenet Bald.in.c.decernimus.de iudi.colum.a.loquẽdo in principe confirmante iurisdictionẽ delegatã, quæ erat nulla. Sed hoc limitatur, nisi princeps confirmaret ex certa sciẽtia, quia tũc propter clausulã, ex certa sciẽtia, nõ solũ dat robur actui confirmato, sed etiam illud extẽdit. vt tenet notabiliter Bal.in.d.c.ex parte. in fine.& in.d.l.nominationes.tu vide gloss. in terminis.in.c.dudũ.in verbo, cõcessione prædicta.de decimis.quam limitauit per Abb.ibi. & 15 tenet Ias.vbi suprà.nu.42. ❡ Adde quoq; ꝙ confirmatio aliquorũ † statutorũ est reprobatio aliorũ inualidorũ examinatorũ. vt Paul.de Castro. in.l. legata inutiliter.ff.de lega.1. & Alex.in.d. cõsilio.38.in.4.volu.& Bart.& Dy. in. d.l. legata.dicũt, ꝙ cõfirmatio vnius capituli, vel statuti de pluribus sapit reprobationẽ aliorum. ❡ Post quam talia statuta sunt cõfirmata, an possunt re-16 uocari per statuentes, sine licentia † cõfirmantis? Glos.in.d.c.frater.17.q.4.tenet quòd sic.in gl.fi. in fine.& tex.in.c.2.de cõfirma.vtil.vel inuti.& Abb.in.c.1.eius titul.& glos.in authen.de defenso.ciuita.5.interim illud in verbo, remouendi. colla.3. ❡ Bald.in.c.1.in glos.super verbo nos Romanorũ.de pace cõstã.in vsi.feudo.& Bald. in.l.omniũ.C.de testa.in fine.& ibi docto.& idẽ tenet Ang.in.l.Paulus.la primera.ff.de re iudi.in fine.dicẽdo, ꝙ ab statuto populi cõfirmato per principẽ, statuẽtes possunt recedere, & reuocare, & dicit esse mẽti tenendũ.& hãc opi. tenet Alex.in.d.l.omniũ.nu.3.cũ qua trãseunt docto. ibi.Salyc.& Fulgo.& Petrus de Anchara.in repet.c.canonũ statuta.de cõstitu.vers.sed hic ineis dẽter quæro. & facit text. in.c. dilecto. de præben.ibi, clausula prohibitionis adiecta à contrario sensu.Et Abb.ibi dicit, ꝙ statuta collegij cõfirmata per superiorẽ, possunt reuocari per solum collegiũ.est text.in.c.cũ accessissent. de cõstitu. ❡ Quod intellige verũ, nisi superior adiecisset clausulã illi cõfirmatiõi.s. ꝙ si cõtra fieret, nõ valeret, secũdũ Alexan.in.d.l.ominũ.nu.3.& Ias.ibi.nu.7.vers.sic.limita.vbi dicit, ꝙ ideo debẽt esse cautæ cõmunitate: quãdo faciũt confirmari statuti à principibus, vt nõ permittãt apponi clausulã decreti annullatiuã: quia etiã si cõfirmatio sit facta mero & puro fauore statuẽtiũ, tamẽ ꝑ dictã clausulã annullatiuã videtur superior habere ꝓ illicito quicquid postea statuẽtes in oppositũ attẽtarẽt, secũdũ Abb.in.d.c. dilecto.

nu.4.& Iohã.de Anna.in.c.quia frustra, de vsuris.de quo per Ias.vbi suprà.Et circa hanc.q. vi. quæ dixi suprà, in isto tex.in glos.las hara.nu.21. vsq, in fine.& vi.Roma.in cõsilio.116.& in cõsilio.65.1.colũ.& Cardi.in cõsilio.130.& Lapũ. allegatione.86.& Oldraldũ cõsilio.259.in prin-17 cipio.a.colu. ❡ Sed quid si ista statuta sic † confirmata sunt obscura, vel dubia, an isti statuentes possunt ea declarare? Bald.in.l.ex facto.ff.de vulgar.& pupilla.in principio, dicit, ꝙ credit ꝙ statuta cõfirmata à superiore, ꝙ interpretatio eorũ pertinet ad superiorẽ: quia sicut habet ius potentius in statuẽdo, ita habet ius potentius in interpretando.vt ibi.& in.l.fi.C.de legi.& idẽ tenet Angel.ibi.in principio.dicẽdo, ꝙ si statuta ancianorũ essent authoritate apostolica confirmata, Papæ esset interpretatio.ad quẽ pertinet distinctio.allegat.l.quia.ff.de iurisdi.om.iudi.& d.l.fi.de legi.& Alex.ibi in.d.l.ex facto.nu.7. dicit, ꝙ Imol.ibi dicit hoc verũ eo casu, quo anciani, id est, rectores ciuitatis cõdere non possunt per se solũ statuta, absq, cõfirmatione sedis apostolicæ, sed vbi anciani cõdere possunt per se solũ statuta absq; cõfirmatione sedis apostolicæ, vel regis, quamuis postea sint confirmata à sede apostolica, nõ obstãte hac confirmatione, poterũt ipsi interpretari.quod sequi videtur ibi Alexãd.Sed dicit hoc limitari, nisi esset apposita in confirmatione ista clausula.decernimus irritum quidquid cõtra factũ fuerit, & dicit ꝙ idẽ voluit Bart.& communiter alij, excepto Bald.in d.l.omniũ.vbi præfati doctores distinguũt, an tale statutũ poterat fieri per statuente sine cõfirmatiõe, aut nõ, quia eadẽ solẽnitas quę requiritur in statuẽdo, & cõfirmãdo, eadẽ requiritur in interpretãdo.d.l.si vt proponis.C.de nupti.authẽ.si cõtra.C.de testa.secũdũ Alex.vbi suprà. ❡ Sed occurrit mihi dubiũ.Aliquis dux, vel mar-18 chio, † seu comes, vel aliꝰ dñs tẽporalis, q villas, loca, & iurisdictionẽ in eis habet si cõfirmat statuta facta ꝑ sua loca, vel castra si requiratur alia cõfirmatio regis, vt ex eis iudicetur? Credo ꝙ si in suis terris habẽt regalia, ꝙ alia cõfirmatio non requiratur, licet cõtrariũ fit per senatores cõsilij regalis, qui ad petitionẽ cuiuslibet iubẽt dicta statuta ad cõsiliũ portari.& ꝙ nõ vtãtur eis, donec per eos sint approbata: quæ cõfirmatio, & approbatio regis non est necessaria: quia qui habet regalia, per sua priuilegia põt cõfirmare statuta, quæ cõfirmatio habet vim priuilegij, ita tenet Bald.in cõsilio.110.in.1.volu.in.2.colũ.vers.sed ad idem, facit fortius, & dicta cõfirmatio facit ius inter omnes in suo territorio cõmorãtes, & in suo territorio

ritorio possunt omnibus legem dicere, qui in territorio ingrediūtur, quia talis lex prædio datur ad instar confessoriæ & negatoriæ, in quibus non distinguitur vnde sunt. vt in.§.æquè. Institu. de actio. & in.l. si quis diuturno.§.si. ff. si seruitus vendi, secundùm Bald. in.d. consilio. ▼ Et facit quod tenet idem Bal. cōsilio.128.in.3. volumi. vbi tenet, quòd statutum potest confirmari, per magistratum habentem merum imperium. vt in l. prima.§.1.ff. quod quisq; iuri. & in.l. mulier.C. de senten. interlo.com. iudicum. ▼ Quinimo teneo, quòd isti duces, marchiones, & comites, & alij dñi tēporales huius regni iurisdictionem temporalem habentes perpetuam, licet nō habeant regalia in suis villis, seu locis, statuta sua sunt ius ciuile potens, quam prætorium, & non indigent confirmatione regis. Quia isti duces, & cæteri domini temporales in suo ducatu, seu comitatu assimilantur magis principi, quam præsidi, vt tenet Bald. in.l. receptitia. C. de constitu. pecu. in principio. licet aliqui allegent glo. in contrarium in titul. si de inuestitura. inter domi. & vasa. lis oria. in vsi. feud. ▼ Sed si isti domini sunt temporales, vel ad bene placitum superioris, tunc non æquiparantur principi in suo comitatu, nec statutum suum & ius ciuile, sed prætorium. Secus, vt dictum est, si sunt perpetui, cuius dignitas, & iurisdictio transit in filios, tunc æquiparantur principi, & statutum suum est ius ciuile, & non indiget alia confirmatione regis. vt tenet Saly. in.d.l. receptitia. & sic potest intelligere dict. glos. contrariam. Et ad hoc facit text. in.l.12. titul.1. parti.4. vbi duces, & alij domini temporales, qui ex successione hæreditaria in suis terris habent merum imperium, possunt cōdere legē, & forū: cū populi voluntate & cū per ista.l. cōcedatur dño leges seu statuta facere, non indigēt alia cōfirmatiōe. Et ita teneo ꝙ si populus statuta condidit, si confirmantur à domino loci, quia per suam confirmationem visus est consentire, & facere vnà cum populo suo, non indigent confirmatione regia, quia per.d.l. partit. habent potestatem faciendi. ▼ Sed hoc intelligo, dumtamen non statuant contra ius. vt in expres so tenet Ias. in repet.l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. numer. 35. in fine. vbi quoq; dicit, quòd quilibet populus habet facultatem faciendi statuta, & non requiratur alia confirmatio superioris, licet Bald. & Cinus. teneant aliter, & malè secundùm eundem Iasonem. ibi, quem vide; & hoc in terris regalibus, licet contrarium obseruetur de consuetudine, quanto magis in terris dominorum, quia sufficit sua confirmatio, cùm ex dispositione dicta.l. partit. possunt ea. condere, & sine vlla confirmatione valent, quia habent à superiore authoritatem præcedentem faciendi. per dict. l. nam si non haberent, requirebatur authoritas accedens. vt tenet Bald. in capitul. cùm omnes. de constitutio. numer. 23.

▼ Sed contra hoc tenet Angel. in.l. imperium. ff. de iuri. omnium. iudi. columna.3. versicul. ex prædictis. & ibi Barba. in additionibus ad Bartol. in additione quæ est in numer.8. vbi dicunt, quòd si datur alicui ciuitas, non datur licentia condendi leges, vel statuta, quòd dicit notandum. Sed hoc non obstat, quia licet per dictam donationem non detur sibi potestas legem condendi, datur sibi per dict.l. partit. Vel aliter, licet ipse solus non possit condere, secus vnà cum populo suo, vt ibi. ▼ Sed quicquid sit de iure, semper video, quòd talia statuta, maximè in supremis audientiis regalibus non custodiuntur, nisi sint confirmata per regiā potestatē, nisi dicta statuta sint antiqua, & vsitata. ▼ Et quia isti populi, & eorum domini non possunt statuere, nec condere contractus regium, vel commune, vt Bald. in dict.l. omnes populi. columna.5. versicul. sed hic dubitatur &.l. formam. C. de offi. præfe. Alexand. in.l. nemo potest. ff. de lega. primo. columna prima. & Abb. in capitul. quod per his. de maiorita. & obedi. & Innoc. & Abb. in capitul. final. de offici. legat. quia si par imparem non potest statuere, multò minus inferior contra legem superioris. c. cùm inferior de maiorita & obedi.l. nam & magistratus. ff. de de arbitris est vtile vt dicta sua statuta videantur per senatores regalij consilij, vt aboleantur de libro, & capitularibus, si quæ sunt contra ita ius, & senatores consilij illico debent ea videre, examinare, & tradere dictis villis, & locis, ea quæ sunt vtilia, & pendente examinatione, non debet suspendi effectus, nec executio dictorum statutorum, nec dictæ villæ, seu loca sint sine regimento, & gubernatione. vt tenet dicta pragmati 147. in libro pragmati.

Prætorum. Cap. XVII. finis.

Sequitur Caput. XVIII.

Summarium.

Summarium.

1 Domus publica dicitur, in qua iustitia, & rectores ciuitatum cogregantur ad consilium faciendum, & ad gerendum negotia vniuersitatis.

2 Ciuitas debet esse coadunata tuba, vel campana, edicto, vel nuntio.

3 Si rectores in platea aliquid fecerunt, non diceretur ille actus factus ab vniuersitate, sed à singulis.

4 Domus publicæ non debent conuerti in vsibus priuatorum.

5 In domibus publicis debent habitare correctores, & nō in domibus priuatorum: & si non sunt domus publicæ, de publico debent conduci, vt in eis habitent.

6 Iudex cum primum ad vrbem accedit, debet videre, & visitare publica horrea, seu domus bladorum, vt si indigent reparatione, reparentur.

a De concejo. ª Quod dicitur publicus
1 locus † in quo debent conuocari iustitia, & rectores ciuitatū ad cōcilium faciēdū, & ad gerēda negotia vniuersitatis. vt gloss. in. l. sicut. ff. quod cuius vniuer. nomi. & probatur in. l. prima. eius titul. & est text. in. l. obseruare. C. de decurio. lib. 10. in verbo curiā. & ibi Iohā de Plat. 1. colū. & Luc. de Pen. vbi exponit. i. ad prætoriū, vel palatiū publicū. vt in. l. 3. C. de operi. publicis. & in. l. decurio. eius titul. dicit, ꝙ est locus, vbi cōueniūt, & morātur decuriones, vel dicitur conuentus decurionum & talia consilia vniuersitatū fieri debēt in curiis vel palatiis. vt per Plat. in d. l. obseruare. ¶ Ad hoc faciēdū debet ciuitas
2 esse adunata † secūdū consuetudinē, vel tuba, vel cornu, cāpana, vel edicto, vel nūtio. Et de hoc in actu vel syndicatu est opus vt fiat mētio, aliter non valeret actus. vt est casus in. l. actuarios. C. de numerariis actuari. li. 11. & glo. in. l. 1. tñ. ff. ad trebellioni in princ. & tenet Ang. in. §. ꝙ si tuto. Institu. de curato. nu. 8. ¶ In tātū, ꝙ si isti recto-
3 res † ciuitatū essent in platea, & aliquid facerent, nō diceretur ille actus factus ab vniuersitate, sed à singulis: quia ad hoc vt actus dicatur gestus ab vniuersitate, oportet, ꝙ more solito congregētur. vt in. d. gl. dictæ. l. sicut. & ad hoc est notabilis secūdū Abb. in. c. cū omnes. de cōstitu. 7. colum. nu. 7. quasi in fine. & ibi per eū, & per eius additiona. quādo dicatur actus gestus in cōmuni, &
4 ab vniuersitate. ¶ Et istæ domus † publicæ non debent conuerti in vsibus priuatorum. vt in. l. 3. C. de operib. public. ¶ In quibus domibus pu
5 blicis debēt habitare † isti correctores, & officiales, & non in domibus priuatorū. vt tenet Paris de Put. in tracta. syndi. in parte, expensæ quidā, folio. 110. nu. 5. & in. l. 1. C. de palati. & domi. domesti. libr. 11. & ibi glos. & Iohan. de Plat. vbi nō licet habitare in domibus, vel palatiis principis nisi sint iudices, & officiales publici, quibus nō licet habitare in domibus priuatorū, nec cū eis cōuersationē habere quia nimia familiaritas parit cōtēptū, vt in. l. obseruādum. ff. de offi. præsi. sed debēt habitare in dictis publicis domibus, vt eorū reparationi prouidere cōpellātur: & si nō sunt domus publicæ, de publico debēt cōduci, vt in eis habitent. vt Plat. vbi suprà. De quo vide quæ posui in. c. 8. suprà. eod. in glos. por sus dineros. ¶ Et cū primū iudex accedit ad vrbem, primò debet videre, & visitare
6 † horrea, seu domos bladorū, si quē patiūtur defectū tecturæ, vt illas faciat reparare, ne pluuiis frumēta devastētur: aliàs si in hoc & ipse, & sui officiales fuerint negligētes, ad eius præsidis damnū redūdabit. text. & ibi Plat. in. l. cū ad quālibet. C. de. cōdi. in public. horre. libr. 10. & text. in. l. fine in aliquam. ff de offi. procōsu. quia est maxima incuria. i. negligētia cuiuslibet administratoris sarta tecta nō reparare, id est, domos denudatas nō cooperire, & pmittere, ꝙ res pluuiis deuastētur. secūdū Plat. in. d. l. cū ad qualibet. Quinimo secūdū Lucā de Pē. ibi, debēt facere, ꝙ in illis domibus publicis aliqui habitēt: quia domus inhabitata deterioratur, & facilis est ędificiorum ruina, incolarū subtracta custodia. & facit iste text. ibi, se informe.

Prætorū. Ca. xvij.

Otrosi se informe, si ay casa de concejo, ª y car-

Summarium.

1 Carcerans inuentus ad pœnam vel ad custodiam.

2 Carcer est duplex.

3 In criminali tenet sententia ipso iure, licet iudex ponat maiorem pœnam, quàm debuerit, nec dicitur error expressus in sententia.

4 Liber homo, an potest damnari ad carcerem.

5 De iure ciuili an potest poni pœna perpetui carceris.

Carceratio,

6 Carceratio an debet esse in loco publico.
7 Si iudex, vel custos carceris bene nō custodiuit captum, & fugit, tenetur soluere pro eo illud pro quo erat captus, sed non alia debita. vt infrà numer. 8.
8 Potestas tenetur, si captū aufugit, licet captus sit traditur custodibus carceris. vi. hic.
9 Si potestas deputauit hominem fidelem pro carceris custodia, & approbatum in illo officio, qui postea aufugit cum carceratis, nō tenetur, cùm non sit quid sibi potuit imputari. Et idem in tutore, qui posuit alium loco sui.
10 Commentariensis, qui alicui commisit carceres, qui tempore custodiæ diligens, & sufficiens reputabatur, si postea mutauit mores, non tenetur talis commentariensis.
11 Si potestas sufficit aliquem custodiri, & custos eum nō carcerauit, quia erat nobilis, & honestissima persona, sed fide eius cōmisit, qui fugam arripuit, talis custos non tenetur.
12 Tutor, vel curator, qui deposuit pecuniā minoris apud campsorem, ad cuius fidem cōmuniter recurrebatur, non tenetur, ꝑ dictir pecuniis per fugā, & cessationem dicti campsosis.
13 Custos carceris an teneatur eadem pœna, si captus aufugit.
14 Custos eo ipso præsumitur in culpa, & negligentia, quando reperitur captus male custoditus. Ideo custodi incumbit onus probandi, quòd sine culpa, & negligentia aufugit.
15 Custos quomodo debet probare diligētiā custodiæ, vt non teneatur, si captus aufugiat.
16 Custodi paritur, quando carceratus rumpit murum in loco absconso, vel sub terra, nisi promisit in carcere ferrum immitti.
17 Si carceratus mortuus est in carcere, potestas tenetur, nisi probet, quòd non dolo, nec culpa mortuus sit.
18 Carcerarius potest torqueri eo ipso, quòd carceratus aufugit.
19 Exhibendo potestas custodem carceris, an libe retur.
20 Custos carceris quando non est in dolo, puniatur pro modo culpæ arbitrio iudicis.
21 Custos, qui non custodiuit captum, qui veniebat absoluendus, vel qui per gratiam debebat relaxari, non tenetur.
22 Captus iniustè, & fugiens, non tenetur.
23 Carcerarius non potest liberare carceratū absq; suo periculo, sine licentia iudiciis.
24 Si non reperitur quis fecit carcerari vel recommendari captum anteaquā relaxetur, bannimenta debent fieri.
25 Licet quis sit in debitè carceratus, non debet se laxari fine licentia iudicis.
26 Carcerarius excusatur, si in carcerem permisit lucem ingredi, & fenestram cancellatam aperuit, ne capti macerarentur.
27 Carcerarius non est in culpa, nec in dolo, quando consanguinei carcerati intra lignum perforatum, vel intra panelos, aut intra vnam tabulam ferrum imposuerunt, cum quo carceratus catenas limauit.
28 Carcerarius excusatur, si ipse de nocte dormitet in domo carceris, vel si de die carcerati insurrexerunt contra ipsum, & eū ligauerunt, seu vulnerauerunt.
29 Si carcerarius ex consuetudine habet camaram, vel mansionem in palatio separatam à carcere. Vel si de nocte dimissis carceratis bene clausis, & ipsi ruptis catenis, & ianuis euaserunt, talis carcerarius non tenetur.
30 Carcerarius, qui de nocte solut⁹ est accedere ad domum suam ad dormiendum, hoc faciens, non censetur in culpa. Et etiam si dormiebat in carcere, & somno grauatus carceratisfu gerunt non tenetur, dummodo ante dormitationem diligentiam fecerit. Et idem si muri, & portæ carceris. Et tectum erat fragiles, vel carcer stabat in aliqua dominuncula linea, vel domiuncula stabulo, ex quibus quis poterat faciliter euadere.
31 Custos excusatur, si non custodiuit ita bene senem sicut iuuenem, seu eum, qui traditus est ligatus. Et excusatur, si violentia sibi fiat.
32 Carcerarius an excusetur, si filius, vel vxor carcerati induat se vesti mulieris, & in carcerem intrauerit & induit vestes carcerato, qui exiuit carceris in forma mulieris.
33 Quid si carceratus euasit à carcere miraculosè.
34 Si officialis, qui non habet carcerem recommendauit in carcerem potestatis aliquem delinquentem, qui de iudicum aliis fugit, an teneatur carcerarius, an custos carceris teneatur, si potestas posuit alium custodem.
35 Eximens captum à carcere, vel à manibus familiæ.

liæ, qua pœna puniatur.
36 Fugiens à carcere, an habeatur pro factore, & cõ demnato.
37 Captus fugiens cum omnibus captis, vel cum maiore parte, custode ignorante, præsumitur delicti reus, secus si aliàs fugiat.
38 Captus pro inquisitione criminis specialis habetur pro factore fugiens à carcere. Secus si est captus pro generali inquisitione.
39 Fugiens à carcere cum effractione, vel conspiratione, habetur pro confesso. Secus si aufugiat sine fractione, quia pro confesso nõ habetur sed pro motu iudicis punitur.
40 Fugiendo à carcere publico aperto, non habetur pro confesso. Idem si pro muros carceris fugiat sine vlla fractione. Et idem si fratris cõ pedibus, exit per hostium, quod inuenit apertum. Vel si aufugit de palatio potestatis.
41 Carceratus iniustè, licet fugiat, non punitur.
42 Carcerat⁹ iniustè, vt euadat, si aliter euadere nõ potest, licet sibi occidere custodes carceris illicitè ipsum custodientes, & non tenetur de homicidio, nec de fracto carcere. Imò talis captus iniustè si non fugit, si potest, capite punitur.
43 Iniustè carcerato licitum est iuramentum rumpere.
44 Fugiens à carcere animo redeundi, non dicitur fractor carceris.
45 Mulier fugiens à carcere causa euitandæ libidinis, non punitur, quia licitum est sibi fugere.
46 Quid si exiuit causa implendi votum.
47 Mulier efugiente de carcere mulierum, & euntead carcerem virorum, an dicatur frangere carcerem.
48 Fugiens à carcere propter nimiam sæuitiam iudicis, vel propter eius minas atroces, an habeatur pro factore.
49 Bannitus excusatur, si non comparet, nec mittit procuratorem, si timet vim sibi inferri.
50 Fugiens à carcere, & illicò vadens ad superiorem, & coram eo se præsentans, non dicitur fugere à carcere.
51 Contra fugientem ab carcere ad hoc, vt habeatur pro factore, non requiritur aliqua citatio, sed solùm habita informatione de Fractione, & de fuga, condemnatur.
52 Iudex fugiens à syndicatu, & faciens fugere delinquentem, vel debitorem, an teneatur.

b 1 Carcel. ᵇAd pœnã, omniũ †noxiorum. vt glos. in. l. nemo carcerẽ. C. de exactori. tribu. lib. 10. ☞ Sed cõtrarium videtur, quia est ad custodiẽdũ, & nõ ad puniẽdũ. l. aut dãnũ. §. solent. ff. de pœnis. & in. l. credibile. C. eod. tit. Et text. in. c. quãuis. ad reorũ de pœni. in 6. glos. in. l. 1. C. de custo. reo. text. l. 4. tit. 31. parti. 7. & melius. l. 11. & Iohã. de Anna. in. c. à nobis 1. colũ. de aposta. & ideo punitur custos carceris, q

celᵇ el qual côuen-

prisionariũ ponit in loco, vbi de die nõ pôt aliquid videre, vel audire, putà in vasa fouea, nam ex hoc aliquando euenit, q dictus prisionarius ibidẽ moritur, put notabiliter Iohã. de Anna. in. d. c. à nobis & in. c. de cætero. in fine de homici. & in. c. qui ad falsariorũ. in princip. de crimi. fal. vbi etiã dicit idẽ Anna. q episcop⁹, qui dãnato ad perpetuos carceres dat locũ nimis arctũ, vel cibos minuit, ex qua quidẽ minutione minuit illius vitã, non euitat irregularitatẽ. ☞ Pro solutione dic secũdũ glos. in. d. l. nemo carcere ponẽdo, q carcer est omniũ pœna dignorũ, id est, qui sunt digni illa pœna, non q carcer detur ad pœnã. Et quoq; dicitur carcer à coercendo. ideo ponere in carcerẽ, est de mero imperio, & coercio propriè custodiã carceris designatur, secũdũ Lucã de Pẽ. ibi colũ. 2. per text. in. c. de liguribus. 3. q. 5. ☞ Quoq; intelligitur, q est ad custodiã de iure ciuili. Secus de iure canonico, quia secũdũ ius canonicũ aliquando est ad pœnã vt in. d. c. quãuis. & secũdũ Domi. ibi aliquã do inducitur pœnitentia, vt quis stet reclusus incerto loco. c. nouimus. de verbo. signifi. ☞ Et ratio quare ius canonicum carcerẽ perpetuum permittit, & ius ciuile non est, quia Deus non vult mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur, & viuat. Ezechi. 18. & c. hic qui. 3. q. 4. & c. his à quibus. 23. q. 8. & in authen. vt non luxuri. contra nat. in princip. colla. 6. sed iura ciuilia loco huius carceris imponunt pœnã mortis, vt notat glos. 2. in. d. c. quãuis, & ibi per Domini. ☞ Et 2 sic secũdũ †Plat. in. d. l. nemo carcerẽ. in princi. carcer est duplex. s. carcer pœnæ, secũdus est custodiæ, & tertius est pœnitẽtiæ. Et sic pôt dici, quòd aliud est carceratũ tenere, & aliud sub custodia detinere. vt est gloss. & ibi Bartolus. in l. final. C. de curiosis. libro. 12. & Plat. in. l. prima. eius titul. nu. 2. ☞ Et sic quãdo aliquis custoditur ad eius dãnũ, seu vituperiũ, tũc si ille, qui facit eum custodire, habet vnde soluat, ipse debet soluere expensas tali custodi, & sportulas tamen postea recuperauit, à custodito in taxatione expensarũ. vt tenet Plat. in. l. fi. C. de eroga. milita. libr. 12. ☞ Sed tu dic, q licet de iure ciuili carcer inuentus sit ad custodiam principaliter, non ad pœnam:

pœnā tamen etiam ad pœnam postea redactus est vt glosſ. in capitul. cum episcopus. de offi. ordina. quod est, quando nunc expectat aliam pœnam postea imponendam à lege, vel abhomine pro illo delicto. vt in.l.diuus.ff.de iniuri. & in.l.prima.in fine.ff.de aleato.iu.& in.l.fin.§. final.. ff. de his qui in Fráciſ. eredi & in.l.ſenatus.ff.de iniuri.& ibi Ang.ſi autē poſitus in carcere expectat aliā pœnā imponēdā pro eodē delicto, tunc carceratio eſt ad cuſtodiā.vt in.l.1. C. de cuſto.reo.& ibi Salyc.prout tenet Iohan.de Plat.in.d.l.nemo carcerem.nu.6.vbi in nu. 7. tenet,quòd etiam.de iure ciuili ſeruus poteſt damnari ad perpetuum carcerem. vt in.l.in credibile.&.l.ſeruus.ff. de pœnis. & ſeruus damnatus ad carcerem,indubio intelligitur perpetuum.vt in.d.l.ſeruū.nec tamen dominus perdit ius, vel dominiū.licet perdat, ſi ſeruus in metallū dānetur vt in.d.l.aut dānum.§.ſi.ſed liber homo ad perpetuū carcerē nō debet damnari.vt in.d.l.in credibile.& in.l.mādatis.ff.de pœni. ſi tamē dānetur licet fieri nō debeat,ſentētia tenet ipſo iure,ſed cōmutabiliter, quia poteſt principi ſupplicari de remiſsione, vel mutatione pœnæ. vt in.l.1.§.ſi.ff.de quæſtio.&.l. moris.§.iſte.ff.de pœnis.& hoc tenet gl.in.l.ſi quis ex hæredato.§. ſi quis.ff.de in iuſt. teſta.& gloſ.in.d.l.in credibile.

3 Ex quibus gloſ.colligit, ꝙ in criminali † tenet ſententia ipſo iure,in qua iudex ponit maiorem pœnā,quam debuerit; nec dicitur error expreſſus in ſententia, qui aliàs reddit ſententiam ipſo iure nullam.l prima.§.Item cum contra ſacras.ff.quæ ſentētiæ ſine appella. reſcind. prout tenet Plat.vbi ſuprà. ☞ Ad tēpus autē bene pōt

4 liber homo dānari ad carcerationem. † vt in.l. 4. &.5.titul.12.libr.8.in ordina.regali.& in aliis legibus illius libri. Et ſi tempus non eſt limitatū, erit decem annorum, putà cum iudex dicit in ſententia, Condemnamus ad ſtandum in carcerem ad tempus. vt eſt caſus in.l. ſine præfinito. ff.de pœnis.& notatur in.d.l.in credibile.

☞ Sed alij dicunt ſecundùm Iohan.de Plat. vbi

5 ſuprà.nume.8.quòd etiam de iure † ciuili poteſt imponi pœna perpetui carceris, quando crimen nō exigit pœnā vltimi ſupplicij, ſecus quādo crimen exigit pœnā vltimi ſupplicij tūc nō poteſt reus condennari ad perpetuam carcerē, quia tunc non eſſe ſufficiens delinquentis pœna.cum hæc pœna ſit ad peragēdam delicti pœnitentiam,& non corporis extinctiua. c. nouimus.de verbo ſignifi.& Plate.vbi ſuprà.

6 ☞ Et iſta carceratio † debet eſſe in loco publico, aliàs officialis carcerans in alio loco,quam in publico,tenetur crimine priuati carceris ſicut teneretur priuatus.tenet Iohan. de Plat.in.d.l.nemo carcerē.nu. 14. ꝙ nō credo verū cū locū carceris ſit arbitrariū, vt Pala.Rubios in repet.rubri. de donatio.§.9.nu.13.vbi tenet,ꝙ ſtāte ſtatuto,quòd quis debeat poni in carcerem pro delicto,ſi nobilis venit carcerandus,ſatisfacit ſtatuto, ſi detur palatium,vel ciuitas pro carcere. vt Iaſ. in repeti.l admonendi.ff.de iuriuran.colum.68. numer.143.& vi.gloſſ.in.l.ager.C.decurioſis. libr. 12.& Corſetus in notabilibus ſuis,in parte,cuſtodia.& Angel.de maleſi. in parte, qui iudes dictum.numer.14. & eſt text. & ibi Bartol. in. l. prima.ff.de cuſtodi.reorum. ☞ Et vide Bald. in l. 3. C. de epiſco.audien.& in authentic. ſi quis C.de adulte.vbi tenet, quòd poteſtas poteſt cōmittere carceratum detineri in quocunq; loco ſuæ iuriſdictionis, donec mittat familiam pro eo.vt tenet Paris de Pute.in tracta.ſyndi.in parte.carcer careeratus.folio. 70. in fine. ☞ Et quia aliud eſt mittere in carcerē, aliud eſt ſub cuſtodia retineri.vt gloſſ.in dict.l. vlti.C.de decurioſis libr. 12. & ibi Bartol. & dicitur. ſub ſecura. & fida cuſtodia detineri, qui de eius manibus non aufugit, vt de pace.tenen.in vſi. feudorum. & tenet Cataldi. in tracta. ſyndica. in numero. 181.tomo.14.tracta, vbi quoq; dicit,quòd ille dicitur ſub fida cuſtodia detineri, qui detinetur ligatus, adeo, quòd aufugiat, commentarienſis exeuſatur. vt eſt gloſſ. in.l. prima.§.final. ff. de ſeru.fugi.in verbo. permittitur. de quo per Innoc. in capitul. nuper de ſent. excom. & ibi qualiter dicatur ſub fida cuſtodia detineri, vt inſra,numer.15. & item dicitur carceratus ille, cui pro carcere locus eſt aſsignatus, ita quòd illum locum exirem non poteſt,& ire quo vult, ſecundùm cataldi. vbi ſuprà. ☞ In tantum carcer eſt

7 ad cuſtodiam, quòd ſi iudex, vel cuſtos carceris non bene † cuſtodiuit captum,& aufugit, tenetur ſoluere pro eo.vt in dict. l. ad commentarienſem.C.de cuſto.reorū.& ibi doct.& tex.in.l. 12.titul.14.libr.ſecundo.in ordi. Regali. vbi ſingulariter de materia. & ibi quoq; vide quid in criminalibus.& text.in.l.13.titul. 13. eodem. lib. & Montal. in gloſſ. ordina. in parte, cuſtodes carceris.& Rodericus Suarez in ſingulariter in repetitio.l.ſecunda.titulo. delos emplazamientos.for.ll.libr.ſecundo.colum.74.verſicul. probatur.& eundem Montaluus. in.l. 11. titulo. 13. for. ll. libro. quarto. in gloſſ. quæ incipit, dela carcel verſicul.Item ſi fugit. & Bartol. intracta.

de

de carceribus. ¶ In tãtum tenetur, ꝙ si tales cu-
stodes carcerũ, propter misericordiã alleuiaut
aliquãdo captiuos alienos, si aufugiãt, tenentur
creditoribus ad interesse. vt tenet Angel. in. §.
cæterũ. Institu. ad. l. Aquili. vbi dicit, ꝙ habuit
de facto Bononiæ, licet liberatio carceratorũ, si-
ue sit pro maleficio, siue non, nõ semper est pia.
tenet Bald. in. l. quãuis. versic. sed & si ideo. ff. so
lut. matri. ¶ In tãtũ hoc procedit, ꝙ potestas te-
8 netur, † si captus aufugit, licet captus sit traditus
custodibus carceris, ꝙ talis potestas tenetur si cu
stodes carceris sunt positi à potestate, vel sunt de
familia sua, quia malos posuit custodes. Secus
autẽ si à republica erãt deputati, vel positi, tunc
nõ tenetur potestas, sed ipsi tãtũ custodes puniũ
tur vt in. d. l. ad cõmẽtariẽsem. & ita tenet Mon-
tal. in. l. 2. titul. 2. for. ll. lib. 2. in glos. porque no lo
entiende. in fine. vbi dicit, ꝙ ista intelligitur fo-
ro nouo de Alcala. s. l. 2. tit. 20. l. si los mõteros, or
dinationis regis Alfonsi Segouiæ. l. 6. & 7.
quæ est lex iã allegata. 12. titul. 14. libr. 2. in ordi-
na. rega. quæ incipit, si los monteros. & idẽ tenet
Bal. in. l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. procõ
su. & lega. nu. 2. Et quoq; intellige ꝙ tenetur pro
debito, pro quo carceratus erat, & nõ aliis debi-
tis, quæ carceratus debebat, si pro illis nõ erat ca
ptus, vel detẽtus, seu recõmendatus. prout tenet
Bald. in authẽtic. qui iurat. C. de bonis autho-
ri. iudi. possidẽtis. nume. 10. & sequitur Suarez
in repet. l. 2. for. ll. titul. delos emplazamiẽtos. in
fine. ¶ Tamẽ si potestas posuerit custodẽ carce-
9 ris. vel eũ deputauit, nõ tenetur, † si deputauit
hominẽ fidelem pro carceris custodia, & in illo
officio approbato qui postea aufugit cũ carcera
tis, quia nõ est quid sibi potuit imputari. vt te-
net Pala. Rubi. in repeti. c. p vestras. de donatio.
§. 7. qui incipit. 7. infertur. nu. 10. fol. 110. per glo.
in. c. ad hæc. de officio Archidi. & ita dicit. ꝙ ita
consuluit pro nobili viro Iohãne de Deça, cũ iste
casus accideret, dũ esset corrector in ciuitate A-
bulensi, qui erat vxoris suæ abunculus vt videri
potest in suo cõsilio, qđ consiliũ ego non habeo
nec est traditũ impressoribus sed sufficit autho-
ritas dicti Pala Rubi. ¶ Et in simili facit, ꝙ si tu
tor vnius magni patrimonij, vel alius positus in
magna administratione excusatur, si in tali admi
nistratione posuit factorẽ cõmuni æstimatione
reputatũ idoneũ, vel sufficiẽtẽ. vt tenet Bart. in
l. cũ ad quãlibet. C. de conditis in publicis hor-
reis. libr. 10. & ibi Iohã. de Plat. licet cõtrariũ te-
neat ibi Luc. de Pẽna. dicendo, ꝙ tutor non ex-
cusatur, quãuis aliũ loco sui ponat, quia intelligi
tur, quãdo nõ posuit sufficiẽtẽ. vt Bart. & Plat.
ibi. ¶ In cuius fauorem dico, ꝙ facit quod tenet
Paris de Put. in tracta. syndica. in parte, licet di-
10 catur. nu. 4. fol. 75. vbi ait, † ꝙ si cõmẽtariẽsis cõ-
misit carceres alicui, qui tẽpore custodiæ diligẽs
& sufficiẽs reputabatur, si postea mutauit mores
nõ tenetur. Per quod limitatur. d. l. 12. ordi. vbi
tenet, ꝙ si custos aufugiat cũ carcerato, puniatur
eadẽ pœna, ꝙ nõ habeat locũ, quando corrector
deputauit hominẽ fidelẽ pro carceris custodia
quoq; in fauorẽ Pala. Rubi. allego text. in. l. fi. §.
interdũ. ff. de custo. reo. vbi si vnus ex custodi-
bus carceris aufugiat cũ carcerato, alter, qui re-
manet, est excusatus. & tenet Roma. in singula.
30. ¶ Et Angel. ibi per illũ text. in. d. §. interdũ.
dicit. de castellano à sociis prodicto, ꝙ excusa-
tur. ¶ Facit quoq; quod tenet Paris de Put. in
tracta. syndica. in parte, pone ꝙ carceratus. folio.
76. vbi carceratus, qui aufugit cũ notario pote-
statis, qui in officiis reputabatur homo fidelis,
nõ tenetur potestas, quia propter eius bonã fa-
mã potuit, & debuit potestas præsumere fore bo
nũ. & legalẽ. arg. dicit esse in. l. nõ omnis. §. à bar-
baris. ff. de re milit. c. ex studiis. de præsumptio. &
quia in dubio quilibet præsumitur bonus. l. o-
mnino C. de in offi. testa. & Feli. in. c. dudũ. eod.
titulo. & propterea non videtur esse in culpa,
quia quilibet diligens potestas hoc fecisset. per
notata in. l. ꝙ nerua. ff. depositi. quia ratio qua-
re tenetur potestas pro suo officiali est, quia nõ
debuit vti opera malorũ virorũ, quorum operis
vtens, censetur in culpa. vt tenet Amode. Iusti.
in tracta. syndica. in parte. Itẽ in eo ꝙ dicti socij
milites. 3. colũ. per. d. l. fi. in princip. ff. de custo-
dia reorũ. & ideo tenetur ex quasi maleficio. vt
in. d. l. obseruare. §. proficisci. & in. §. pẽ. Insti-
tu. de obliga. ex quasi male. hic autẽ potestas ab
omni culpa videtur excusat⁹, propter bona ope
ra dicti notarij seu custodis carceris: quia, vt di-
xit Paris de Put. vbi suprà. allegando Bald. o-
mnis culpa videtur cessare, quãdo aliquid fit ab
eo, de quo verisimiliter erat cõfidẽdũ. arg. l. si pa
tronus. ff. de confirma. tuto. Licet Paulus de Ca
str. in. l. 1. §. dolũ malũ. ff. de eo per quẽ factũ est.
nu. 5. dicat. ꝙ nimia credulitas licet excuset à do-
lo, nõ tamẽ excusat à culpa. ¶ Facit in simili qđ
tenet Ang. in. l. si à bonæ fidei. ff. de rei vẽdi. vbi
11 si potestas † iussit aliquẽ custodiri, & eũ custos
nõ carcerauit, sed fide eius cõmisit, quia erat no-
bilis, vel honestissima persona, & integræ opi-
niõis, & probatæ fidei, qui fugã arripuit, ꝙ talis
custos nõ tenetur quasi malè custodierit. quod
dicit notabil. dignũ. Quã. q. dicit, ꝙ occurrit de
facto domino Guelfo de Prato. tunc potestate
Bononiæ.

Bononiæ.tamen videt eum ſtare in magno periculo propter dictam fugam.facit in argu.l.in argẽtũ.ff.cõmoda.&.l.ſi vt certo.&.l.cuſtodiã, & l.in rebus.eius tit.&.l.nõ ſolũ.ff.de noxali.& tenet Paris de Puteo. in tracta. ſyndica. in parte, an poteſtas.folio.71.nume.2. ¶ Quod dicit An-
12 gel.quoq; facere pro tutoribus,† & curatoribus, qui depoſuerunt pecunias minorum apud campſorem,ad cuius fidem communiter recurrebatur, vt non teneatur pro dictis pecuniis per fugam,& ceſſationem dicti campſoris, & dicit ꝙ facit optimè.l.pignus.ff.de pignor. actiõe.& eſt caſus notabilis ſecundum eum in.l.ſi res pupilla res.ff.de adminiſtra. tuto. & tenet Angel. per text. ibi in.l. ſi à bonæ fidei poſſeſſore. ff. de rei vendica. pro quibus facit quod notat gloſ. in.l. Titio fundus. in gloſ.magna in verbo,accreſcit.& ibi Bartol.ff.de condi. & demonſtra. vbi tenet, quòd credendum eſt homini fide digno. & eſt ſingula ſecundùm Iaſ.in.l.prima. ff. de eo per quem factum eſt.numer. 17. & dicit, quòd eam allegat Alberi. & Bald. in lectura antiqua, ibi.Angel.& Roma. & Bartol. in.l. non ſolum §.mortis.colum.16. ff. de noui oper. nuntia. & Panor. in capitu.cùm contingat. penult.colum. de reſcrip.& alios,de quibus per Iaſ. vbi ſuprà. ¶ Et quòd cuſtos teneatur,ſi captus aufugit, in-
13 tellige,† quando eius dolo,vel culpa aufugit,nõ ratione ſuæ priſionis,ſed ex diſpoſitione legali, vt tenet Paulus de Caſtro.in.l.fideiuſſor.§.in fideiuſſorem.ff.qui ſatiſda.cogan.nume. 5. & idẽ tenet Bartol. in. l.ſi quis.ff.de cuſto.reo. & hoc quia in iſto caſu lata culpa æquiparatur dolo, quod regulariter non eſt. vt in. l. tertia. ff. ad. l. Cornel.de ſicca. Bartolos.in.l.prima.ff.de legib. ¶ Quia hoc operatur ſuſceptum officium,cuius ratione ipſe corrector, algazellus,ſeu cuſtos carceris, videtur ſe ad diligentiam obligaſſe & ſe peritum profiteri.vt.ff.ſi menſor falſ.mod.dixe. l.prima.§.hæc actio.& tenet Montal.in dict. gl. ordi.in parte,cuſtos carceris. Et tenetur quoq; quando dolo, vel prætio corrupti fuerunt. vt Amodeus Iuſti.in.d.tracta. ſyndi.in dict. verſicul.per carceris.&.l.milites.&.l. final. ff. de cuſto.reorum. ¶ Sed ſi ex negligentia cuſtodis captus aufugit in criminalibus, & ſic vbi captus pœna mortis, vel aliam corporalem merebatur, tunc cuſtos carceris iaceat vnum annum in carcere. Sed ſi captus erat ex cauſa ciuili & ſic ex pecuniario debito, ſi aufugit propter negligentiam cuſtodis, ſoluat cuſtos debitum, & tribus menſibus iaceat in carcere in catenis, vt cauetur in dict.l.12.ordina.quæ incipit, los monteros.& hoc quia,vt dicit Montal. in dict. gloſ. ordin.in dict.parte, cuſtos carceris, negligentia cuſtodis,vel officialis punienda eſt.l.militis. ff. de cuſto.reo.& in.l.carceri.C. de anno.& tribu. libr.10.l.iudice. Et per dictam.l.regiam corrigitur dictum Amode. Iuſti. in dict.tracta. ſyndica. in dict. parte.verſicul.caueant. colum. 3. vbi dicit,quòd ſi negligentia cuſtodis aufugit captus, cuſtos debet puniri eadem pœna. per dict. l. ad commentarienſem.ibi, ſi reus fuerit aliquo modo elapſus,ipſum cuſtodem volumus eadẽ pœna teneri,quia ſolùm debet puniri,vt diſpoſitum eſt per dict.l.regiã. ¶ Et ideo dico, quòd ſi quis eſt captus pro debito, & debitum debebat probari per confeſsionem debitoris,& dolo,vel culpa,& negligentia cuſtodis eſt factum, quòd probari non poteſt,talis cuſtos tenetur ad intereſſe, quia debitum probari non poteſt propter dictã relaxationem,& eſt ſtandum dicto creditoris.vt eſt text.in.l.final.§.ſi. ff. de eo per quem factum eſt.& eſt optimus text.in materia ſecundùm Iohan.de Anna.in cõſilio.53.verſicul.præterea.vbi dicit,quòd ſi non fuiſſet relaxatus,probaſſet debitum per eius confeſsionem,nam relaxando debitorem captum, qui fuiſſet confeſſus debitum, dicitur actori & creditori ſubtrahere probationes,& copiam delinquentis, quo caſu dicitur ipſe cuſtos iudicis authoritatem deluiſſe.text. in capitul.conſtitutus.el ſegundo. de teſtibus. ¶ Et
14 eo ipſo præſumitur in culpa, † & negligentia, quãdo reperitur malè cuſtoditum. vt in.l.diuus ff.de offi.præſi.&.l.3.§.final.ff. de officio præfe. vigil.ſecundùm Montal. vbi ſuprà. Et ideo dicit dict. Amode. Iuſti. vbi ſuprà, quòd eſt ſpeciale, quod ipſi cuſtodi incumbit onus probandi, ꝙ ſine culpa,& negligentia ſua aufugit, quia officium eius erat cuſtodire diligenter, & ideo debet probare diligentiam,aliàs alleganti culpam, incumbit onus probãdi.vt notat Bart.in.l.ſi quis ex argentariis.§.final.ff. de edend. & Alexand. in additiõe.ad Bar.in.l.ſi vt certo.§.nũc videdũ. ff.locati. ¶ Vnde dicit dictus Amodeus. Iuſti.
15 vbi ſuprà quòd ſi carceratus † pro qualitate delicti, & conditione perſonæ detineatur in carcere conſueto, & in vinculis, & aufugiat, quòd parcitur cuſtodi,& ſic officiali, dumtamen ipſe probet cauſam fugæ ſine culpa, & negligentia ſua,ad quod dicit,quod eſt text.in dicta. l. final. ff.de cuſtod. reo. in verſicul. ergo ſine caſu. Et per hoc in contingentia facti conſuluit in ciuitate Senarum in fauorem capitanei & militis

socij, cui aufugerit carceratus pro crimine assasinatus, quia tenebator in loco consueto in compedibus, & ligatus, & nihilominus aufugit, & sic probatum fuit per testes curiæ, & reputatus fuit diligens in custodia, & fuga venit ex casu, & non ex negligentia. Et quoq; ita fuit consultum per alios multos doctores, & iudicatum per syndicatores: quia si detinetur ligatus, dicitur sub fide custodia detineri. vt in. l. prima. §. final. aliàs. l. in publio. in glos. in verbo, permittitur. ff. de seruis fugitu. vbi dicit, quòd diligenter custodit, qui ligat, & sic custos excusatur & vi. quod notat Innocen. in capitulo. nuper. de senten. excom. quod dicit Amode. esse menti tenendum. & idem tenet Paris de Puteo. in tract. syndica. in parte, an si plures carcerati. folio. 72. numero. 6. & 7. & 8. vbi laté. & vi. vbi suprà. numero. 7. & idem tenet Angel. in. l. milites. ff. de custod. reorum. dicendo, quòd caueant omnes, siue sint custodes carcerum, siue magistratus, siue alij pagani nullum habentes officium, qui in guardiam, & custodiam recipiũt aliquem vt captiuum, quòd diligenter eum custodiant, aliàs subiacent pœnis. vt ibi. Tamen si releuari volunt ab omi culpa tàm lata quàm leui, ipsos captiuos ligent, & ligatos teneant ligamine competenti, & bono. Nam omnis custodiens captum cum lignamine, intelligitur diligenter custodire. per dictam glos. in dict. l. in publicum. & similiter dicit Angel. quòd in magna culpa est ille, cui traditur homo ligatus, si eum custodit dissolutum. text. in. l. si vt certò. §. custodiam. ff. commodati. 12. & licet supradicta Roderic. Suarez. in titulo de fideiussore in causa criminali. colum. 14. in fine. Et adde ꝙ non solùm dicitur diligenter custodiri, qui detinetur in compedibus, vel catena, & est ligatum, sed etiam, si est in parietibus. vt tenet Paris de Puteo. vbi suprà. in principio per. l. succurritur. &. l; eadem. ff. ex qui caus. maio. & idem tenet Franciscus Luca. in tract. de fisco. secunda part. numero. 35. tomo. 6. tractatuũ. ¶ Et idem dicunt dicendum esse,
16 so, quòd partiter † custodi, quando carceratus rumpit murum in loco absconso, vel sub terra, quia tunc non teneretur, secundùm Guido. de Suza. per. l. semper. §. hoc autem interdicto. versicul. alioquim. ff. quo vi. aut clam. de quo vide in. l. pennulti. ff. ad selennia. & idem tenet Pari. de Put. in dict. tracta. vbi suprà, vbi vide quid si carcerarius permisit ferrum immitti in carcerem, vel ignorauerit in ea esse. vbi dicit, quòd punitur. ¶ Ideo secundùm Amode. vbi suprà. potestas aduertat diligenter, cui commisit custodiam, quia nil periculosius ei accidere potest, quàm fuga delinquentis, seu debitoris, aut mors alicuius carcerati, maximè pro crimine
17 capitali, & graui, quia tenetur, † si non probat, quòd nec dolo, nec culpa sua sit mortuus. vt est glos. singula. in. l. cùm ita legatur. §. species. ff. de lega. 2. & singulariter Hippolytus. de Marsiliis. in sua practica. crimi. §. attingam. nume. 51. & . l. 12. titulo. 29. partit. 7. ¶ Et in tantum, quòd dicit Amodeus Iusti. vbi suprà. quòd eo ipso, quòd carceratus au-
18 fugiat, † custos potest poni ad torturam. & dicit adhoc esse casus in. l. secunda. §. final. ff. de officio. præfe. vigil. & notat glos. in. l. si quis ex argentariis. §. final. ff. de edendo.
19 ¶ Et licet potestas exhibeat † militem, vel aliam personam, & familiarem vilem, quem deputauerat ad custodiam carceris, non liberatur. vt tenet dictus Amodeus. Iusti. vbi suprà. per dict. l. ad commentariensem. regulariter autem dicit, quòd est contra. vt in. l. si cũ exhibuisseut. ff. de publi. ¶ Tamen custodes, & eorum fideiussores bene possunt representare, vel exhibere debitorem, vel delinquentem, & liberantur, & exhibendo non soluunt pro eis. tenet Bald. in consilio. 40. in primo volumi. in fine. per text. in. l. cum pro quo. ff. de in ius vocand. ¶ Adde tamẽ, quod quãdo nõ dolo carcerarius
20 punitur † pro modo, culpæ arbitrio iudicis, put tenet dictus Amode. per. l. final. ff. de custo. reo. quod dicit esse menti tenendum perpetuò. & idem tenet Bald. in consilio. 230. in primo volumi. vbi ait, qđ qñ custos custodiuit eo modo quo solet custodire, excusatur à lata culpa. arg. note in d. l. si vt certo. §. sed an & hominis. ff. cõmoda. & . l. si negotia ff. de negotiis gestis. punitur tamẽ pœna arbitraria per dict. l. fina. ff. de custo. reo. secũdũ Bal. in. d. consil. ¶ Tene quòd supradicta nõ
21 habent locum in capto, † qui per gratiam debet relaxari: quia si custos, vel potestas non custodiuit bene captũ, qui veniebat absoluẽdus aut per gratiã debebat extrahi de carceribus, licet aufugiat, custos nõ tenetur. vt tenet Paul. de Castr. in l. si pecuniam. §. sed si accepit. nume. 3. ff. de conditio. ob caus. & glos. in verbo, carcer. & docto. ibi. & idem tenet glos. in. l. solent. ff. de officio pro consu l. & lega. ¶ Et Amodeus Iustinus: vbi suprà dicit, quòd cautus debet esse iudex, si non est liquidatum crimen, si absol-

uet fugientem à causa, propter quam eum in carcerauit, vt notat Angel. in. l. sub conditione. §. final. ff. de condi. institu. aliàs est in. l. quotiens. §. de hoc iure. vbi dicit, quòd quando carceratio est nulla, licet carceratus aufugiat, non tenetur commentariensis, nec eius successor: quia sufficit carcerationem esse nullam, licet non sit declarata ante fugam: & quia (vt ipse dicit) quæstio de facto pendebat vltra non dixit. Illum dictum Angel. sequitur Hippolytus. de Marsil. in sua practica criminal. §. attingam. numer. 46. & 47. & in. §. diligenter. numer. 52. & tenet singulariter Pari. de Pute. in dict. tracta. in parte, an potestas. folio. 71. in principio. & idem tenet Angel. in dict. l. si. peconiam. §. si seruum. in fine. vbi ait esse argumen. pro potestate, & custode carceris, vt non dicantur rei culpæ, si diligentissimè non custodierunt illum, qui erat in causa absolutionis, quod dicit esse menti tenendum. ¶ Et facit quod tenet Alexand. in. l. sed eximendi. §. Item si quis. numer. 4. ff. nec quis eum qui in ius vo-

22 ca. est vi. exi. vbi dicit, † quòd si quis detinetur à capitaneo iniustè, & aufugit, non tenetur. quod dicit esse notan. allegando Bartol. ibi.

¶ Et sic, quòd carcerarius non potest carceratũ

23 † liberare sine suo periculo de carceribus absq; licentia iudicis. vt in dict. l. nec quis. & l. milites. §. Sabino. ff. de custo. reorum, vel eius, qui carcerari facit: quia depositum est restituendum deponenti, non alteri. l. bona fides. ff. depositi. & carcerarius est loco depositarius. argu. l. primæ. in principio. & l. Lucius. ff. eodem titulo. de poss. & dicam infrà in capitul. 35. in glos. El

24 mandamiento. ¶ Et quando non reperitur, † qui eum carcerari, vel recommendari fecit, debent fieri bannimenta, si quis habuerit causam quare non debeat relaxari comparear & cus. & si non reperitur aliquis, qui fecerit illum detineri, est relaxandus. vt voluit Bartol. in. l. si quis vxori. §. fugitiuum. ff. de furtis. & Angel. in. l. final. de de exhiben. reis. & Bald. in. l. si quis. §. final. ff. de condi. institu. prout tenet dictus Paris de Puteo in dict. suo tracta. in parte, licet dicatur. folio. 75. in principio. quia secũdum eum de iure prohibetur aliquem diu in carceribus macerari. vt in. l. prima. & l. de his. C. de custo. reo. quia non ad pœnam, sed ad custodiam debet carcer esse. vt dictum est in principio istius glossæ. ¶ In tantùm est verum, quod dictum est, quòd etiam si quis sit indebitè carceratus, non debet relaxa-

5 secus est in exemplatione † priuilegiorum, quia trasumpto priuilegij non creditur, nisi ei rex dederit authoritatem, & suo sit munitum sigillo. vt est tex.singul.in.l 44.tit.18.part.3.vbi ait, Y mas aun dezimos, que traslado de ningun priuilegio no deue ser creydo, fueras ende, si lo otorgasse el rey, o le mandasse sellar de su sello. Et idem tenet lex.113.eod.tit.& ead.parti.in fine.vbi ait, Y todo esto que diximos de los priuilegios, & de las cartas que deuen ser creydas, entendiesse, quādo aquel que se quiere aprouechar dellas muestra la carta del priuilegio el original; y nō el traslado della: ca si alguno quisiere vsar en juyzio para prouar su intencion del traslado de alguna carta o priuilegio, no deue ser creydo a menos de mostrar el original onde fue sacado: fueras ende, si este traslado fuesse authenticado, & firmado cō sello del rey, o de otro señor q̄ deuiesse ser creydo, y fuesse sin sospecha Et vide tex.in.c.licet de falsis.& quod latè notat Specula.in tit. de rescripti presenta. § ratione formę per totum. ¶ Quinimo dicit Montal.in dicta.l.44.dictæ partitæ,
6 ꝙ priuilegij innouatio † debet fieri parte citata de cuius præiudicio tractatur. c. cum dilecta. de confirma.vtil.vel inutil vbi per eum. Sed priuilegium rennuatum sine debito iuris ordine propter periculum consumptionis, remanet in sua validitate decisa lite, licet fortè cessauerit periculum consumptionis.tenet Abb.in.c.quoniā frequenter. vt lit.non contesta.col. 4-num. 8. ¶ Et vide Innocen.in dicto.c. Albericus.de testi.numer. 6. vbi ait. ꝙ licet publicatio priuilegij nō faciat fidem, fallit nisi fieret per illum qui concessit priuilegium, tunc enim satis potest dici, ꝙ valet publicatio, etiam nullo vocato, vel nullo edicto emisso, quia ipse de nouo eidem concedere posset, & Rota in dicta decisio.10. vbi vide de intellectu, scilicet, nisi sit suspectum, quia tunc requiritor citatio, quòd nota, quia credo ꝙ ex suo dicto leges parti.sumptæ fuerunt. ¶ Ang.tamen ſn authentica vt filij fra. collatione nona, dicit, quod si produco instrumentum in iuditio, & ipsum facio registrari, quod licet perdatur originale, creditur registro, si fuerit registratum authoritate iudicis.

Summarium.

1 Leges ordinationum pragmaticarum fori, & partitarum, an debeant seruari.
2 De obseruantia legis fori debet aduocatus articulare, quando super ea fundatur.
3 Ciuitas, seu locus, qui est subiectus temporali iurisdictioni ecclesiæ, debet regi iure canonico, & non ciuili: & deficiente iure canonico, debet regi secundum leges regias, & non per leges imperatorum.

f Guardar. f Nota tex. per quem custodiri iubentur leges † partitarum, fori, pragmaticarum, & ordinamenti regalis. simil. tex. in c. 36. infra eod. & in l. 4. tit. 4. lib. 1. in ordi. regali. & melius in l. 1. in legibus de Toro, vbi iubet dictas leges ordinamenti Regis Alfonsi custodiri, ponendo ordinem in determinatione causarum, scilicet, quod causæ primò determinentur per leges Tauri, secundo per leges ordinamenti, & pragmaticarū, non obstante quod non sint in vsu, nec fuerit obseruatę. Et causæ, quę per dictas leges determinatæ non fuerint, decidantur per legem fori legum, vel per foros municipales cuiuslibet villæ, vel vici, quatenus fuerint in vsu, in dictis villis, vel vicis: dummodo non sint contrariæ dictis legibus ordinamenti, & pragmaticarum in illo, quod in eis est determinatum, vel in futurum fuerit per regem determinatum. Et illud, quod per dictas leges non potuerit determinari, tunc recurritur ad leges partitarum regis Alfonsi, vt in dicta lege Taurina cauetur. Et sic quod in posterum, & in defectum iubet leges partitarum custodiri, & leges fori legum, si fuerint in vsu, aliter non. Et sic quòd forus Castellanus, & alij fori municipales non sunt authentici, quia non iudicatur pro eis, nisi quatenus sunt in vsu. ¶ Itaq; peritus aduocatus
2 debet articulare † de obseruantia fori, quando se fundat ex eo, aliàs non obtinebit. vt probatur in lege sexta. In fine, in. ll. de Toro, & tenet doctor del Castillo in dicta lege prima de Toro. in glo. en lo que fueron vsadas, & in glos. que se vsaron. ¶ Sed contrarium vult tenere Montaluus in l. fi. tit. sexto. foro legum. libro primo. per tex. ibi dicendo, quod de stylo cancellarię in disceptationibus causarum, in lex, quæ allegatur fori sit in vsu vel consuetudine de iure regni mandatur seruari vsque ad vnguem. vt in dicta lege finali, & in dicta lege fori noui, quę est dicta lex quarta ordinam. Sed tenenda est opinio Castelli, quę fundatur ex dicta lege prima de Toro, vbi clarè dicit. Sed tu vide dictum Montal. in reperto. in dictamē. in parte, leges. vbi dicit quòd valent. Et ad hoc non potest obstare, quòd aliquæ leges fori non sunt in vsu, quia sufficit, quòd illæ leges sunt scriptę, et de vsu contrario non probatur, cū statuta, & leges municipales sunt

guardar f lo contenido en ellas.

in viridi obseruātia, quandocunq; casus acciderit, etiam post mille annos. vt Domi. in c. anima rum. de constitu. in. 6 §. statuto. & leges fori semper loquūtur. vt in l. Ariani. C. de hęreti. & non tolluntur per non vsus, sed per cōtrarium vsum. Et certè ista opinio Montal. esset sequenda. si dicta lex prima de Toro non esset condita: tamen crederem, & tenerem, quod quando per legem fori est dispositum aliquid, quòd non est prouisum per alias leges, quod debet seruari sine eo quod articuletur, vel probetur quod sit in vsu. ¶ Vnum tamen nota, quod licet in curia ecclesiastica, vel in terris ecclesiæ iudicandum sit secundum ius canonicum. vt in c. primo de nou. ope. nuntia. glo. in. c. 2. de arbi. in. 6. in parte, lex ciuilis, & Barba. in. c. fi. de offi. delega. ante pē. col. vbi ciuitas
3 † seu locus, qui est subiectus temporali iurisdictioni ecclesię debet regi iure canonico, & nō ciuili. idem tenet Alex. consilio. 23. in. 3. volu. per Feli. latè in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. col. 29. ¶ Et canonibus deficientibus, iudicandum est per leges. vt in dicto. c. primo. de noui. ope. nuntia. sed intelligitur quod est iudicādum per leges regias, quia est ius commune, & non per leges imperatorum. tenet doctor del Castillo in. l. 70. de Toro. in glo. prima. 8. col. & iudicio meo est tex. in. c. ad nostram. de probatio. ibi, lege regni, quem vide. & idem tenet Pala. Rubi. in introductione rub. de donatio. 2. col. nu. 8. dicendo quod deficiente iure canonico, recurrendum est ad ius cōmune & ius autem cōmune in his regnis, intelligit iura, & consuetudines regni, quæ ius commune appellantur. vt in. c. à nobis. de test libus. & ibi Abb. primo notabili.

Prætorum. Cap. XIX. finis.

Sequitur Caput. XX.

Summarium.

1 Literæ iudicū ecclesiasticorum debent liberè legi, nec debent lacerari, nec admenari.
2 Nuntij venientes ad scholares, non possunt detineri, nec capi, nec ibi conueniri.

Leyda,

a Leydas. ᵃAttamē literæ iudicū ecclesiasticorū. li-
1 berè † debēt legi, & adimpleri in his. quæ iurisdictionē suā tāgunt, & nō debēt lacerari, nec admenari, nec capi earū nūtij. vt in l. 8. tit. 3. lib. 1 in ordi. regali. & statutū in cōtrariū factū, est uullū, & statuētes in pœnā. l. 2. cod. tit. & libr. incurrunt. ℣ Idē
2 est in nuntiis venientibus † ad scholares, quia nō possunt capi, nec detineri text. in. l. 2. titul. 31. partit. 2. de quo per Bal. latè in authē. oēs peregrini. C. com munia. de succes-
3 sio. &. gl. in. l. 3. tit. 24. lib. 4. for. ll. Bar. & Paul. in. l. a §. legatis. ff. de iudi. & ibi gl. in verbo. ob aliā causam vbi dicunt, ꝙ sicut scholares habet priuilegiū ne capiātur pro ereprsaliis. vt in authē. habita. C. ne filius pro patre, ita pater, vel fratres, qui veniūt ad eos vidēdos, & nūtij, qui eis necessariò distinātur. idē tenet Abb. in. c. fi. de foro cōpe. fi. colū. nu. 47. ℣ Quinimo dicit Bar. in. d. §. legatis. ꝙ supradicti nō possunt ibi cōueniri, sed habēt priuilegiū domū suā reuocādi, licet nō veniant causa necessaria, sed probabili. vt causa religionis, vel studij, licet ibi sortiātur forū ratiōe cōmunis patriæ, vt Romę, vel originis proprię, vel paternę, vel alia ratione, quia tunc habēt securitatē à iure scripto. prætequā ratione contractus, quia tunc potest conueniri, & contractum est seruandum. secūdū Paul. de Castro. in. d. §. legatis. nume. 4.

Prætorū. Cap. xx.

Item q̄ de iure a todo su leal poder, q̄ direte ni indirete no procurara que le sean leydas ᵃcartas de juezes ecclesiasticos para q̄ se impida la nr̄a jurisdictiō real. Y si supierē q̄ los juezes, y ministros de la yglesia en algo

Summarium.

1 IVrisdictionē iudicis secularis ecclesiastic⁹ nō pturbet, nec ī bonis laicū executionē faciat, nec eorū psonas presumat in carcerare, sed ad hoc requirat auxilium secularis, nec econtrà.

2 Iurisdictio ecclesiastica, & secularis debent se ad inuicem adiuuare, non autem cōtendere, nec ad inuicem se perturbare.

3 Si subditi imperatoris sunt rebelles, & inobediētes ipsi principi, debet papa eum iuuare.

4 Iurisdictio temporalis licet sit penes papam in habitu non possunt inferiores suos sua iurisdictione priuare sine causa.

5 Potestas suprema est penes papam, licet non habeat exercitium gladij temporalis.

6 Papa potest se intromittere inter laicos, & potestatem exercere in omnibus arduis negotiis gerentibus scandalum in Christianitate.

7 Iurisdictio causarum temporalium pertinet ad regem in toto suo regno.

8 Papa dat literas clerico contra laicum, sed nō laico contra clericum.

9 Clericus impediens iurisdictionem secularem punitur à iudice seculari.

10 Quando sequestrum fit penes personam ecclesiasticam, iudex secularis potest præcipere clerico, quòd illud restituat.

11 Quando iudex secularis est negligens, iudex ecclesiasticus potest cognoscere inter laicos, & in aliis casibus, vt hic.

12 Preuentioni locus est, quando crimina puniūtur per vtrunq; ius.

13 Exceptio rei iudicatæ, pōt opponi corā quocūq; iudice inter easdē personas: & sic, ꝙ iudex ecclesiasticus debet admittere exceptionē rei iudicatæ per laicum, & è contra.

14 Iudex ecclesiasticus an potest incarcerare laicos, in casibus in quibus habet iurisdictionē in ipsos.

15 Executionē nō debet facere ecclesiasticus in laicos, sed debet inuocare auxiliū secularis, alias turbaret iurisdictionem regalem.

16 Quid debet facere iudex ecclesiasticus anteaquā inuocet brachium secularem.

17 Iudex ecclesiasticus tenetur iuuare secularem, aliàs punitur per archiepiscopum. & infrà nume. 18. & nume. 22.

18 Si p capiēdo malefactorē officialis nō habet sufficiētē familiā, potest impetrare brachiū alterius iudicis. Tn̄ priuatos nō pōt cogere ad hoc.

19 Iudex secularis sciens sententiam iudicis ecclesiastici iniustè latā, non tenetur eam exequi.

20 Iudex secularis, an potest cognoscere summatim, an sententia ecclesiastici sit exequenda. Et quid in causa hæresis.

21 Iudex ecclesiasticus an potest compellere secularem vt sibi impendat auxilium.

22 Iudex ecclesiasticus cōpellitur per suū superiorem, vt suum auxilium seculari impendat.

23 Iudex secularis per quem iudicem ecclesiasticum debet compelli.

Iudex

24 Iudex ſecularis non cogitur procedere vel condemnare ad mandatum epiſcopi.

25 Iudex ſecularis debet iuuare eccleſiaſticum inuocantem ſuum auxilium, quando ſententia eſt in rem iudicatam tranſactam. Secus ſi eſt appellatum ab ea.

26 Secularis requiſitus ab eccleſiaſtico non impendens auxilium, eſt excommunicatus.

27 Iudex delegatus, qui non habet in mandatis expreſsè, an poteſt inuocare auxilium ſecularis.

b Vſurpan. [b] Text. in.l.7.titulo.3.libr.1.
in ordina.regali.& text. in.l.
4.tit.1.lite.3.& in.l.26.titul.2.eod libr.3. in eiſdē.
ordina.regali. Idē tenēt, dicēdo, ꝙ iudex eccleſia-
1 ſticus † iuriſdictionē ſecularis iudicis nō pertur
bet, nec in bonis laicorū executionē faciat, nec
eorū perſonas in carcerare præſumat, ſed ad hoc
requirat auxiliū brachij ſecularis. Et ratio huius
eſt, quia iuriſdictio tēporalis ad eccleſiam non
pertinet, nec de ea debet ſe intromittere in præiu
dicium iuriſdictionis ſecularis, nec ecōtra. vt in
d.l.ordinamēti.& in.c.nouit.de iudi.in princip.
ibi, nō putet aliquis illuſtris regis iuriſdictionē
perturbare, aut minuere intendamus, cū ipſe iu-
riſdictionē noſtrā nec velit, nec debeat impedi-
re.& text.in.c. lator. qui filij ſint legiti. ibi, ex
tūc ſeculari domino ſub cuius iuditio de hære-
ditate cauſa vertitur intimetis. & in.c.2.de priui
leg.& gl.ibi dicit, ꝙ eccleſia nō vult ius alterius
ſibi arrogare, quia iuriſdictio diſtincta eſſe de-
bet. vt in.d.c.nouit. vbi Abb.1.colū. nu.2. dicit,
2 ꝙ talis iuriſdictio † eccleſiaſtica, & ſecularis de-
bent ſe adinuicē adiuuare, nō autē cōtēdere, nec
ſe adinuicē perturbare. c.ſi imperator.96 diſtin-
ctio.& .c.duo.23.q.5. & c.princeps.& .c.admini-
ſtratores.& qui filij ſint legiti.c.cauſam. Facit qđ
notat Innoc.in.c.licet ex ſuſcepto.de foro com-
3 pe, vbi notabiliter dicit ꝙ ſi ſubditi † imperato-
ris ſunt rebelles, & in obediētes ipſi principi, de
bet papa eū iuuare, & domare rebellionē ſubdi-
torum.arg.in.c.ad verū.96.diſtin. ¶ Ex quo no
4 tat Abb. ꝙ licet iuriſdictio † temporalis ſit penes
papā in habitu, nō tamē poſſunt inferiores ſuos
priuare ſua iuriſdictione ſine cauſa, quia exerci-
tiū huius iuriſdictionis eſt prorſus ſibi interdi-
ctū. vt ibi per Abb.nu.11.& .12. & .13. vbi in hoc
cōcludit. ſ. ꝙ papa eſt maior imperatore, & ꝙ pe
5 nes ipſum papā ſit † ſuprema poteſtas, licet non
habeat exercitiū gladij tēporalis.& gloſ. in.d.c.
cauſ.qui filij ſunt legiti. Sed ad quid valet iſta ma
ioritas & prærrogatiua Papæ, cū non valeat per
turbare iuriſdictionē principis temporalis, nec
minuere, nec exercere per ſe. vt in.d.c.imperator
& in.d.c.cū adueni.96.diſtin.& ipſe Deus exer
citiū, & executionem interdixit, dicēdo Petro,
Mitte gladiū tuū in vaginā. & Iohan.18. & Ber-
nardus ad Eugeniū, Aggredere ſubditos verbo,
ſed nō ferro. Quid
vſurpare gladium
tētas? quem ſemel
iuſſus eſt mittere
in vaginā? ¶ Re-
ſpōdetur, ꝙ valet
ad multa. vt per
Abb. in. d.c.no-
uit.nu.13.verſicul.
6 reſpondetur. maximè in omnibus † arduis nego
tiis, & gerētibus ſcādalū in Chriſtianitate, papa
pōt huiuſmodi maioritatis ratione ſe intromit-
tere, etiā inter laicos, & exercere iſtā poteſtatē ſi
bi à Deo tributā. vt patet in. c. ꝓ humani. de ho
7 mi.in.6. ¶ Et ſic ꝙ iuriſdictio † cauſarū tēpora-
liū pertinet ad regē in toto ſuo regno, & ſic de
iure habet iuriſdictionē in regno. vt Abb. in. d.
c.cū cauſam.nu.3 & dixi ſuprà. in. c.1. in gloſ. 1.
8 Et nō papa licet de cōſuetudine dat † literas cleri
co cōtra laicū, ſed nō laico cōtra clericū. vt nota-
tur in.c.ſi clericus.& .c.ex trāſmiſſa. de foro com
pe.& .c.ſi clericus.11.q.1.& Alex. in cōſilio. 69.
in.1.volu.Specula.in tit.de cōpe. iudi. delega. §.
9 1.verſic. 30. ¶ Quinimo ſi clericus impedit † iu-
riſdictionē ſecularē, pōt ipſemet clericus puniri
à iudice ſeculari. vt tenet Paul.de Caſtr. in.l. ad-
ditos.C.de epiſco.audi.nu.6. vbi dicit hoc intel-
ligere Guiller. in bonis, nō in perſona: cū totali-
ter perſonæ clericorū ſint exēptæ propter chara
ctere à iuriſdictione ſeculari vide quæ latè dixi
in.c.3.ſuprà. in gloſ.fauor de juriſdició.nume. 3.
10 ¶ Et idē dic, ꝙ iudex ſecularis † pōt præcipere
clericū, putà, quādo ſequæſtrum ſit penes perſo
nā eccleſiaſticā, quia iudex ſecularis pōt præci-
perere ei, ꝙ illud reſtituat. tenet Iaſ. in. l. ſi fide
iuſſor.§.ſi ſatiſdatū.nu.6.ff.qui ſatiſdare cogātur.
per text.notabil.in.l.fi.§.pē. verſi.per ſuá interlo
cutoriā.C.de bonis indi.autho.poſsi.& Bal. ibi
in.d.§.ſi ſatiſdatū.& idē Bal.in.l.acceptam.C.de
vſuris.1. colū. verſi.ſacratiſsima. quia tūc nō ꝓce
ditur propriè cōtra eū per modū iudicij, ſed exe
cutiuè in cōſequētiā officij ſuſpecti. quod ſequi
tur Matthæ.de Afflictis in deciſio. Neapolit.de
ciſsi.24.nu.3. ¶ Tū iſtū text.& ſimiles limita nō
11 procedere qñ iudex ſecularis † eſt negligēs, quia
tūc bene pōt iudex eccleſiaſticus cognoſcere in
laicos. gloſ. eſt in.d.c.nouit.& in.c.ex tenore. de
foro cōpe. & gl.& Abbas ibi, & facit text. in. c.
adminiſtratores.

vſurpan[b] nueſtra juriſdicion, o ſe entremetē en lo que no les perteneſce, les

administratores.23.q.5. ¶ Istum & alios casus,
in quibus iudex ecclesiasticus pôt se intromitte
re, & immiscere seculari iurisdictioni, ponit
glos.notabil.in.c.licet ex suscepto. de foro com-
pe.in verbo, vacate imperio, & ibi singulariter
Innoc.nu.3.versi.imperio. ¶ Quibus adde alios,
scilicet, ratione personæ serui, vel rustici, eccle-
siæ.vt in.c.ecclesiarũ seruos.12.q.2. ¶ Itẽ in cau-
sis pœnitentiæ.11.q.2.c.illud.&.16.q.6.c.de la-
psis. ¶ Itẽ causis pupillorũ, viduarũ, & debiliũ
personarũ.c.desolatis.87.distin. ¶ Itẽ in causis
pauperũ, & peregrinorum.24.q.3.c. sed quid de
potẽtibus. ¶ Item vbi terra est supposita eccle-
siasticæ iurisdictioni.vt in.c.si duobus.de appel
la. ¶ Itẽ vbi est cõsuetudo.vt in.c.cũ sit generale
de foro cõpeten.vt tenet Mõtal.in repetito. legũ
ordina.in parte, iudex ecclesiasticus. ¶ Itẽ ratio-
ne sacrilegij.vt in.c.cũ sit generale.de foro cõpe.
licet quandocunq; per iudicẽ secularẽ puniatur.
vt in authentic.si quis in hoc genus.C.de episco
pis & cleri. ¶ Item ratione hæresis, simoniæ, per
iurij, & adulterij, & de quocunq; peccato.vt glo.
in dict.c.cùm sit generale. ¶ Item ratione recon
uentionis.3.quæstio.8.c.cuius in agendo. vt est
glos.in.c.fi.de exceptio. libr. 6. vbi ponit istum
casum, & alios, quã vide. ¶ Vbi Dominicus di-
12 cit, quòd quando crimina puniũtur † per vtrũq;
ius, tunc est locus præuentioni.arg. in cap. tuæ.
de procura.& per gl.in.c. nos inter.de purg.ca-
13 no. ¶ Adde, quòd exceptio rei iudicatæ † inter
easdem personas potest opponi corã quocunq;
iudice, & sic quòd sententia lata ab vno compe-
tente iudice, debet seruari ab alio, cuiuscunq; iu-
risdictionis sit: & sic, quòd iudex ecclesiasticus
debet admittere exceptionem rei iudicatæ per
laicum in casibus spectantibus ad cognitionem
iudicis secularis, & cõtra secularis debet admit-
tere exceptionẽ rei iudicatę p ecclesiasticũ. ¶ In
illis casibus ad eũ spectãtibus.vt in.d.c.fi. de ex
ceptio.in.6. ¶ Tñ in casibus, in qbus iudex eccle
siasticus habet cognitionem inter laicos, non po
test † eos incarcerare, sed tantummodo per censu
14 ram ecclesiasticam compellere, nisi solummodo
in crimine hæresis. vt tenet singulariter Iohan.
Andre.in additio.ad Specul.in rubrica. in titul.
de offi. ordi. & de maiori.& obe. & dicit, ꝙ ita
communiter tenetur.& text.in.c.fi.de foro com
pe.in.6.& ibi Anchara. & Philip. & vi. Felin.
in cap. cùm sit generale.de foro compe. colum.
7.nu.20.& est arg. c. cùm episcopus. de officio
ordi.in.6.vbi licet ibi dicatur generaliter, quòd
episcopus de causis ad forum ecclesiasticum spe
ctantibus in quolibet loco sui episcopatus pos-
sit cognoscere, tamen loquitur de captione, sta-
tim restringit ad clericos.& idem videtur senti-
re.cap.quamuis.de pœnis.in.6.& pro hoc vide
tur facere.l.placet.C.de sacro sanct.ecclesi. vbi iu
dex ecclesiasticus excommunicat, secularis de
portat sacrilegiũ. Et sic debet intelligi text.iun-
cta glos.in cap.cõtra idolorũ.26.quæstio.5. quæ
dicit colligendo ex text.quòd episcopus potest
carcerare reos, qa debet intelligi, quãdo sunt cle
rici, vel ecclesiasticæ personæ, vel loquitur de
hæreticis, & idolorum cultoribus, vel aruspici-
bus, qui similiter hæretici appellantur, & de sa-
crilegis, quos puniendos, castigandos, & carce-
rãdos lex ciuilis regni permittit.18.tit.l.10. par.
prima.quæ incipit, defendimiento.&.l.7.titul.
5.for.ll.lib.primo, quæ incipit, ninguno.vbi pu-
nitio sacrilegij remittitur ad episcopum, vel ad
iudicem ecclesiasticum, & facit bonus text.in.c.
accusatus.de hæreti.in.6.ꝓut tenet Pala. Rubi.
in repet.c.per vestras.versi.sed & pulchra dubi
tatio.fo.80.nume.24.&.25. ¶ Licet in contra-
rium videtur: nam ratione delicti factus est de
foro ecclesiæ.vt in authentic. Item nulla commu
nitas.C.de epis.& cleri.& capitul. cùm sit gene-
rale.& capitul.ex tenore. de foro compe. ¶ Qd
non obstat: quia licet ad episcopum spectet sub-
ditum, siue laicum, siue clericum non solùm cor-
rigere, sed punire, debet hoc facere secundum ca
nones per censuram, cuius nomine censuræ ec-
clesiasticæ continetur excommunicatio, interdi
ctum, & suspensio.vt in capitul.quærenti.de ver
bo.signi.quæ tendunt ad correctionem, non ad
pœnam, & sic est speciale in crimine hære-
sis, vt tenet Odral. consilio. 86. singulariter,
quem vide, vbi dicit, quòd in aliis inuocet bra-
chium seculare cap. primo. de offi. ordi. & ibi
glos.& Inno.& videtur expressum in authẽ.cau
sa quæ fit cum monacho. C. de episcopis & cle-
ri in fine, &.c.fœlicis.de pœnis.in.6.& tenet Al
bericus de Rosa. in.3.parte statu.quæstio.43.&
idẽ in expresso tenet.d.l.7.titul.3.libr.1.&.l.4.ti-
tul.1.&.l.26.titul.secundo.libro. tertio in ordi-
ña regali.ibi. No sean osados de fazer execucion
15 † enlos bienes delos legos, ni prẽder, ni encarce
lar sus personas, pues el derecho pone remedio
contra los legos rebeldes en cumplir lo que por
la yglesia justamẽte les es mãdado, y sentẽciado,
cõuiene a saber, que la yglesia inuoque la ayuda
del braço seglar. vt text.in authentic. de sancti.
episcopis.§.si quis contra aliquem. collatio. 9.
vbi sentẽtia lata per episcopum mãdatur execu-
tioni per iudicem secularem: & sic licet iudex ec
clesiasticus in casibus de iure permissis suprà no
tatis

tatis habeat iurisdictionē quoad cognitionē in laicis, nō tamē habeat actualē executionē, cū sit distincta iurisdictio. vt in c. postulasti. de foro. cōpe. nisi de hoc habeat cōsuetudinē, vt dixi suprà, in. 2. in. gl. 1. nu. 12. quā vide in tātū, ꝙ etiā si causa sit de foro ecclesiæ, vt causa dotis, vel huiusmodi, iudex ecclesiasticus ordinarius, vel delegatus suā sententiā nō exequitur, possessionē corporalē dādo sed laico iudici dādā mādabit. tenet Innoc. in. c. significasti. de offi. delega. & sequitur Lucas de Pēna in. l. expertes. C. de decurio. lib. 10. ¶ Hinc est, ꝙ si ecclesiasticus iudex executionem facit in laicū, vel in suis bonis, turbaret iurisdictionē regalē. vt infert Mōtal. vbi suprà, & dicit, ꝙ facit quod notatur in. c. Romana. §. cōtrahentes. de foro compe. in. 6. ¶ Et ideo dicit Iohā. de de Palat. Rubi. vbi suprà. nu. 17. ꝙ procedit ergo

16 go iudex †ecclesiasticus cōtra laicos secūdū canones cēsurādo, primò excōmunicādo, deinde de anathematizando, & inter dicēdo, postea cū ecclesia nō habeat vltra quid faciat, inuocet brachiū seculare: ante enim quā ista faciat, nō debet inuocare. vt dicit esse gl. notabil. relata ad text. in Cle. dispēdiosam. de iudiciis. in vers. coërcere. & ibi Lanfran. in repeti. & per alia iura relata. per d. Pala. Rubi. vbi latè de. q. ista vbi in. nu. 26. tenet, ꝙ licet laicus propter delictum efficiatur de de foro ecclesiæ, vt ecclesia possit illū cōdēnare nō tamē poterit exequi sententiā in eius bonis, vel capere eius personā, quod dicit esse notādū, & credit verissimū. ¶ Quoq; dic, ꝙ iudex eccle

17 siasticus †tenetur iuuare secularem, & suā sententiā mādare executioni: & hoc debet facere, non obediēdo, sed patrocinādo, & fouendo iurisdictionē temporalē in licitis, & honestis. vt tenet Bald. in. d. c. 1. de officio. ordi. 1. colū. versi. quæro. cū Innoc. & facit text. in. c. 1. de exceptio. libr. 6. & si laici nolūt obedire suo præsidi, episcopus requisitus pōt, & debet eos excōmunicare, sicut secularis cōtra inobediētes episcopo potest multā, vel bānū inducere: quia istæ duæ iurisdictiones sūt inuicē colligatæ, & cōfœderatæ. Et ideò vnus iudex debet vitare præscriptū alterius, sicut dicit lex, ꝙ si duæ ciuitates sunt ad inuicē cōfœderatæ, vna debet vitare proscriptū alterius, & si proscriptus nō vult obedire, debet punire de obediētia. vt. in. l. nō dubito. ff. de capti. & per Barto. in. l. à diuo pio. §. 1. ff. de re iudi. prout ad literā tenet Bald. vbi suprà. versic. quæro & cōtra: & Abb. in. d. c. 1. nu. 14. ¶ Et idē dic, ꝙ si pro ca-

18 piēdo malefactorē †officialis nō habet sufficiētē familiā, pōt impetrare brachiū alterius iudicis. vt tenet Angel. in. l. 2. C. de his qui latrones. & Iohā. de Plat. in. l. fiscalibus. C. de exactio. tribut. lib. 10. Et idē tenet Iohā. de Plat. in. l. tāti collaterales. §. eos licet. C. de re mili. li. 12. vbi iudex nō habēs officiales in sua iudicatura, potest recipere de loco proximiori alterius iudicis pro suis executionibus faciēdis. arg. l. diuus. ff. de tutori. & cura dat. ab his. ¶ Quinimmo dicit, ꝙ si habens merū imperiū nec habet locū ad exercendū, pōt in loco viciniori illud exercere, ꝙ est notandum. Et ibi quoq; tenet, ꝙ officiales, & potestates, tā ciuiles, quā ecclesiastici debēt se inuicē iuuare, & vnus pōt implorare brachiū alterius. vt in. l. episcopale. C. de episco. audi. text. in. c. vnico. de de statu regul. in. 6. & in. c. dilecto. de sent. excō. in. 6. ¶ Tamē si rex, vel eius magistratus vult capere maleficos, & latrones, nō pōt ad hoc cogere sibi subitos, maximè homines ciuitatum, quia stipendiis regis sunt malefici capiēdi, nā ideo habet tributa, & regni redditꝰ, & prouētus regni, vt regnū seruet absq; subditorū grauamine, iustitiā faciat. vt Andre. de Iserni. in lib. feudo. in titul. de statu. & cōsuet. §. nauigia. & tenet Lucas de Pen. in. l. 1. C. vt rustici ad null. obsequi. colū. 7. lib. 11. ¶ Et facit quod tenet Bald. in. c. licet vndiq;. de offi. deleg. vlti. colū. quod sequitur Ias. in. l. à diuo pio. §. sententia. ff. de re iudi. nu. 8. ꝙ episcopus tenetur obedire literis potestatis ci scribētis, & habētis tēporalē iurisdictionē, quia hoc facit authoritate legis, ad quod dicit, ꝙ est glos. notabil. in. l. ex ea. ff. de positi. & si non facit punietur per archiepiscopū. quod dicit esse notādum. & vide Bald. in. d. l. ex ea causa. numer. 2. ¶ Facit quod tenet Paris de Put. in tracta. syndica. in parte, brachiū officialis. fo. 64. Vbi ait, ꝙ secularis tenetur exequi sentētiā iudicis ecclesiastici. per glos. in. l. episcopalis dignitas. C. de episcopis & cleri. & in. d. c. 1. de offi. ordi. & Iohā. de Plat. vbi suprà. tamē iudex secularis nō tenetur exbannire excōmunicatos ab episcopo, licet debeat eos vitare, tenet Ias. in. d. l. à diuo pio:

19 in. d. §. sētētia. nu. 10. ¶ Sed si iudex secularis †sciret sententiā iudicis ecclesiastici iniustè esse latā, non tenetur exequi nec brachiū impertire. secūdū Inn. in. c. pastoralis. de offi. deleg. & Abb. in. d. c. 1. de offi. ordi nu. 17. qa non debet esse executor ad malū cōtra cōsciētiā facit. l. nō tantū. ff. de appella. & idē tenet Cardi. in Cle. pastoralis. §. deniq;. in fine. de re iudi. vbi ait, ꝙ brachiū seculare non debet quis impertire quādo cōstaret quē fuisse iniustè cōdemnatus, & tunc non remittet, aliàs ædificaret ad gehēnā tanquā faciens contra conscientiam. vt in. c. literas. de resti. spolia. allegādo Inno. in. d. c. 1. de offi. ordi. qa in bono tātū debet

debet ſuum auxilium impendere. vt Innoc. ibi.
¶ Et ideò dicit Barto. in. l. diuus. ff. de custo. reo-
20 rum ꝙ tunc iudex ſecularis † poteſt ſummatim
cognoſcere, cuius contrarium tenet Bald. in au-
then. clericus. C. de epiſcopis & cleri. & Guiller.
in. l. magiſtratibus. ff. de iuriſd. om iudi. & docto.
in dict. Cle. paſtoralis. de re iudi. & in. c. de cęte-
ro. eod. tit. quia eſt inferior. & Innoc. in. c. cùm
in iure. de officio. delega. & contra Bar. tenet Iaſ.
in. d. l. magiſtratibus. nu. 10. vſq; in fine. & Ang.
in. d. l. diuus. & in. l. prima. C. de exhiben. reis. &
Abb. in. c. at ſi clerici. de iudi. Ang. in tracta. ma-
lefi. in parte, nec non ad denuntiationem. nu. 14.
& ibi Auguſt. in additio. tenet quoq; cõtra Bart.
& ſic, ꝙ iudex ſecularis nõ debet de nouo cogno
ſcere anteaquã puniat. de quo per And Sicul. Bar
ba. in. d. c. 1. de offi. delega. col. 18. cũ ſequentibus.
vbi vult ſubſtinere opinionẽ Bar. p. 6. col. ¶ Sed
tu intellige & ſalua Bar. in aliis criminibus, ex-
cepto in crimine hæreſis, quia in iſto caſu ſolum
modo tenetur ſtare proceſſu, & non in aliis caſi-
bus. vt tenet Abb. ſic intelligendo Bar. in. c. fi. in
fine. de ſtatu monacho. vbi ait, ꝙ ſi iudex eccle-
ſiaſticus tradit clericum, vel laicum iudici ſecu-
lari per eum puniendum, iudex ſecularis non te-
netur ſtare proceſſui iudicis eccleſiaſtici, ex-
cepto in crimine hæreſis, & ſolummodo in iſto
caſu errauit Bar. in dict. l. diuus. ſecundum eun-
dem Abb. quod nota, facit tex. in. c. inquiſitio-
nis. §. prohibemus. de hęreti. In. 6. & iſtãmet opi-
nionem vult tenere idem Abb. in. c. 1. de officio
ordi. num. 12. verſi. ſed aduerte. pro qua opinione
eſt tex. in. l. 2. tit. primo. foro. ll. lib. 4. ibi, de que
los obiſpos y los prelados de la ygleſia los juz-
garẽ por hereges q̃ los quemen. ¶ Sed quãdo iu
dex ſecularis inuocat auxilium eccleſiaſticũ, te
netur facere fidẽ de proceſſu. vt Innoc. & Abb.
in dicto c. primo de offi. ordi. & Barb. ibi col. 17.
vbi in col. 28. cum ſequentibus tenet quoq; con-
tra Bar. ¶ Sed tene, vt dictum eſt, ꝙ excepto in
delicto hæreſis iudex laicus debet iterũ cauſam
examinare, quando ſibi traditur per epiſcopum
clericus puniendus. tenet Ang. in authen. de ſan
cti. epiſcopis. §. ſi verò examen. col. 9. & Abb. vbi
ſuprà. Et iſtã concluſionẽ cõtra Bar. tenet quoq;
Stepha. Aufrer. in tract. de poteſtate. ſecula. con
tra eccleſia. tomo. 5. tra. in. 4. regula. nu. 31. & 32. fo
lio. 436. vbi concludendo dicit. reſtat igitur con
cluſio, ꝙ in criminalibus aliis ab hæreſi iudex ſe-
cularis non tenetur ſtare proceſſui iudicis eccle
ſiaſtici. ¶ Eccleſiaſticus tamen poteſt compelle-
21 re ſecularem, ſi non vult ſibi impendere † auxi-
lium, ſed non ecõtra. glo. in. c. primo. & ibi Abb.
de offi. ordi. nu. 11. quia ſecularis non poteſt com
pellere eccleſiaſticũ, quia maior eſt eo. facit. c. qua-
liter. de iudi. & c. legimus. in fine. 93. diſt. ¶ Sed
22 iudex eccleſiaſticus † compellitur per ſuum ſu-
periorem eccleſiaſticũ. vt in. c. 2. de excep. in. 6.
¶ Et licet poſsit ſecularis cogi per eccleſiaſticũ.
non intelligas per quẽlibet eccleſiaſticũ, ſed per
23 ſuũ † ordinariũ vt in. d. c. 1. cui ſubeſt ratione pec-
cati: quia ſi eccleſiaſticus inuocat brachiũ ſecula
ris, qui non eſt de ſua diœceſi, non poterit nõ pa
rentem compellere, quia eſt extra territorium, c.
2. de conſtitu. in. 6. l. fi. ff. de iuriſ. om. iudi. ſed im
plorauit auxilium diœceſani, cui ſubeſt ille ſecu
laris, & ille compellet ſecularem. vt Cardi. in. d. c.
primo. & Barb. ibi. 33. & 34. col. ¶ Sed non cogi
24 tur iudex laicus procedere, † vel condemnare ad
mandatũ epiſcopi. Bal. in margarita. verſi. iudex.
verſi. 51. & Innoc. in. dict. c. primo. de offi. ordi. li
cet condemnatum ab vno alter debeat euitare. vt
Bal. vbi ſuprà, quod dicit eſſe menti tenendum.
¶ Sed ſupradicta, quòd iudex ſecularis debet iu-
uare eccleſiaſticum inuocantem ſuum auxilium
intellige quando ſententia eſt † in rem iudica-
25 tam tranſacta, ſecus ſi eſt appellatum ab ea, quia
tunc nõ tenetur obedire iudici eccleſiaſtico con
tra clericũ appellãtem à ſententia ſua, ita ſingula
riter Oldral. cõſilio. 89. vbi hoc per multa funda
menta, tenet, & dicit hoc verius, maximè ſi appel
latio eſt emiſſa ex cauſa probabili. quod nota. Et
tenet Abb. in. c. primo de offi. ordi. nu. 11. quem
vide. & idem tenet dictus Stephanus Aufrerius
in dicto tracta. de poteſtate ſeculari. in quarta re-
gula numero. 32. tomo quito tractatu. folio. 436.
dicendo, ꝙ ſi epiſcopus inuocat brachium ſe-
culare contra clericum ſuum, qui tamen ab eo
ex probabilibus cauſis ad ſedem apoſtolicam ap
pellauit, princeps, vel iudex ſecularis non debet
eum iuuare, quia eidem epiſcopo poſtquam eſt
appellatum ab eo ſubditus poteſt reſiſtere. l. pro
hibitum. C. de iure fiſci. lib. 10. & procedendo,
appellatione pendente, videtur ſuperiori iniu-
riam facere. c. nomen. 2. quæſtione prima. & l.
quoniã iudices. C. de appel. vbi dicitur, ꝙ offi
cialis non reſiſtens pertinaciter iudici non re-
cipienti appellationem, punitur. 30. pondo au-
ri. ex qua lege poteſt ſubſtineri ſecundùm Ste-
pha. vbi ſuprà, quòd iudex temporalis poſsit
impedire executionem ſententiæ, preſertim ir-
retractabilem, à qua fuit ad ſedem apoſtolicam
appellatum, donec releuandi tempus ſteterit.
quòd ſæpenumero fieri vidit, quod nota.

¶ In tantum

¶ In tantũ, q si secularis requisit⁹ ab ecclesiastico
26 nõ impedit suũ auxiliũ † in casu in quo debet, est excommunicatus, vt tenet Archidi. in. c. 1. de statu regula. libr. 6. & Paris de Pute. vbi suprà.
27 ¶ Sed quæritur, an iudex † delegatus, qui nõ habet in mãdatis expressè, põt inuocare brachiũ seculare. Federi. de Senis hãc. q. examinat in cõsilio. 163. & primò dicit, q nõ: quia iurisdictio delegata, est stricti iuris odiosa, & extra ordinaria, & sic restringẽda, & coarctãda, & personas in rescripto nõ cõprehẽsas nõ extẽditur. c. edoceri. de rescrip. & ibi glos. & c. nõnulli. eod. titul. & c. fi. de offi. delega. & dicit tenere Archidi. in. c. officiũ. de hæreticis. in. 6. ¶ Tamẽ dicit, q in cõtrariũ tenet Innoc. in. c. significasti. de offi. delega. & Hosti. eod. titul. c. 1. & Specula. in titul. 1. § . sequitur. versic. sed nunquid seculare. & idem Archidi. in. c. administratores. 23. q. 5. quia aliqua repromissa, vel prohibita, omnia quæ sequuntur ex ea, permittuntur, vel prohibentur. vt in capitul. præterea, de offici. delega. & cap. prudẽtia. §. sexta. versic. cæterũ. l. ad rẽ. ff. de probatio. in qua opinione remanet. Federi. in. d. cõsilio. Quia cũ iurisdictio ecclesiastica, & coërtio non sufficiat ad cõprimẽdũ cõtumaces, & inobediẽtes, meritò p seculare potestatẽ se iuuare debet ecclesia, sicut ecõtra. ¶ Et cõtrariũ soluit, dicendo, q non obstat, q iurisdictio delegata sit restringenda: quia habet locũ, vbi per delegatã iurisdictionem derogaretur iurisdictioni ordinariæ. quæ est fauorabilis, & ibi quoq; respõdet ad alia, quæ in contrarium possunt adduci.

haga requerimiẽtos, q̃ no lo hagan.

Summarium.

1 Protestatio dicitur denuntiatio publicè facta causa iuris conseruandi.
2 Quatuor species protestationum.
3 In protestatione regulariter, scriptura non requiritur. Fallit vt hic.

Requerimientos.

Quæ protestatio dicitur, 1 † quòd est denuntiatio publicè facta causa iuris cõseruãdi in futurũ, qđ protestãti cõpetit, vel cõpetere põt. c. cũ in. de cõstitu. & c. cùm magna. de electio. prout tenet Cardi. in. Cle. 1. de procurato. nu. 16. q. 13. vbi dicit, q idẽ tenet Zẽzeli. per. l. fi. §. Item si prædixerit. ff. naut. caupo. stabul. Alij autem aliter desiniunt, vt per Bart. in. l. nõ solũ. §. morte. ff. q de noui. ope. nũti. vbi ait, q protestatio dicitur denũtiatio cũ testatione facta. vt in. l. de testatio. ff. de verbo. signi. & in. l. plebs. §. detestatum. quæ definitio dicit ibi quòd sit verissima. nu. 11. vbi multifarius modis hoc exponit. ¶ Et sunt secundũ eum quatuor
2 † species protestationũ. Et in quãtũ dicit, q secũda est protestatio prohibitoria, seu inhibitoria, ne aliquid fiat, quę cõuenit nostro text. ista consistit circa tria. Nã quãdoq; prohibetur vt nõ fiat id quod prohibito erat permissum, nõ tamẽ erat obligatus ad faciẽdũ, vel nõ faciẽdũ. Quandoq; prohibetur vt nõ fiat id quod prohibitus tenea tur facere. De vno quoq; mẽbro vi. per Bart. ibi. nu. 34. cũ sequẽtibus. ¶ Et in quãtũ Bart. reprehendit difinitionẽ Iohã. Mon. vt. protestatio dicatur clamosa denũtiatio, & sic videtur intelligi, q nõ possit fieri protestatio in scriptis. C. l. fina. C. de negotiis gestis. dicit Alexãd. in. d. §. morte. nu. 9. q dicta definitio Iohan. Mon. põt defẽndi, quia etiã scriptura clamare dicitur. vt patet in. c. cũ Martha. de celebra. miss. versicul. mosayca vox. & q notat. Bar. in. l. Ariani. C. de hæreticis. dũ dicit Alex. q lex semper loquitur, & quia secũdũ Ias. in. d. §. morte. nu. 12. hoc est modicæ vtilitatis, vlterius non insistendum. ¶ Et quòd in ista protestatione regulariter nõ requiratur scri-
3 ptura, † sed potest fieri in scriptis, vel sine scriptis, est text. & ibi Bart. in. l. fi. C. de negotiis gestis. & ibi alij docto. gl. in authẽ. de tẽpo. nõ solu. pecu. § cõtestationẽ. colla 7 quia non est de casibus specialibus requirentibus scripturã. vt per glos. magnã in. c. 1. de censi. in. 6. quãuis cõtrariũ teneat glos. & malè in. c. cupiẽtes. de elc. in. 6. in verbo proposita. & ibi reprobant Anchara. & Domi. & bene secũdũ Ias. in. d. §. morte. nu. 21. ¶ Quod dicit ibi Ias. q fallit primò, vbi protestatio succedit loco actionis, seu libelli, ex parte actoris. vt in. l. fi. vt perfectiui. C. de annali. exceptio. ¶ Secũdò fallit, quando protestatio succedit loco exceptionis nõ numeratæ pecuniæ, vel nõ numeratę dotis, & sic ex parte rei. vt in authẽ. hãc autẽ. C. de non numera. pecu. Et isto modo patet, q secunda fallẽtia differtã prima, quamuis Saly. & Bald. in. d. l. fi. C. de nego. gestis. reprehẽdãt Bart. in. d. §. morte. nu. 27. & malè secundùm Ias. ibi. nu. 21. quia dicũt secũdã falentiã cõtineri sub prima. ¶ Vltra Bart. secũdũ Ias. fallit tertiò, quando per protestationem agitur de periculo personæ,

Y si dello no quisieren, cessar, nos lo

personæ, & sic per eam patitur præiuditium irreparabile, tunc propter grauitatem præiuditij, requiritur scriptura. tex. est in autheo. si quis ei. & ibi Saly. ad hoc notat. C. de adulteriis. & Roma. in addi. ad dict. §. morte reputat illum tex. ad hoc singula. ¶ Quartò fallit, quãdo aliquis inuitus non potest cogi ad acceptãdũ tutelam, sed sponte si vult acceptare, debet

haga saber[d], para q̃
nos lo mandemos
remediar de manc

hoc infra quatuor mẽses protestari in scriptis, ꝙ eam acceptat. tex. est in authẽt. presbyteros vltima. & ibi Bal. ad hoc notat. C. de episcopis & clericis, & ratio est secundum eum: quia acceptatio tutellæ ex actu fori. l. actus. C. de feriis, & ideò requirit scripturam. c. quoniam contra. de probatio. ¶ Quintò fallit in casu. §. si quis de prædictis. & ibi Barto. ad hoc notat in authen. vt cùm de appella. cogno. quando filius neglexit patrem suum, qui est furiosus, & non vult eius curã suscipere, si extraneus sibi protestetur in scriptis, debet priuari hæreditate, & successione patris. Et idem si non esset filius, in alio cognato qui aliàs sperat hæreditatem. Et ratio specialitatis potest esse in hac fallentia propter grauitatem præiuditij, quæ est in priuando filium à totali successione patris. l. cùm ratio. ff. de bonis dãna. cum similibus. prout tenet Ias. vbi suprà. ¶ Quoque dic, quòd in casu istius text. requiritur, quòd protestatio fiat in scriptis ad hoc, vt regi possit constare, & quia potest parare præiuditium irreparabile, & tunc requiritur scriptura. vt est tex. singularis in dicta authẽ. si quis enim. C. de adulte. & ibi ponderat Saly. & tenet Alex. in dicto. §. morte. col. 8. num. 33. vbi per Bartol. Alex. & Ias. latissimè de ista materia protestationis.

Summarium.

1 Relatio quando superiori fiat.

d 1 Saber. [d] Quia propter defectum iurisdictionis relatio fit superiori, † vt tenet glo. io. l. prima. C. de relatio. in verbo, consulat, in fine. & sic hic iudici seculari præcipitur, quia non potest contra ecclesiasticum vsurpantem regalem iurisdictionem procedere. De qua materia vi. l. prima. ff. d relatio. & in. c. intimasti. vbi omnino de appella. & Alex. in. l. iudices. C. de iudi. nu. 5. Et licet possit procedere contra talem personam ecclesiasticã vt dixi suprà in glo. vsurpan. num. 9. debet ad regem deferri, vt hîc. ¶ Et vi. alium casum, in quo relatio fit principi. in. c. 6. suprà eod. & quæ ibi dixi in parte, notifiquen cõ tiempo. ¶ Alium casum habeo in. c. 22. infra eod. in fine. & ibi dicam. ¶ Et relatio non solum põt fieri ad principem, sed etiam ad alium superiorem, qua pendente, officium referentis debet silere, quando fuit relatio facta in casu promisso. vt in. l. cum à nobis. C. de dilatio. prout tenet Bald. in. l. eum quem. §. iudicibus. ff. de iudiciis. ¶ Et super dubio iuris potest consulere superiorem, quæ consulatio nec hodie, nec olim est prohibita. vt glo. in. l. diuus Marcus. ff. de officio præsi. vbi quoq; tenet, ꝙ de facto consuluitur princeps, licet præses non. vt in. l. eum qui. ff. de iudiciis. ¶ Et tene, ꝙ in casibus, in quibus relatio fit superiori per inferiorem, debet inferior iudex illicò acta litigatoribus edere. vt in. c. intimasti. de appellatio. & ostendere partibus relationem, quam faciunt superiori. 2. quæstione. 6. vidum aliàs posset appellari. glos. in. c. cùm olim magister de officio delegat.

ra q̃ no cõsientan q̃
cosa passe en nr̃o
perjuyzio, y de nr̃a

Summarium

1 IN his, quæ regi pertineat, non debet fieri præiuditium.

2 Regalia an rex potest concedere, & si concedit, quid venit in concessone.

c En nuestro perjuyzio. In his scilicet, quę sunt regalia. vt in titul. quæ sunt regalia. in vsi. feud. & ibi Bal. & Andre. de Isern. quia in his † & similibus, quæ pertinẽt regi, non debet fieri quidquam in eius præiuditium, vt hîc, quia dãnum pateretur, si auferretur sibi commodum proueniens ex publico, vt in. l. 2. §. meritò. ff. ne quid in loco publi. & ibi per Barto. & in. l. proculus. ff. de damno infecto. ¶ Et an si rex
2 potest concedere regalia, † & si concedit, quid venit in concessione? Vide Paridem de Puteo. in tractatu syndicatus. in parte, de excessibus baronum. folio. n. numero septimo, & octauo, cum sequentibus.

Summarium

Summarium.

VBicunq; iurisdictioni preiuditium paratur, iudex potest ex se, nemine petente, prouidere.

jurisdiction [f], que luego sea remediado [g], y notificado a nos.

Pretorũ. Caput. 21.

ITem mandamos, y defendemos, que los dichos nuestros assistentes, o gouernadores, o corregidores, ni alguno dellos: no accepten ruego [a], ni car-

f Iurisdiction. f Qđ fit cognoscendo inter laicos super re mere profana, & in aliis. vt dixi supra in glos. vsurpan. ¶ Et ideò dixit Bar. in. l. si quis libertatem. ff. de peti. hæredita. ꝙ vbi
1 cunq; † iudici, vel iorisdictioni parator aliqood preiudiciom, tunc iudex potest ex se, nemine petente, prouidere. & tenet Iohã. de Plat. in lege præcipitur. C. de cano. largi. titulo. lib. 10. nu. tertio.

Summarium.

1 IVrisdictio vbicunq; offenditur, quilibet de popolo admittitur ad agendum.

g Remediado. g Procedendo, si potest, contra turbantem, vel impedientem. vt dixi. suprà in. c. 3. in glo. en fauor de su jurisdiction. & si non potest procedere, nuntiet regi, vel suo consilio regali vt hic. ¶ Et vide Bal. in. l. si quis id quod. ff. de iuri sdi. om. iudi. in prima lectura. vers. extra scias. vbi tenet allegando Dy. in consiliis, ꝙ semper ad
1 mittitur † ad agendom qoilibet de populo, vbicunq; est offensa iurisdictio iudicis. Et ponit exemplum in confratis confinibus, & precepto spreto. & consimilibus, quod dicit esse menti tenendum. Et idem tenet in additio. vbi dicit, ꝙ est actio annalis. ¶ Adde tamen, ꝙ minus delictum est offendere iurisdictionũ pretoris, quàm offendere priuatam personam. tenet Bald. in. l. si familia. ff. de iorisdi. om. iudi.

Prætorum. Cap. XX. finis.

Sequitur Caput. XXI.

Summarium.

1 ROgare, & mandare, paria sunt.
2 Rogatio maiorum proiusso habetur.
3 Rogamina maiorum, vel potentium, vel blanditia, an indocant iustum metum.
4 Blanditiæ principis, & importunitas, iostũ metum inducunt.
5 Donatio facta mulieri, per maritum ex freqoenti petitione mulieris, non valet.
6 Blanditijs potest quis testatorem indocere ad sibi legandum, secus si blanditiis inducitur in pernitiem alterius.
7 Quando blanditijs quis indocit testatorem vt testamentum reuocaret, institutus in tali testamento reuocato à secundo herede scripto, reuocabit hæreditatem per actionem de dolo. Quod habet locum non solùm in hærede instituto per blanditias reuocato, sed etiam si testator volebat ei relinquere hæreditatem, vel legatum & per soggestiones non relinquit.

a 1 RVego. a Quia rogare, † & mandare paria sunt. vt tenet glo. & ibi Bar. in. l. si negotiũ. C. de negocis gestis. & in. l. 1. §. fi. ff. mãda. maximè si sunt rogamina istorum curialiũ, quia in isto casu maiores dicuntur si istis iudicibus procurant officia. ¶ Ta-
2 lis enim † rogatio maiorum habetur pro iossu. l. prima in principio. ff. quod iussu. & ibi Paulo
3 de Castro. & Bal. in. l. si mandator. C. quòd † cum eo. Bart. in tractat. de tyrannia. in. 7. q. principal. Alexan. in. l. quia. colom. pen. ff. de iur. om. iudi. & in consilio. 124. in primo volu. in fine. & Andre. de Isernia, in titu. de feud. sine culpa nõ amitten. c. si quis miles. vbi adducũt illod, quod communiter dicitur. Est rogare ducum species violenta iubendi. ¶ Et an rogamina potẽtium,
4 † vel blanditia inducant iustũ metum. vi. glos. in Clemẽ prima. de testi. in verbo, exhortamur. Abb. in. c. Abbas. quod metus caus. facit tex. in cap. cùm inter seniorem. de electio. & ibi Abb. vbi tenet, ꝙ sit idem de minis potẽtiũ. vt Abb. in cap. primo. de officio delega. ¶ Quod intellige, quando sunt soliti sæuire in non obedientea suis rogationibus, non aliàs secundùm Abb. &

Andr

ta[b] que les sea escripta en los casos de justicia por persona de nr̃a corte ni defuera della, antes sin embargo della hagã, y administrẽ la justicia realmẽte, y cõ effecto, y qualqer carta de ruego q̃ se les escriuierẽ de nr̃a corte enlos casos de justicia, nos la embie.

Andre. Sicul. in. d. c. primo arg. tex. in. l. ad inuidiam. & in. l. metũ. C. ꝙ metus causa. ¶ Item blan
4 ditię † principis iustum metum inducunt. per glo. in. l. prima. C. si rector vel prouin. secũdum Barb. in. d. c. primo, & tenet additiona. Paulus de Cast. in. l. 1. C. si quis aliquẽ testa. prohibu. ¶ Itẽ importunitas secundum glos. in. c. audacter. 8. q. 1. gloss. & quod ibi notatur in. c. cũ adeò. de rescrip. & tex. in. l. 1. C. de petitis bonorũ. subla. lib. 10. ¶ Vbi Bald. te-
5 net, ꝙ donatio † facta mulieri per maritũ ex frequenti petitione mulieris, talis donatio non valet, nec cõfirmatur per mortem mariti, quia quodam calore iracundiæ est facta secus si blanditiis vir inductus fuisset ad donãdum alteri. arg. tex. in. l. fi. ff. si aliqui testa. prohib u. de quo vide singulariter Montal. in. l. 3. tit. 9. foro. ll. lib. 3. in glo. 1. vbi idem tenet. & Bal. in. c. si quis. nu. 3. de feudo dato inuic. legi. cõmis. in vs ifeud. ¶ Vbi Mõ
6 tal. & Bal. tenent. ꝙ blanditiis † quis potest testatorem inducere ad sibi legandum, qñ blãditię tendunt ad sui cõmodum, tamen vt quando blanditur testatorem, vt eum hæredẽ instituat. ¶ Secus si blanditur inperniciem alter ius, suggerẽdo falsas causas testatori, vt tollat hæreditatẽ iam instituto. ¶ Et vide Pala. Rub. in repeti. rub. de dona. §. 81. folio. 58. vbi idem tenet & d̃ materia ibi per eum. Tamẽ dicit. ibi. nu. 11. ꝙ in isto casu quan
7 do blanditiis † quis inducit testatorem vt testamentum reuocaret, institutus in tali testamẽto reuocato reuocauit à secundo hęrede scripto per actionem de dolo vel in factum hæreditatem, licet testamentum valeat. Ita dicit ꝙ tenet Ang. in l. fi. C. si aliquem testa. prohib. vbi ait, ꝙ ita fuit iudicatum Perusij, dũ ipse esset vicarius episcopi, quia quidam enim instituit hæredes in suo testamento quosdam religiosos, seu conuẽtum & quidam agnati sibi tantum persuasserunt, dicendo, ꝙ erat malefactum instituere tales religi .o sos. & ꝙ talem hæreditatem conuerterent in m a- lum, & ita fecerunt, ꝙ eos institueret, fuit iud ica tum, ꝙ illi religiosi obstinerẽt successionẽ, q uod dicit esse bene notandum, quamuis contra rium vellit glo. cum qua ibi Cy. transsit in. l. qui quid C. arbitri. tutelę, & sequitur Bal. in. d. l. si in fine. ¶ Quod extendit Ang. vbi supra, ꝙ ho non solũm habet locum in hærede instituto per blanditias reuocato, sed etiam qñ testator volebat ei relinquere hæreditatem, vel legatũ, & per suggestiones non relinquit, qa datur actio de dolo cõtra talem suggerentem illis, quibus, adẽptum est vel eius solicitudine non relictũ, vt in. l. 1. ff. de doli excep. qd̃ dicit Ang. esse casũ notabi. et quotidianũ. & idẽ tenet Ang. in. l. nõ enim. pillũ tex. cũ glo. ff. de inoffi. testamẽ. & sequitur Cæp. cantel. 6a. et Ias. in. d. l. fi. C. si aliquis testa. ꝓhib. q legit eũ iuncta. l. 1. nu. 3. licet Pala. Rub. de eo nullã faciat mentionẽ, sed solũmodo sua dicta extrahẽdo. & hanc opi. sequitur Anto. Cors. in notabi. suis. in parte, hęres. ¶ Et licet Ias. in. d. l. fi. & Pala. Rub. teneant, ꝙ tale testamentũ valeat, licet prim⁹ institutus põt à secũdo auocare bona per actionem de dolo, videtur mihi. ꝙ tale testamentũ nõ valeat, & facit ad hoc, qd̃ tenet Sco. i. 4. dist. 15. vbi ait, ꝙ isti, qui appropinquant mortui, licet videatur habere aliquẽ rationis vsum, si tamẽ stantiũ importunitatib⁹ lacessiti, & victi, mutant testamẽtũ, & quodã modo consententiũt inuiti, nullũ robur habet talis voluntas, & presumitur ope, & malitia illorum fecisse non autem ex consensu. Quia vt dicit Philosop. 3. Ethy. ignorantia. & aliqualis coactio excludit voluntarium, pront refert dictus Pala. Rubi. vbi suprà. numero quarto. cui concordat quod tenet Ias. in dict. l. prima numer. secundo, vbi ait, ꝙ licet tex. non dicat, de eo qui coëgit ad testandum, placet sibi, ꝙ testamentum redatur nullum. Nam sicut metus vitiat ipso iure matrimonium. vt in capit. Abb. quòd metus causa, & capit. locum & veniens. ita debet ipso iure vitiare institutionem.

b Carta. [b] Idẽ tenet Bar. & Paul. de Cast. in. l. prima. C. ne lice. potẽ. vbi dicit, quòd ille tex. facit contra eos, qui faciunt scribi literas per dominos priores inferioribus iudicibus, quia incidunt in coustitutionem. & vi. quæ dixi suprà in cap. 3. in glo. procuradores. nu. 18.

Prætorum. Cap. XXI. finis.

Sequitur Caput. XXII.

Summarium.

1 FOrtalitia, & domus fortes sine iussu regis & consiliariorum suorum non debent fieri, & sic quæ sunt ędificata, destruantur.

2 Muri non fiant sine licentia principis.

3 Castellum dicitur receptum, seu casuarium, vbi multi possunt se reducere, & munire, & per eum præbetur turbationis materia.

4 Aedificare an quis præsumatur in dubio pro se, non ad æmulationem alterius.

5 Castra noua, & fortalitia quis præsumitur facere cum iniuria & æmulatione alterius, eo ipso, quòd construuntur, & non sunt necessaria.

6 Castrum faciens ad dãnum regis maculam perditionis incurrit.

7 Castra si de promissu ciuitatis sunt facta, vel si per tempora vetusta possidentur, nõ cogitur quis ea relaxare.

8 Castrum quod à principio iustè & legitimè factum est, non est diruendum.

9 Dispositio vetans aliquid adquirere de nouo, non dicitur vetare, vel prohibere iam adquisita retineri.

10 Munitio facta in aliquo loco, quę periculosa potest esse alicui ciuitati, permitti non debet.

11 Muros fortallitij an sit licitum reficere sine licentia regis.

12 Fortalitium, quod est in totum destructum, an potest refici.

13 Solennitas, quæ in confectione instrumenti requiritur, an requiratur in refectione, quando fuit amissum.

14 Ecclesia ex toto collapsa, si erigitur, an debeat de nouo consecrari.

15 In refectione monasterij totaliter destructi requiritur episcopi licentia.

16 Reficienti ędificium de toto destructum, potest nouum opus denuntiari

17 Molitione castri authoritate principis facta omnia iura castri, & pertinentiarum extinguntur.

18 Cum destructio castri fit authoritate principis, debet refici eadem authoritate.

19 Si domus emphiteoticaria comburitur casu fortuito, si postea reficiatur, an cogatur emphiteota perseuerare in emphiteosim & soluere pensionem.

20 Si potestas finito officio confirmatur in eodem officio, dicitur nouus potestas.

21 Fideiubens in prima conductione, non tenetur in secunda.

22 Fideiubens pro potestate, non tenetur pro eo confirmato pro nouo tempore.

23 Promittens aquam nobili habentem aliquam domum, si destruitur, & postea reficitur, dicitur noua domus, & est liberatus.

24 Reficere an dicatur de nouo facere.

25 Prohibiti ædificare castra, non prohibentur reficere.

26 Ex instrumento refectionis gabella non debetur.

27 Factus, qui non potest à principio fieri sine licentia principis, potest tamen refici sine eius licentia.

28 Nauis sæpe refecta, dicitur eadem, etiam si de prima materia nil stet.

29 Qui potest comedere caseũ, & oua, potest etiam comedere sanguinem.

30 Fortalitium, quod nõ fuit funditus diruptum, sine licentia regia potest refici. Secus si fuit ex toto funditus destructum.

31 Fortalitium quando reparatur, debet fieri reparatio, vt antiqua forma non mutetur.

32 Personis priuatis licet muris circundare, & custodire loca propria.

33 Turris licet longissimo tempore stetit colapsa, nulla præscriptio tollit facultatem reficiendi.

34 Refectio turris prohibetur, quando imminent scandala.

35 Turris ecclesiæ potest fortificari tempore belli ad perpetuam vtilitatem.

36 Si princeps fortificauit castrum alicuius nobilis ad hoc, vt hostes non caperent illud, & ille nobilis bello finito recuperet castrum, an ab eo recuperet rex expensas quas fecit.

37 Castra & turres habentes, debent ea custodire, & reparare tempore belli & pacis, & non homines illius ciuitatis, vel villæ.

38 Rex donans vasallos alicuius loci, an videatur donare proprietatem locorum, & fortalitium, quam habet in eum. Et an si potest donare inuitis hominibus loci.

39 Papa, vel rex concedens alicui castrum, & postea illud donat alteri, an valeat secunda collatio.

Torres

Prætorū Cap.22.

Otro si, que no consientan que se hagā sin nuestra licencia torres [a], ni casas fuertes en las ciudades, o villas, o tierra que fuere a su cargo, ni en sus terminos, y jurisdiction. Y sepa se si haze agrauio, y daños de las fechas nueuamente y si se perturba con ellas

a Torres. [a] Idem tenet text.in.l.
7.tit.7.lib.4.in ord.
regali.vbi fortalitia, seu domus for
1 tes siue regis † iussu & consilio suo-
rum consiliariorum & aliquorum
hominum loco-
rum circunstan-
tium nullatenus
fiant: & quæ sine
regis mādato sunt
ædificata, destruā
tur. Et sic notatur,
ꝙ cum talia castra
seu fortalitia pro
maiori parte fiunt
ad æmulationem
alterius ciuitatis,
& plerunq; viam
seditionis præbent, non licet ea sine iussu princi
pis fieri, vt hic in nostro tex. & in. d. l. ordina. Fa
cit tex. in. l. opus nouū. ff. de operi. publi. & . l. 2.
C. de fundi limi. lib. 11. vbi glo. in verbo, antiqui
tas. tenet non licere cuilibet castrū habere. Idem
tenet cōstitutio regni Neapoli. in tit. 32. et. 33. vbi
prohibet fieri castra, & turres à priuatis quasi suf
ficiant publicæ imperiales municiones. & ibi
gl. ¶ Qđ intelligit. d. l. 2. C. de fundi. limi in limi
ne regni, vel imperij, alibi autem, quilibet pōt
facere. quod sequitur Bar. in. l. ex hoc iure. ff. de
iusti. & iur. num. 7. sed tu tene ꝙ hodie per istū
tex. etiam si fiant in suo, nemo potest castrum,
vel turrim ædificare, etiam licet non ædificet
in limitibus regni sine licentia regia, quia præ-
sumitur ad æmulationem regis, vel alterius fieri,
vel prębere materiam seditionis. vt text. in. l. 8.
eod. titul. 7. lib. 4. in ordi. regali. ibi, muchos ma
les y daños que se han hecho y hazē, y se podriā
hazer en nuestros Reynos. Quod probat text.
in. d. l. 2. C. de fundi. limi. quæ incipit, qui cùm ca
stra. & tenet glo. in. l. si in aliquē. ff. de offi. procō.
2 & legati. in verbo. opera. vbi dicit, ꝙ muri † ciui
tatis, & castra non fiant sine licentia principis,
vel sui proconsulis. l. sacra. §. pen. ff. de rerum
3 diuisio. & quia castrum dicitur † receptū, seu ca
suarium, vbi multi possunt se reducere, & muni
re. argum. ff. de aqua quotidi. & æstiua. l. prima.
§. ait pretor. & dicitur ad differentiam terrę pla-
nę, & idem subiungitur in turribus, ea videlicet
ratione, quia per huiusmodi ædificia, scilicet for
talitia, & turres prębetur turbationis materia, &
scandala de facili oriuntur. vt tenet glos. in dicta
constitutione regni Neapoli. ¶ Nec ad hoc po-
test obstare quod tenet Bald. in. l. item lapilli. ff.
de rerum diuisio. col. 2. nu. 4. vbi ait, ꝙ in dubio
4 † vnusquisq; præsumitur ędificare principali-
ter propter se, & non ad damnum, nec ad iniuriā,
vel ęmulationem alterius. quod sequitur Ias. in
dicta. l. hoc iure. nu. 11. quia Bald. & Ias. loquun-
tur in in aliis ędi-
ficiis, & nō in ca-
stris, turribus, vel
fortalitiis, qa hæc
ad æmulationē p̄-
sumūtur ędificare
& non licet noua
castra facere cū in
iuria, vel æmula-
tione alteri⁹. vt te-
net Bar. i. l. 1. in pri
cipio. ff. qđ cuius
vniuers. nomi. nu.
2. Bar. Pau. & Ias. in. d. l. ex hoc iure. Innoc. &
Abb. in c. Pisanis. de resti. spolia. in fine. & Gui
do. Pap. in sing. 427. & est tex. in. l. prouīcias. C.
de ædifi. priu. & ibi glos. Roma. singulariter in
cōsil. 52. in fine. arg. tex. in. l. 1. §. denīq;. ff. de aqua
pluui. arcēda. & in. l. fluminū. ff. de damno infe-
cto. §. sed cū sequēti. & per alia iura. vbi tenet, ꝙ
5 noua † castra vel fortalitia facere cū iniuria, vel
æmulatione alterius, ꝙ pręsumitur, eo ipso, ꝙ cō
stituūtur. & non sunt necessaria. Et qa si quis ad
6 regis † damnum castrum faciat, maculam prodi
tionis incurrit. tenet Montal. in suo reperto. glo.
ordi. regali. in parte. castra. ¶ Et ꝙ in confinibus
ciuitatis non sit licitū possidere castra, & si habet
cogatur relaxare, tenet Bart. in. d. l. 2. C. de fundi.
7 limit. Qđ dicit esse verū. † nisi de permissu ci-
uitatis sint facta, vel concessa, vel per tēpora ve-
tusta possederint, quia tunc talis vetustas pro le
ge habetur. vt in. l. 2. ff. de aqua pluui. arcen. in
princip. ¶ Et tenet Montal. vbi supra, ꝙ castrum
8 vel fortalitiū qđ à principio † iustè, & legitimè
factum est, nō est diruendū; & si perueniat ad ca
sum, à quo nō potuit inchoari. per regulā. Factū
legitimè. de regul. iur. in. 6. cum ibi notatis. & te-
net ad literam Iohā. de Plat. in. d. l. 2. C. de fundi.
limit. lib. 10. ¶ Et facit qđ tenet Abb. & Iohā. de
9 Anna. in. c. iudęi. el. 1. de iudęis. vbi dicūt, † ꝙ di
spositio vetans aliquid adquirere de nouo nō di
citur vetare, vel prohibere iā adqsita retineri, &
sic cū ius vetat in futurū, permittit in præteritū,
sicut quædā dirimunt contrahenda, quæ nō diri
munt cōtracta. c. quēadmodū. de iur. iurā. ¶ Qđ
extēde nō solū ad fortalitia, verū etiam si aliqs fa
10 cit † munitionē in aliquo loco, quę possit esse pe
riculosa alicui ciuitati, nō debet sibi pmitti. vt te-

net fingulariter Bar.in d.l. opus nouũ.ff. de ope ri.publi. Quod dicit intelligendum esse periculosa, vel esset verè mudia alteri ciuitati, quam ei,
11 cui subiecta est. ☞ Sed an sit licitũ reficere † muros fortalitij fine licentia regis. text.in.l.loca sacra.§.mnros.ff.de rerũ diuis.videtur dicere ꝙ nõ tamen glo.& Bar.in.d.l.opus nouũ.determinant contrariũ, & ꝙ contrariũ seruatur.& facit glos.in d.l.per prouincias.C.de ędifi.priua.Bal.in.l.si vt proponis.la.2.C.de nnptis.& tenet Ias.in.d.l.ex hoc iure nu.13. ☞ Vi.Innoc.i.d.c.Pisanis.vbi in fine.vbi tenet, ꝙ sicut non licet noua castra facere cum iniuria vel ęmulatione alterius, ita nec in castellare vetera, quæ non probãtur habitata.l.3. C.de ędificiis priua.& in.d.l.1.et.2.et.3.C.de fundis limitrofis.lib.11.& arg.in.l.3.ff.de operis publi.&.l.athletas.ff.de his q̃ nota.infamia. Et Bal. in.l.1.§.innitio.ff.d'officio pręfect.vrb.nu.7.col. 2.dicit, ꝙ cui non licet noua castra facere, non licet vetera inhabitata reformare. Potest ergo quis agere vt destruãtur innouata castra vt in pristinã formam reducerentur conditione ex illis legib⁹ vel officio iudicis.arg.ad hoc in.d.c. cõsuluit. & per Innoc. vbi suprà, vbi dicit idem esse in alio sibi reditus habẽte, quia agit vnusquisq; ꝓ euitanda diminutione sui patrimonij. ☞ Sed Abb.in. d.c.Pisanis.in fine.dicit dicta Innoc.suprà dicta intelligenda in possessore iniusto .seu tyranno. arg.illius tex. Si autem esset possessor iustus, tũc dicit distinguendum, quòd aut vult reficere antiqua ędificia, vel habitare de nouo castra inhabitata ad iniuriam, vel æmulationẽ alterius, & tunc procedant dicta Innoc. quia non licet vti re propria ad iniuriam, vel æmulationem alterius, vt alij noceat, & sibi non prosit.vt in.l.prima.§.deniq;.ff.de aqua pluui.arcen.& notat glo.en.c.ec clesia vulterrana.de electio. ☞ Aut hoc non facit ad iniuriam alterins, sed ad conseruationem, vel augmentum patrimonij, vel honoris sui, & tunc putat sibi licere, & non posse per aliũ prohiberi etiam si alij inferatur timor, seu damnnm. & ad hoc dicit tex.optimũ.in.l.si meo.ff.de aqua pluui.arcen.& in dict. c. cum ecclesia vulterrana. & in dicto. c.consuluit. vbi patet, ꝙ prohibitus de nouo constituere, non prohibetur reficere antiquum ædificium iuxta pristinam formam, nec hoc casu posit allegari præscriptio, si longo, aut longisimo tempore non refecerit, vel inhabitauerit: quia cum iste sit actus meræ facultatis, & nil positiuẽ actũ sit in sui iuris præiuditiũ, non currit pręscriptio iuxta notata in.c.Iohannes.de clerici.coniugatis.& per alia iura. vt per Abb. ibi quam distinctionẽ Abb.approbat Fel.in.c.cum accessissent.de constitu.in fine. & dicit esse elegantem declarationem, vt ibi per eum. Quinimo non solũ possunt reficisci castra, & fortalitia, sed dico, quòd ad hoc ea tenentes debent cõpelli quando rex seu princeps dubitat de bello, & potest visitare castra aliorum dominorum, & nobilium, etiã ipsa castra ab episcopo, vel ab ecclesia in feudum tenentium, ac profectò turres, & fortalitia ecclesiarum in suo regno existẽtes, & existentia incastellare, & hoc propter salutem publicam.vt notat Cy.& doctores in.nullus hęreticus.C.de summa trinita.& fide catholi.& Innocen.& Abb. in dicto capit. Pisanis. prout tenet Nicolaus Boërius in tracta.de custo.claui.num. 43.tomo quinto tract.fol.272. ☞ Quod facit contra dncẽ, qui nominatur del Infantazgo, qui permittit fortalitium de Arenas, quod quidem regale, & eximiũ est, perdi adque funditus dirui, ac similiter fortalitium sancti Martini de Val de yglesias, qnod est contra text.in.l.prima titul.18. part.2. vbi habetur, quòd huiusmodi fortalitia, robur, adque imperium, & munitionẽ, sine tuta men subministrant regi, & populis ei subditis. Et qui dicta castra, seu fortalitia habent iure hæreditario, vel successione parentum, debent ea tenere bene fulta armis, & hominibus, nec non alimentis.vt ibi in.d.l.parte. cauetur. Et si dicti domini in hoc excedunt, rex debet imperare, vt vectigalibns, seu expensis ipsius ducis & aliorum, qui dictam.l. parti. non seruant, dicta fortalitia, & alia similia reædificare, & in pristinam formam reducí.exemplo Iohas regis, vt legitur.4. Reguum.capit.12. & Paralipome.24. vbi Iohas rex vocauit Ioiadem pontificem, & sacerdotes, dicens eis. Quare sarta tecta templi non restauratis? Nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem vestrum, sed ad instaurationem templi reddite eam. Et prohibiti sunt sacerdotes vltrà accipere pecuniam à populo, & ex ea fuit templum, reædificatum vt ibi latè patet. quem vide. facit textus in capitulo filijs vel nepotibus.16.quæstione.7.& tenet ad literam Stephanus Aufrerius in tractatu de potestate secula ri super ecclesiastic.person.in.2. regula. numer. 26.tomo.quinto tractatu.folio.431. ☞ Sed quid si
12 reficit fortalitium, † quod est in totum distructum, aut potest reficere. Bald. in.l. si vt proponis.la.2.C.de nuptiis. in fine. tenet quòd stante statuto, prout in nostra lege cauetur, ꝙ nullũ for

talitium possit fieri inconsulto papa, vel rege, & aliquis vellet reædificare ædificium fortalitij olim propter rebellionem funditus desolatum, & filij rebellis, vel ipse rebellis reconciliatus non potest illud reficere inconsulto papa, vel rege. ☞ Facit in simili quod tenet Bart. in l. nuptiæ. ff.
13 de ritu nupt. vbi † solennitas, quæ requiritur in confectione instrumenti requiritur in refectione, quando fuit amissum. ☞ Adde glo. in. c. 3. de iure patro. vbi tenet, ꝙ reficiens ecclesiam omnino funditus destructam, dicitur nouam facere, & efficitur patronus, secus si non destructā fundit. Et pro hoc tenet ibi Antoni. vlti. colū. ꝙ si de cōtractu totaliter refecto soluitur gabella, non soluitur, si totaliter non reficitur. ☞ Et facit quod tenet Innoc. in rub. de consecra. ecclesię. vel alta.
14 vbi dicit, ꝙ si ecclesia † ex toto collapsa erigitur, etiā ex eisdem lapidibus, debet de nouo consecrari secus si successiuè partes ruentes reædificarentur. ☞ Ad idē facit glos. in. c. de monachis. 18.
15 q. 2. vbi in refectione † monasterij totaliter destructi requiritur licentia episcopi, secus in reparatione non totaliter destructi. ☞ Facit quoque quod notat Bar. Paul. Alex. & Ias. in. l. prima. §. ædificium. ff. de noui operi. nuntia. vbi dicunt,
16 † ꝙ reficienti ædificium ex toto destructum, potest denuntiari nouum opus, secus si non erat ex toto destructū. ☞ Facit in simili quod tenet Bal. in. 4. volu. consiliorum. consilio. 221. vbi dicit,
17 † ꝙ molitione castri authoritate principis extinguntur omnia iura castri, & pertinentiarum: vt. c. abbate. de verbo. signifi. & c. cùm ex iniuncto. de noui. ope. nuntia. vtrobiq; per Innoc. facit tex. in c. si. 25. quęst. 2. & 16. quęst. 7. c. hoc scri
18 psimus & sic cū destructio † fiat authoritate principis, eadē authoritate debet restitui, cū sit pars potestas destruendi & construendi. vt. c. verbum de pœnit. distin. 1. ☞ Et castro restituto, iura plenariè restituuntur. l. prima. C. de sent. pasii. l. si: ff. de domino. & in. l. ꝙ si minor. §. restitutio. & 4. quęstione prima. c. reintegranda. ☞ Adde quoque quod tenet Nicolaus de Matur. in. l. prima. C. de iure emphiteo. prout refert Barb. in dicto c. cum accessissent. de constitutio. col. 22. ꝙ si do-
19 mus † emphiteotecarij comburitur casu fortuito, licet postea reficiatur, non cogetur emphitota perseuerare in emphiteosim, nec soluere pensionem, quia iam fuit extincta, licet nunc sit refecta & dicitur noua. Tamen in hoc contrarium est veriùs: quia ad pensionem tenetur. vt tenet Iohan. de Anna. & tenet Felinus. in dicto. c. consuluit. de iudæ. & tenet Ias. in dicta. l. prima. C. de iure emphiteoti. nu. 44. ☞ Facit quoq; quod tenet Bart. in. l. 4. in principio. ff. de damno infe.
20 vbi si idem † potestas finito officio confirmatur, ad idem dicitur nouus potestas, & non intelligitur habere idem arbitrium, quod habebat antea, & idem voluit in. l. meminisse. ff. de offi. pręsi. & quod voluit Bal. in. l. Titius. ff. de excusa. tuto. & in. l. si constante, C. de dona. ante nup. & in l. Emilius. ff. de mino. & in. l. à te. C. de pact. inter empto. & vendi. Et ista deducunt ad doctrinam ꝙ cùm ę deficiū sit ex toto suppressum, licet postea reficiatur, dicitur nouū. Facit tex. in. l. si cum
21 hermes. C. locati. vbi fide iubens † in prima conductione, non tenetur in secunda, siue sit prorrogata, siue renouata ex consequentia primę, & ibi
22 dixit Bald. ꝙ si quis fideiussit † pro potestate, non tenetur pro eo confirmato in nouo tempore. vt tenet latè Hippolytus de Marsi. in repeti. rub. de fideiusso. nu. 94. Et idem dicerem, si de nouo est electus ad officium, putā, si potestas est electus per sex mēsibus: nam si pro aliis sex mensibus fuit denuo electus, duo officia sunt, & non tenetur pro eo ex gestis ex isto officio secundo, secus autem si fuit dictū, prorrogamus ad aliud semestre, quia est idem, & vnum officium, & tenetur fideiussor, & index non tenetur stare nisi ad vnum syndicatum pro vtroq;. tenet Bal. in. c. venerabilem. de electione. in fine. ☞ Ad idem facit quod tenet eleganter glos. in. l. damni. §. his qui ædes. ff. de damno infecto. quam sequitur
23 ibi Dy. & Bartol. & alij, vbi si promisi † dare aquam recenti cuidam nobili habente domum in æstate, si ista domus est destructa, & postea refecta, quòd dicitur noua domus, & ego sum liberatus ab obligatione. ☞ Sed contra supradicta fa-
24 cit, quia qui refecit, † non dicitur de nouo facere proprie, sed largè. vt Alexan. in consilio. 190. in secundo volumine nu. 7. & 19. & Ias. in dicta l. prima. §. si quis ædificium. ff. de noui. operi contra Barto. & Dy. in. l. de pupillo. §. si quis seruos. ff. eod. & dicit quòd ita dicunt infiniti text. quòd aliud est reficere, & aliud opus nouum facere. vt text. in dicto. §. si quis ædificium. glos. & Barto. in. l. tertia. §. reficere. ff. de itinere actuque priua. vbi dicit consultus, longè aliud facere est. tex. in. l. quarta. C. de operi. publi. text. in. l. prima. §. pē. ff. de mor. infere. & tex. in. c. consuluit. de iudæ. text. in. l. fi. C. eod. tit. de iudæ. ☞ Hinc infert Ias. vbi suprà quòd prohibiti ędificare ca
25 stra, † non prohibentur reficere secundùm Bal. & Ang. in dicto. §. pē. per illum tex. & glo. ff. de morta. inferendo. & est glo. in. l. longa possessio ff. eod. titulo. & tenet in expresso Abb. in dicto c. consuluit numero primo. ☞ Et Petrus de An-

BB 3 chara

chara ibi dicit,quòd si ex forma statuti de instru
26 mento soluatur † gabella,certè si instrumentum reficiatur,non debet solui talis gabella. Quoq; hinc infert Ias. in dicto. §. si quis ædificium. q actus,qui non potest à principio fieri sine licen-
27 tia † principis, potest tamen refici sine eius authoritate, vel licentia.glos. dicit esse notabilē in dicto cap. cùm accessissent. de constitu. in glos. fi.& ibi Cano.& Bald.in.9.colū.cum. tribus sequētibus. Et facit tex.in.l.proponebatur,ff.de
28 iudi.vbi tex.dicit,q nauis † sæpe refecta dicitur eadem,etiam si de prima materia nil amplius extet, & sic reficiens non dicitur de nouo facere. Et facit quod notat glo.in Cle. si. de rescript.in verbo,creatum.& in.c.primo.de religi.domi.in 6.in verbo,domum.& in.cap.per tuas.de donatio.in verbo,de nouo.glos.in.c.officium.in verbo,ad præmissa. de hæreti.in.6. Et facit in simili quod tenet glossa in cap.proposuisti. versi. sanguinem.83.distinctio.&in cap.admonere.in
29 verbo,carnem.33.quæst.2. q qui potest † comedere caseum, & oua,potest etiam comedere sanguinem, nō tamen carnes: quia sanguis cum eis coagulatus, mutat naturam suam. secundùm Abb. Anna. & Felinū.in dicto cap. consuluit. Pro solutione dic,quòd aut ædificium,vel for
30 talitium † non fuit funditus diruptum, & tunc sine licentia regia potest reficere, & ita propriè loquitur tex.in dict. l.prima.§.reficere,ff.de mortuo.inferen. secundum veram & propriam literam illius tex. quicquid ibi dicat Dy. & ita ibi tenet Paulus de Castro. & latiùs Alexan. & tunc procedit quod tenet Angel.& Bald.ibi,dicendo, q prohibiti ædificare castra, non prohibentur reficere. Aut ædificium, vel fortalitium fuit ex toto funditus destructum, tunc non potest reficere sine licentia principis. ita concludit Ias. singulariter in repeti.l. quominus. ff.de fulmi.fi.col. vsque in fine, tangendo quæstionem, quam dicit de facto Alber. disputasse Mediolani,an molendino destructo ex toto, vel domo vsque ad aream, si dominus potest reædificare. De quo ibi per eum. & in.§. si quis ædificium. & ibi per Alexand.num.6. vbi dicit,quòd vera conclusio in hoc est. Quòd aut totum castrum, vel ædificium fuit funditus diruptum, & tunc reædificans dicitur de nouo facere,& eadem solennitas requireretur in eorum renouatione, quæ in constitutione de nouo. & de hoc latissimè per Iason.in.l.ius autem ciuile.ff.de iusti.& iure.nu.9.cum sequentibus.&Alex.in rub.ff.so lut. matri. nu.21.&. Philip. Decius in.l. domun ff.de regul.iuris.& tenet decisio regni Neapolita.aliàs constitutio. tit.32. &. tit. 33. vbi in expresso tenet,q castra dirupta prohibētur refici si ne iussione regis.& ibi glo. Aut non est fundi tus diruptum,&tunc dicitur reficere. Et istā opinionē tenet Feli.& Iohā.de Anna.in.d.c.consuluit.de quo ibi per os.Et ita credo q intelligatur tex.in.l.46.de Toro.in fine.licet doctor del Castillo ibi dicat,q refectio fortalitij solūmodo pmittitur,qn est principis,secus si est alteri⁹ quia sine principis licentia nō potest reparari. Attamen in casu,in quo pōt reficere sine licētia regia
31 dbet ita facere,† vt reparatio nō mutet antiquam formā,& nō debet ędificiū fieri ptiosius,vel amplius.vt tenet singulariter Abb. in.d.c. cōsuluit. qđ nota.& Iohā.de Anna.in.c.iudęi.el.1.d iudę. qđ hodie malè seruatur secundū eum,qa reficiūt do aliqū ampliāt, loqndo in synagōgis iudęorū.
32 Tamen bene,licet coītarib⁹,† & priuatis personis loca propria muris circundare,& custodire.l.per prouincias.C.d ędifi.priua. tenet Iohā. de Plat.in.d.l.quæcūq;.C.de fundis limit.lib.11.
33 Vide Fel.in.d.c.cōsuluit.vbi dicit,q † etiā si lōgissimo tēpore stetisset turris collapsa,tamē nul la præscriptio tollit facultatem reficiēdi ad conseruationē iuris sui, quia in his, quę sunt mœręfacultatis,non currit aliquod tēpus, vt dictū est, & est glo.quā singula. facit ibi Anto.in.c.vt priuilegia.de priuileg.in verbo, in anno,& Cy.in. l.2.C.quæ sit longa consuetu. & Domi.plenè in c.si.de consuetu.in.6.quod dicit Feli.esse menti tenendum. Tamen dicit,quòd dicit Roma.in l.si verò.§.de viro.43.fallen.ff. soluto matri. q ta
34 lis † refectio turris est prohibita,quando immineret scandalum.allegat Innocen.in dict.c.Pisanis & secundum prędicta dicit quoq; intelligendū quod dicit Bal.in dict.l.si vt proponis. Sed
35 turris ecclesiæ † potest fortificari tēpore belli ad perpetuā vtilitatem.tenet Floria.in.l.seruitutes. §.fi.ff.de seruituti. Sed quæritur de quæstione,
36 quæ pōt cōtingere: Princeps,seu † rex fortificauit castrū alicuius nobilis diruptū ad hoc, vt hostes non caperent illud, & ille nobilis finito bello repetit castrum ita aptum rex excipit,& petit expensas, quas fecit in reparatione castri, an poterit dictas expensas repetere? Dic quòd ille nobilis obtinebit illud castrum sine solutione alicuius expēsæ, sed tantūmodo tanquam vnus de populo conferet ad illam expensam.tenet Bal. singulariter in.l.si in aliquā.in fine,ff.d offi.pcō sul.& leg.& seqtur Cremēs.in sing.25.&dicit,q clarius poneretur exēplū in ciuitate,quę fecisset talē impēsam,vt ab illa faceret bellū. Adde tu quoq; qđ tꝫ Ang.ī.l.turres noui.C.đ op.pu. vbi ait,

37 ait, quod habentes turres, † vel fortalitia in ciuitate, vel in comitatu quia illa cedunt vsib' propriis ipsorum ad securitatem tantum ciuitatis, quod debent custodiri, & reparari per dominos ipsorum tempore belli, vel pacis, non autem per homines illius ciuitatis, vt tex. in.l.1 tit.18. part.2. ibi. ca aquellos que los hā por heredamiento, deuen los tener labrados, y bastecidos de hōbres, y de armas, y

la paz [b] del pueblo y nos embie la relacion [c] dello: y si en las comarcas de su

de todas las otras cosas que les fuesse menester. & dixi suprà nu.11. vbi vide. Quod facit contra aliquos dominos temporales, qui iubēt suis vasallis sua castra, vel fortalitia sine sumptu cōpetenti custodire, quod fieri nō potest, & vt video quia licet est contra ius, & contra conscientiam aliqui tollerant hanc impositionem, quod sequitur Iaf. in.l. diuortio.§.impendia. ff. solut. matri. nu. 3. & dicit quod istam quæst. habuit de facto in quæst, sibi transmissa ex pede montibus. quod sequitur & dicit esse notandum Petrus Gerard' de Petra sanct. in singul. suis. in singul. 37. in fine. Quod facit contra aliquem ducem huius regni: quia ex eo, quod tempore alterationis huius regni reparauit alimentis aliquod suum fortalitium, quod prætium istorum alimentorum recuperauit à suis subditis, quod non poterat facere: quia tēpore pacis & belli tenetur dominus ad tales expensas, & reparationes, vt dictum est, quod nota. Et quoq; expensis suis tenetur ponere capitaneum, & non expensis subditorum. vt in.l. fi. C. de statu. & imagini. & in l.2. C. de officio præfecti præto. Aphri. & quoq; potest ponere capitaneum in castro suo inuitis hominibus suis. l. si ita §. dominus. ff de vsu. & habita. & in. d.l.2. tenet Guido. papa singula. 266. ¶ Tene quoq; quod

38 si rex donet alicui † omnes vasallos talis loci, nō videtur cōcedere proprietatē locorū quā habet in dicto loco, nec fortalitiū, seu arcē, quā ibi habet. vt Bald. in. c.1. §. in generali. in tit. si de feud. fuerit cōtrouersi. inter domiū & agna. nu. 4. & 5. & quia appellatione castri nō cōtinētur vasalli, nec ecōtra. quod sequitur Franc. de Aretio in rubrica. ff. solut matri. 4. colū. Et tenet Bald. in tit. de pace iura. firma. c.1. §. ad hoc. in vsi. feu. ¶ Quinimo princeps nō pōt alienare castra inuitis hominibus loci. vt Guido. Papa. decisione. 239. & gl. in.l. inuit'. ff. de fidei cōmissa. liber. & Iaf. latè in.l. debitorū pactionibus. C. de pactis. nu. 6. Angel. in.l. si prior. §. sciēdū. ff. q potio. in pig. habe.

39 ¶ Tamē si papa, seu rex vni cōcedit † castrū, & postea illud idē donat alteri, nō valet secūda collatio, quia non debet, nec pōt primò auferri sine culpa sua. tenet Bald. & Paul. de Castr. in.l. C. de legi. nu. 3. de quo est gl. in. l. si qua lata. C. de feudi. & sal. rei domi. lib. 12. quā Bal. in multis locis allegat quia tāgebat eū. Nam cum papa Vrbanus. 6. primò sibi cōtulerat vnū castrum quod vocatur Festina, in cōmitatu Anguilij, & postea illud idem contulit alteri, & nunquam Bal. potuit habere possessionem, licet multum litigauerit cum illo in Romana curia, secundùm Paul. vbi suprà.

jurisdiction se hiziere alguna casa fuerte: luego q̄ lo supiere nos auise dello

Summarium.

1 PAcem debet rex procurare reipublicę & subditiis suis.

b 1 La paz. [b] Quam debet rex † suę reipublicæ, & subditis procurare. tenet Cardi. in Cle. dudum. de sepultu. §. super cathedram nu. 9. quia talis pax subditorum interest reipublicę. vt in.l. congruit. ff. de offic. præsi. & in.l. si quis ingenuū. §. fi. ff. de capti. Bar. in.l. ambitiosa. 5. col. ff. de decreti. ab or. faci. vide quæ dixi suprà in. c. 6. in glo. in parte, pobres.

Summarium.

1 QVando periculum seu damnum iudex potest incurrere, excusatur, si negotium refert ad superiorem.

c Relacion. [c] Quia si cōtra potentes ista castra habētes iudex posset periculum incurrere procedendo contra eos, iubet fieri ista relatio: quia vt dicit Bal. in.l. quę ex relationibus C. de legi. quando iudex hoc peri-

1 culum vel damnum possit † incurrere, excusatur, si refert negotium ad superiorem, vt mandet qualiter vult causam determinare non tenetur se subiicere illo periculo, qd tenet idē ibi Paul. de Cast. vbi de materia relationis. vbi Bar. & Bal. dicunt aliquādo esse necessaria, aliquando probabilis, aliquādo temeraria. vt ibi per eos. de quo vi. quę dixi suprà in. c. 20. in glo. nos lo haga luego saber.

Prætorum Caput. 22. finis.

Sequitur Caput. 23.

Summarium.

1 Muri ciuitatum mœnia publica dicuntur, quę vndiq; vrbem cingunt.
2 Mœnia præbent securitatem habitantibus in ciuitatibus: & in locos vbi non sunt, debent de nouo ædificari, & veteres reparari.
3 Muros non debet quis violare.
4 Muros non licet aliquis perforare, vel super eis ædificare. Et quid in vniuersitate.
5 Iuxta mœnia & muros ciuitatis nō possunt fieri domus, nec iuxta palatium imperatoris.
6 Muri an possunt ędificari sine licentia regis.

a
1 Mvros. a Qui muri dicuntur mœnia † publica, quę
vrbem vndiq; cingunt vt in. l. Alfe
rus. ff. de verbo. signifi. & in. l. ędi-
ficia. C. de operis publicis. & in. l.
nec explendissimè. & sic dicuntur, quia muniūt
ciuitates & ciues quasi monumenta, vt. C. de ve
teri. iure enucle. l. 1. §. sed his. ibi, muro valatū. li
cet abusiuè dicātur mœnia omnia ædificia. vt no
tat Archidi. in. c. fundamenta de ele. in. 6. ¶ Et
2 cū talia mœnia † præbeant securitatem habitan
tibus in ciuitate, necessè est in locis, vbi nō sunt
de nouo ædificari, aut veteres reparari. vt in. l. o-
mnes. C. de operibus publicis. la. 2. & tenet latè
Lucas de Pen. in. l. hac prouidentissima. C. qui-
bus muneribus. vel præsta. nemi. lic. libro. 10. pri
ma columna versic. primo. & ibi etiam dicitur,
q isti muri omni tempore debent ædificari, siue
bellis vrgentibus, siue hominibus in pacis otiò
gratulantibus. ¶ Quia muri, & portæ ciuitatis
sanctæ, & diuini iuris propriè dicuntur, & non
3 debet quis † violare, aliàs pœna capitis punitur.
text. in. l. 14. & in. l. 15. tit. 28. parti. tertia. & in. l. fi.
ff. de rerum diuisione. in. §. sanctæ quoq; res. In-
stitu. de rerum diuisione. vbi hoc intelligit An-
gel. in violatore muros ciuitatis Romanæ. Se-
cus est in violatore mœnium, vel portarum al-
terius ciuitatis, vel castri, quia tunc extra ordi-
nem punitur arbitrio iudicis, vt Angel. ibi nu-
mero primo. idem tenet Bal. in. l. sacra. §. muros
ff. de rerum diuisione. Quod facit contra ipsos,
qui ascendunt, vel descendunt per muros ciui-
tatis, vel castrorum & fortaliciorum, quia pœna
arbitraria puniuntur. ¶ In tantum non licet
4 violare, q etiam non licet † aliquid facere, per-
forare, vel abstruere de muris, seu mœnijs ciui-
tatis, vel alterius villæ, nec super eis ædificare,
nec fodere prope eos, vt cadant. vt in dicta. l. fi.
& ibi Barto. & in dicta. l. sacra. §. diui. & in. l. ex
hoc iure. ff. de iusti. & iur. Bald. in. l. pergit. C. de
sepulchro viola. & talia facientes. puniuntur a-
ctione peculatus. vt in. l. qui perforauit. ff. ad. l.
Iulia. pecula. & facit. l. ædificia. C. de operibus
publicis. ¶ Et ideo infert Guid. Pap. in singula.

Prætorū. Cap. 23.

Otrosi, q vea como estan reparadas las cercas, y muros a, y cauas, y las puentes, y los pontones, y alcātarillas, y las calçadas enlos lugares donde fuerē menester, y todos los otros edificios y obras publicas: y si no estuuieren reparadas,

587. q nō licet pri
uato in muro vil-
lę, vel ciuitatis ali
quid facere, aut cō
struere sine licen-
tia dñi. Sec9 dicit
esse in vniuersita-
te, quæ hoc pōt fa
cere, vt tenet glos.
ī. d. l. sacra. §. muros
ff. de rerū diui. &
in. l. officiū. ff. d o-
peri. publ. vbi di
cit Bar. q illæ glo.
coīter tenentur. et
glo. in. d. l. oēs pro
uinciarū. Qd dicit
esse notādū, qa fa-
ciūt hęc cōtra quē
dam ex hominib9
Guid. pap. q in vil
la sancti Albani fe
cit quandam fene
strā in mœnib9 di
ctæ villæ sine suo,
aut officiariorum licentia. ¶ Quod extende non
5 solum in mœnibus, verumetiam iuxta † mœ-
nia, & muros ciuitatis non possunt fieri domus,
ex quibus possit dari introitus ciuitati, vel exi-
tus inimicis, & si facta sunt destruantur. tenet
Barto. singulariter in. l. opus nouum. ff. de operis
publicis. versicul. & sic nota per dictam. l. ædi-
ficia. & idem tenet additiona. glos. in dicto. §. san
ctæ. & ibi Faber. & Angelus, vbi dicunt, quòd
nullus possit apodiare, vel aliquod opus facere
ad muros, & si fecit, debet puniri. vt ibi. quod
dicit Angelus facere contra rusticos, qui apo-
diant porofelos, & ligna ad muros castrorum,
quia factum debet destrui. Quod intelligit Io-
hā. Faber. & dicit esse verum, si opus noceat vsui
publico, aliàs non diruitur, sed imponitur sala-
rium, & hoc nisi esset ædificare prohibitus. cir-
ca quod vide quæ posui in. c. 17. suprà. eod. in
glossa, y las salidas del lugar, in fine. Et non so-
lum circa mœnia non est ædificandum, imò pa-
latium imperatoris non est priuatorum parieti-
bus coarctandum. l. quicunque. C. de operis
publicis. & glo. in. cap. nulla. 12. quęstione prima.
¶ Adde

6 ¶ Adde tamen, quod licitum † est ciuitati sibi muros construere sumptu suo sine principis authoritate, dummodo non ad emulationem, sed nô sumptu publico ipsius principis. tenet Iohâ. de Plate. in dicta. l. hac prouidentissima. C. de quibus munerib. seu presta. nemi. liceat se excusare. libro decimo.

den b orden como se reparen con to-

Summarium.

1 MVrorum refectio hodie permittitur sine licentia regis.

2 Reparatio murorum, cuius expensis fieri debet.

3 A reparatione murorum nemo excusatur, nec à reparatione pontium, & aquæductuum publicorum, nec rex, ned alius dominus ciuitatis & villæ.

4 Ecclesia tenetur ad constitutionem, & reparationem murorum, pontium, & viarum, riparum, & publicorum fluminum, & ad alia, vt hîc.

5 An Romanus pontifex debeat audiri ad hoc, vt ecclesiæ, & clerici contribuant in refectione murorum, pontium, & similium, numero, 6.

7 An episcopus potest compellere clericos, vt in reparatione murorum, viarum, & pontium, & similium contribuant. nu. 10.

8 Clerici denegantes contribuere in reparatione murorum, & similium, peccant.

9 Laicus denegans fideiubere pro proximo, peccat.

11 Si episcopus nollet iubere clericis, vt in reparatione murorum, pontium & similium contribuant, an rex potest iubere.

12 An antea quam iudex laicus extrahat aliquem delinquentem ab ecclesia, debeat episcopum requirere.

b Den b orden. Per istum tex. permit-
1 titur hodie † reficere mœnia, vel muros ciuitatis, sine licentia principis, cuius contrarium erat de iure communi. vt in. l. sacra. §. muros. ff. de rerum diuisione quia facere, nec reficere poterant sine dicta licentia, secundum glos. ibi. attamen Iohâ. Fab. in. §. sanctæ. In stitu. de rerum diuisione tenet quòd licet non possint reficere, tamen fortè emendare, vel sarcire licet. vt in. l. prima. in fine. ff. ne quid in loco publi. & est bonus tex. in. l. 2. §. si quis nemine. ff. eod. & in. l. fi. vel cum causa legitima possunt reficere sine licentia. ff. de locis publi. fruē. l. fi. & sic quòd text. in dicto. §. muros non habet locum quando est causa legitima reficiendi. ¶ Quod intelligit Ang. ibi. in dicto. § sanctæ. quando alia loca publica reficiuntur, quia tunc possunt refici, secus in muris ciuitatis, quia non possunt refici. Et ita intelligantur iura allegata per Iohâ. Fabr. Sed iam hodie per istum text. refectio permittitur murorum, in quantum dicit. den orden como se reparen. & sic vtitur. & idem tenet text. in. l. 20. tit. 32. partita. 3. vbi singulariter. & Lucas de Pen. in l. hac prouidêtissima. C. quibus muneri. vel præsta. lib. 10. 3. col. dicit, quod homines alicuius ciuitatis, vel municipii eorum sumptu, sine permissione principis, mœnia publica de nouo ædificare possunt, dum non sit ad emulationê, quantò magis refectio, seu reparatio fieri potest sine licêtia principis authoritate præsidis, vt in. l. intra. C. de operis publicis. & in. l. omnes. Est ergo in his officium præsidis oportunû, quia huiusmodi opera fieri faciat diligêter secundû Lucâ de Pen. vbi
2 suprà. ¶ Sed vtile est scire cuius expensis † ista reparatio murorû fieri debeat. vi. text. in. d. l. 20. titulo. 32. parti. 3. vbi tenet, quod refectio, & conseruatio murorum, aquæductorum, fortalitiorum, & pôtsum ad regem pertinet principaliter, sed si ciuitas, aut villa aliquod istorum sit factura, reditus eius ad hoc deputati prius sunt expediendi, quibus non sufficientibus, collecta per habitatores soluitur, à qua nemo excusatur, etiã si sint clerici. vt infra dicitur. Et vide tu Guido Pap. in singulari. 379. & singulari. 564. §. ad incolas. vbi tenent, quod ad incolas pertinet reficere muros castri, vel villæ eorum expensis pro viribus singulorû. l. omnes prouinciarû rectores. C. de operis publicis. licet habitent extramuros, dûmodo habitêt infra territoriû, vel mandamentû talis castri. vt Iohâ. And. in additione ad Specul. in tit. de cêsibus. §. nûc dicendû ibi erat alia quæstio de castro, vel villa, sed intellige vt infra si ciuitas, vel villa non habet reditus. & vide Guido. consilio primo. num. 7. vbi idem tenet. ¶ Quæ collecta pro reparatione ista murorum debet imponi non per capita. vt tenet Specul. in. tit. de censi. §. nunc videndû. versi. item pone. sed per solidû: et libram, vt Bald. in. l. etiam. C. de executi rei iudi. vbi dicit, quòd collecta imponenda est per res, & libram, non solum si imponatur pro necessitate

necessitate publica, vt causa soluendi æs alienũ iam contractum, sed si imponeretur pro vtilitate publica. tenet Petrus de Vbaldis in tracta. de collectis. in fine. tomo. 6. tracta. folio. 75. ℣ Montaluus in suo reper. glo. ordi. regali. in parte, muri. Dicit idem quid de iure, si ciuitas, vel villa habet reditus, de illis est facienda refectio murorum, per. l. splendidissimè. C. de operis publi. & facit tex. in. c. 33. infra eod. & quæ ibi dicam. & in. cap. 30. in glo. iusta. ℣ Si autem non habet reditus, debet fieri ex communi collecta incolarum, propter res quas habet. vt in. l. omnes. eod. titu. & tex. in. l. 6. titulo. 7. libro. 4. in ordi. rega. & melius in. d. l. 20. titu. 32. parti. 3. & Iohan. de Pla. in. d. l. si per viciniã. C. de immunitate nem. cõce. lib. 10. ℣ Quod est verum, vbi est magna refectio, secus si est modica, quia tunc est reficienda per illos, qui ibi sunt, vel habitãt ibi, domos, vel terras. s. per illos qui habẽt vsum muri, & gaudent vsu muri. vt in. l. turres. C. de ope. publi. ad instar vsufructuarij. l. hactenus. ff. de vsufru. notat Bar. in. l. sacra. §. muros. ff. de rerum diuisi. & Montal. vbi suprà. & Plat. in. d. l. per viciniam. Et sic intelligitur quod tenet Plat. in. l. in omnibus. C. de cursu. publi. lib. 12. vbi tenet, ꝙ turres, & muri constructi in antiportibus ciuitatum, debent manu teneri, & refici per eos, super quorũ turres constituti sunt si eis vti vt habeat locum, si refectio est modica, vt dictum est. & vide. d. Petrum de Vbal. in. d. tracta. de colle. nu. 39. tomo. 6. tracta. folio. 75. vbi idem tenet. ℣ Adde tamen, ꝙ in ista refectiõe murorum, cauarum, seu ambitus ciuitatis, vel loci, debẽt soluere omnes qui in dictis ciuitatibus, vel villis cõueniunt, & defenduntur, & comedentes herbas, seu pascua, licet sint de domino dominorum. tex. est singu. in. l. 18. & l. 19. vbi vide tit. 1. lib. 7. in ordi. regali.

3 ℣ A qua reparatione nullus † excusatur. vt in. l. fina. C. de quibus numeri. vel præsta. nemi. lice. se excusa. lib. 10. vbi ait, ꝙ ab onere constructionis viarum, & murorum, vel aliarum specierum comparationis frumenti, quæ commodè fuit visum præfecto, nullus excusatur quantæcunq; sit dignitatis. vt Bart. & Plat. ibi. & facit quod notatur in. l. ad instructionem. C. de sacro sanct. eccl. & in. l. absit. C. de priuilegijs domi augustę. lib. 11. & d. l. 20. titu. 32. parti. 3. & etiam si rex, seu comes, vel Baro, seu alius dominus habet in aliqua ciuitate bona demanalia, seu molendina, agros, & similia, tenetur tàm ipse, quàm possessores eorum qui tenent in feudum forsan ab eo debent contribuere cum aliis hominibus ciuitatis in cõstitutione, & reparatione huiusmodi murorum operibus, & aliis similibus fontium, & pontiũ, & viarum, vt tenet Lucas de Pẽna. per tex. ibi in d. l. hac prouidentissima. C. de quibus muneri. vel præstatio. nemi. lice. lib. 10. col. 7. versi. 18. & versi. 19. quæritur. vbi quoq; dicit, ꝙ etiam dominus nauis confert in ęstimatione iacturæ pro valore ipsius nauis. vt in. l. 2. §. in eadem. ff. ad legem Rhodi. de iactu. Est non solum si isti barones, & domini habeant possessiones tenentur contribuere in refectione, verumetiam si habẽt domicilium in illo castro, vel villa. per. d. l. omnes prouinciarum rectores. C. de operi. publ. & tenet Nicola. Boër. in tracta. de custodia claui. nume. 47. tomo. 5. tracta. folio. 272. & idem tenet Petrus Antiboli. in tracta. de muneri. in. 3. parti. §. 4. nume. 39. tomo. 6. tracta. fol. 39. ℣ Quinimò in omnibus collectis tenentur domini castrorum, seu villarum contribuere, sicut alij populares, si ibi possident prædia, & non excusantur ab ista contributione, ex quo non habet specialem excusationem à principe, nec à lege. vt tenet, d. Pet. Antiboli. in. d. 3. parte. §. 4. numer. 95. licet dicat, ꝙ consuetudo de facto excusat ipsos, sed de iure talis abusus nõ debet eos excusare. ℣ Et idem dic de portibus, & aquęductibus publicis reparandis, cùm sit eadem ratio, quę est in murorum, pontium, & viarum reparatione. vt in. l. ad portus. C. de oper. publi. & in. d. l. ad instructionem. secundùm Plat. in. d. l. hac prouidẽtissima. ℣ Ad quam reparationem, & cõstitutionem necessariam murorum, pontium, & viarũ, & riparum publicorum fluminum, secundùm

4 Iohã. de Pla. ibi tenetur † ecclesia, nec appellatur sordidum munus. est tex. in. d. l. 20. titulo. 32. part. 3. & est mirabilis tex. & tex. singula. in. l. 1. titu. 3. lib. 1. in ordi. regali. & in. l. 54. & in. l. 52. ti. 6. part. 1. & vide Mõtal. in. l. 1. tit. 5. for. ll. lib. 1. in glo. magna. idem tenet Iohan. de Plat. quem vide in. l. diuina domus. C. de exacto. tribu. lib. 10. nume. 4. & ibi Lucas de Pẽna. 2. col. in fine. vbi tenet, ꝙ ecclesia non est immunis ab his muneribus in quibus est pietas, vel publica vtilitas versatur, putà, in viis, & itineribus extruendis, ac de nouo faciendis, pontibus, fontibus, & similibus. per. d. l. ad instructiones. Item nec à portibus aquæductibus, & muris ciuitatis instaurandis. Item in fossatis, portis ciuitatis de nouo instruendis, ac reædificandis: quia in his publica vtilitas versatur. Quinimò etiam ad excubias, vigilias, & custodias ciuitatis, q̃d est munus personale, & ad hoc sunt compellendi. secundũ Iohan. de Plat. & Lucas de Pen. in dictis locis. Et vi. Plat. in. l. 1. C. de locatione fundorum patrimonialium

monialiũ.lib.11.vbi tenet,ꝙ licet quis habeat priuilegium immunitatis à publicis muneribus,tenebitur tamẽ ad constitutionẽ pontium, viarũ, sicut tenetur ecclesia,licet sit priuilegiata. Nisi etiam ab eis specialiter cõceditur immunitas. vt ibi.& in.l.placet.C. de sacrosan.eccl.& per alia iura,vt ibi per eum.& tex. & ibi quoq; Iohã. de Plat.in.d.l.absit.C.de priuilegiis domus Augustæ.lib.11.& quoq; tenentur ad ista ordinaria senatores. Sed ad alia extraordinaria,nec ad publica alia officia extruenda iussu iudicis vel magistratus non tenentur,tenet text. & Plat.ibi in. l. quoniam.C.de digni.lib.12. ¶ Et facit quod tenet Hippolytus de Marsi.in sua practi.crimi.§. aggredior.nu.63.vbi ait,ꝙ iura prohibentia imponi opus collectæ clericis, non extenduntur ad casum,in quo est necessitas propter publicã vtilitatem,quæ tueri nõ potest sine subsidio clericorum:quia tũc licitè imponi potest tale onus. ¶ Quod extende,ꝙ non solùm ad supradicta tenentur, verumetiam in refectione pontis,vel putei necessarij ad vsum hominum villæ. vt tenet Bal.in. d,l,ad instructionem.& Specu.in tit. de censi.§.nunc dicendum. versi.Item pone quædã vicinia. ¶ Si autem non sit necessitas, sed fiunt prædicta adornatum, vel prout est munus personale,vt esset superstes ad prædicta fieri facienda,tũc cẽsentur munera publica sordida, adq; ecclesia non tenetur.vt in dicta. l. placet. C. de sacro sanct.ecclesie.& ita debet intelligi & saluari glo.in.d.l.hac prouidentissima.secundùm Plat. & ita quoq; intelligit Bald.in.d.l.ad instructionem.vbi glo.est contraria,scilicet,ꝙ ad muros ciuitatis ecclesia non tenẽtur.alia in.l.maximarũ. C.de excusa.mu.lib.10.alia in.§.noueris. 16.q. 1. quas intellige,quando muri fiunt adornatum ciuitatis.tunc non tenetur conferre.Sed si fiunt ad necessitatem,putà propter bellum, vel suspicionẽ belli,tunc ecclesia tenetur contribuere. ¶ Sed quando imminet necessitas.dicit Abb.in consilio.3.in.1.volu.vbi hanc.q.examinat,ꝙ ecclesia nec monasterium ad hoc non tenetur,nisi seruaretur dispositio. capitul.aduersus. de immunit.
5 ecclesiæ,scilicet † Romano põtifice. prius consulto,& sic dicit fuisse obseruatum. Et licet esset necessitas vrgentissima,debet obseruari text.in dicto capitulo aduersus.& capitulo non minus. cum nullum subsit periculum in consulendo Romanum pontificem. & Idem tenet Montaluus in glo.ordi.in parte,clerici exempti.colum. quinta. ¶ Quod non habet locum in terris temporalibus ecclesiæ subiectis:quia potest fieri eo non consulto.vt tenet Abb.in dicto consilio. intelligendo tex.in dicto capitulo prouenit.de immunita.ecclesie.& tex.in.d.l.52.titulo sexto. parti. prima.vbi in ciuitatibus,villis, vel castris, quæ sunt in dominio papæ,vel ecclesiæ compelluntur clerici sicut alij ciues, & sic loquitur text. in dicto capitulo peruenit. secundùm Montaluũ. in.d.l. parte. ¶ Et ꝙ ecclesia ad ista munera teneatur.tenet Lucas de Penna.in.d.l.cùm ad fœlicissimam. C.quibus mu.vel præsta. nem.lice. prima columna. versicu. sed an hodie teneatur ecclesia subire munera.vbi concludit matura circũspectione omnibus digestis,ꝙ clerici,& ecclesiæ sunt ad talia onera subeũda huiusmodi rationabiliter debitores sine eo, ꝙ papa consulatur: quia satis & iustum est,vt clerici ex rebus ecclesiarum, & clericorum subsidium habeant, qui de ipsorum custodia, & saluatione studium gerunt.capitulo d elapsis. decimasexta quæstione sexta.& hoc est de iure naturæ. l. secundum naturam.ff.de regulis iuris. ¶ Item quia ipso iure canonico statuitur clericos in his, quæ bonum commune respiciunt,huiusmodi onera debere subire,vt in custodia ciuitatis. vt patet in dicto copitulo peruenit. qui non solùm loquitur,vt glo.ibi intelligit in hominibus, & vasalis ecclesiarum,sed in omnibus:quia omnes gẽneraliter compelluntur,quatenus cunctis vigilantibus melius valeat ciuitas custodiri, quæ verba etiam clericos apertè includunt secundùm Lucam de Penna. vbi suprà. Nam aliàs videretur lex ibi imposita super claro, & facili, cùm debeat super dificili obscuro bonoq́ue fieri.l. quod labeo. ff. de carbonl. edicto. ¶ Et quia esset contra æquitatem,iustitiam, & honestatem, si ecclesię consequerentur emolumenta bonorum suorum, & onera, quæ ipsa bona contingebant priusquàm ad ecclesiam deuenirent reliqui laici,fortè pauci sustinere cogantur.argu.l.non tamen.ff.de decurio. In his quidem, & similibus non tàm attenditur iustitia, quàm honestas.capitulo porrò.35.quæstione.3. ¶ Quinimo statuitur expressè onera, quæ respiciunt bonum publicum tanquam pias ecclesias debere subire.vt in.d.l.ad fœlicissimã. & in §.ad hæc.in authentica de ecclesi.titulo.collatio. nona. ¶ Quod quidem veteris testamenti exempli & authoritate iuuatur. secundo Esdrę. capit. 3. in principio surrexit Elisaph sacerdos magnus,& fratres eius,& ędificauerunt porta gregis. ¶ Et quia non rectores,nec consules, nec cõmunitates hęc onera imponunt ecclesiis, & eorum rebus,sed leges per Romanos principes diuinitus promulgatę.capitulo nemo.16.quęst. 3

si ergo

si ergo diuinitus, pater apertius, ꝙ ecclesia, quæ Dei est, eas implere tenetur. vt in.c. dominus. 56. distin. in fin. ☞ Nec obstat.d.c. aduersus. vbi clerici aliquid soluere nequeant, nisi prius Romanus pontifex cõsulatur. vt dictum est. Quia tũc
2 tantum, ꝙ si iudex † fuit negligẽs in exigẽdo cõdẽnationes, & alia debita communis, tenetur. vt in. l. 1. C. de muri le. libro. 11. & in. l. fina. C. de in possess. legator. maximè si negligentia ipsius iudicis ciuitatis debitores facti sunt non soluendo: quia isto casu debet tantumdem de suo salario retineri: poterit tamen ab his, pro quibus soluit repetere. vt tenet Amo. de. Iusti. in tracta. syndicatus. in parte, an & quando officiales teneantur de negligentia. versi. Item tenetur. & idem probat iste tex. ¶ Et ꝙ sententia, quę
3 profertur † per iudicem super computatione in continenti mandetur executioni, nec contra eã admittitur appellatio, nisi prius facta solutione, est tex. in authen. de sanctissi. episcop. §. œconomis. colla. 9. in parte repetionem. Speculat. in titu. de appella. §. 2. versi. tertio. & tenet Ang. in. d. §. œconomis. in fin. est tex. in. l. 5. titu. de las excepciões. lib. 3. in ordina. regali. facit tex. in. l. 64. de Toro. & doctor del Castillo. i. l. 27. de Toro. in tractat. de ratione reddenda. in fine. & est text. in. d. l. instat. C. de iur. fisci. lib. 10. ¶ Et facit tex. in. l. 45. in pragmati. de Madrid. folio. 41. in lib. pragmaticarum, vbi ait, ꝙ si
4 cut sentẽtia † arbitraria mãdatur executioni, ita transactio facta inter partes coram tabelliõe publico, præstita tamen cautione. vt ibi. & facit istę tex. vt dixi. Executados los alcances. ¶ Sed quan
5 do calculatio, seu computatio † non est facta ꝑ iudicem, sed per quosdam alios cõputatores à partibus nominatos, tunc talis calculatio nõ potest mandari executioni, nisi ꝑ iudicẽ confirmetur. ꝑ d. l. instat. quæ lex secundũ doct. del Casti. vbi suprà in. 4. q. principali. in fin. facit multùm cõtra calculatores, & taxatores domorũ, & aliarũ rerũ. q. ꝓfferunt ꝑ sententiã taxationẽ suã, & aliq iudices imperiti iubẽt illã sententiã exequi: qa executio est nulla, ex quo sententia nulla fuit ex deffectu potestatis taxatorum, & calculatorũ. qđ pluries in facto dicit habuisse, & obtinuisse ꝑ. d. l. instat. iuncta glo. & Bar. ibi. ¶ Tñ dicit, ꝙ si calculatores sunt positi, et noiati ꝑ iudicẽ, vt calculẽtur, vel cõputentur, sua cõputatio facit plenã fidẽ, & executiõi mãdabitur. ꝑ. l. 2. C. de vsufru. leg. & tenet Mõtal. i. l. 2. ti. 7. lib. 3. fo. ll. in gl. De les cuẽta.

Prætorũ Cap. 30.

OTrosi, q̃ ʃepa, si son tomadas. y fenecidas las cuẽtas de las rentas de los proprios, y repartimientos, y contribuciones, & impusiciones de los años passados, y de las q̃ fuerõ fenescidas, faga pagar [a] los alcances, y las que no fueren tomadas, y fe-

Summarium.

1 REuisores rationum communis possunt pronuntiare officialem prætentum esse debitorem communis, eo absente.

2 Calculi rationum sunt reuidendi ad petitonem vnius partis, & iudex tenetur dare arbitrum calculatorem. Et talis rationis redditio syndicorum, & aliorum administratorum publicorum fit in publico, & generali concilio.

3 An ratio iterum sit reddenda, si apparet in computum erratum.

4 Qui aliena negotia gesserunt, possunt petere calculationem, & reuisionem rationis, vt absoluantur ab administratione, ne semper stent in suspenso.

5 An bona administratoris sint pignorata, & obligata pro administratione.

6 Bona, quæ adquisiuit administrator, an præsumantur adquisita ex administratione, ita q à domino repetantur.

b Y acaben de tomar. b Ante oia debet rationem istorum bonorum accipere, seu exigere. vt in. l. 9. titu. 19. parti. 3. in fine. vbi ait, q apochæ expensarum ciuitatis sunt in vno regno ponendæ, vt petenti Regi, earum ratio reddatur, & si per Regem in prouisionibus officiorum iubetur eas accipere. Et quoq; debent reuidere calculationes si sunt factæ, & si opus fuerit nominan-
1 do reuisores, qui reuisores † rationum cōmunis
possunt pronuntiare officialem præteritum esse
debitorem communis eo absente. vt tenet Barto.
in. l. non vtiq;. §. q de frumentaria. ff. de adminis.
rerum ad ciui. parti. & Abb. in consilio. 68. num.
4. in. 2. volum. consiliorum. Idem Abb. in. c. ad
2 nostram. de iure iurā. nu. 4. ¶ Et q calculi † ratio
num sunt reuidendi ad petitionem vnius partis,
& iudex tenetur dare arbitrum calculatorem, &
rationū reuisorē, qui vocantur rationerij; tenet
ad literā Ang. in. l. procura. §. tributio. ff. tributoria qui legit eum iuncta lege. 1. Et in ista redditione rationis receptorum, & datorū à publico administratore, debent omnes vocari, & debet fieri in aperto, & non in secreto: & ideò in pluribus locis rationes syndicorum, & aliorum administratorum publicorum redduntur in publico, & generali concilio. vt tenet Iohan. de Plat. in. l. securitates. C. de susceptori. & Archid. lib. 10. ¶ Et
3 si semel est reddita ratio, † si apparet fuisse erratum in computatione, an debeat iterum fieri cōputatio? Dic q sic, etiam si sæpe sit erratum: quia calculatio non nocet, etiam si stipulatio interuenerit. vt doctor de Castillo in suo tracta. de ratione reddēda. 10. q. situato. in l. 27. de Toro. per tex. in. l. vnica. C. de erro. calcu. & ibi Bal. ¶ Sed contrarium tenet text. in. l. 18. titulo. 22. parti. 3. vbi ait. q error calculi à partibus prouenies,

necidas las tomen, y acaben de tomar no passando en cuēta, saluo lo de que

sententiam non rescindit: sed si in sentētia sit manifestus error calculi, non valebit sententia in quantitate, in quo est error, in aliis autem bene tenet. ¶ Attamen alia lex. parti. totum contrariū tenet in. l. 30. titu. 11. parti. 5. vbi dicit, q licet administrator reipublicæ, vel alterius personæ habeat apocham rationis semel redditæ, & instrumentum liberationis, vel quietationis, cum promissione vlterius de non petendo ratione, vel quicq̄, ab eo poterit conueniri, vt reddat rationē de his, quæ celauit tempore computationis, nec quo ad ista poterit se iuuare administrator de apocha, & liberatione, quin restituat ea cum damnis, & expensis. Et idem dicit esse in omnibus aliis obligatis rationem dare. & istam. l. tene. ¶ Quia dicta. l. 18. tit. 22. part. 3. supra allegata nō obstat: quia ibi loquitur. quando talis computatio est approbata per iudicem: quia tunc habet vim sententiæ, & talis computatio licet sit erronea, non potest retractari, aliàs si per iudicem nō approbatur, retractatur ratione erroris vsq; ad triginta annos. vt in. l. calculi. ff. de administra. rerum ad ciui. parti. Ita tenet Montal. in. l. 2. titu. 7. lib. 3. foro. ll. in gl. De les cuenta. & in. d. l. 30. tit. 11. parti. 5. Bal. & docto. in. d. l. 1. C. de erro. calculi. quem vide. ¶ Quoq; potest intelligi, q error calculi retractatur, si error fuit in magna quantitate, etiam si stipulatio interuenit: si autē fuit erratum in minima quantitate, calculus non viciatur, per. l. quamuis. & ibi doctor. ff. de conditio. & demonstra. tenet Bal. in. l. 1. C. si aduersus solutio. & in. l. pē. versi. Item pone aliud exemplum. C. de condi. insertis. ¶ Tamen licet sit erratum in magna quantitate, si fuisset facta trāsactio, vel sententia fuisset lata super eo, calculus non retractatur, vt Bal. & communiter docto. in. d. l. 1. C. de erro. calcul. & tenet Castill. in dicto tractat. q. 10. versicu. si verò. ¶ Quod intelligerem verum, nisi iudex in sententia reseruauerit vim, dolum, vel errorem, prout assolet fieri: quia tunc vsq; ad triginta

ginta annos, si constat de dolo, vel errore, potest computum retractari, licet per iudicem sit approbatum: qa dicta sententia, seu approbatio est lata sub illo modo, nisi cōstet de errore vel dolo, quæ sententia lata sub tali modo, valet: quia ille modus est rationabilis, & secundum naturā litis. vt est tex. & ibi Bald. in. l. cùm eorum. C. de sententn. & interlo. om. iudi. Et secundùm Bal. ibi. modus appositus in sententiam, obligationem inducit. ☞ Sed post lapsum. 30. annorū, licet sit in sententia reprobatum dolus, & error, non potest peti reuisio rationis. tenet Bar. in. l. 2. versi. & aliud. ff. de iure fisci. ☞ Nota tu in materia vnum dictū Paul. de Cast. mihi singula. in. l. vix certis. ff. de

se mostrare libramiento [c] librado de

4 iudiciis. vbi tenet, † q illi, qui gesserūt aliena negotia, possunt petere calculationem, & reuisionē rationis, vt absoluantur ab administratione, ne semper stent in suspenso, & post mortem hæredes molestentur, siue molestia afficiantur de ina la administratione, q dicit, q frequēter cōtingit, & est sanum cōsilium hoc facere, ne bona admi-
5 nistratoris sint semper pignorata, † & obligata, p administratiōe. vt tex. in. l. 6. ti. 19. for. ll. lib. 3. & in. l. ciuitas. & ibi docto. ff. si cert. peta. tex. in c. illud. 13. q. 2. l. si mater. C. quibus ex causis pig. no. taci. cōtraria. & l. vlti. ff. eod. ti. & facit tex. in l. 23. ti 13. parti. 5. & ibi Montal. in fi. ☞ Et an potest dici cōtra administratorē, † & cōtra suos hæredes, q bona, quæ habet, adquisiuit ex administratione vltra q est sibi datū, & q sibi volunt auferri. vide in. l. deffensionis facultas. C. de iure fisci. lib. 10. & p Bar. & Plat. ibi in § sanè. p Mōtal. in. l. 3. ti. 5. for. ll. lib. 1. p Philip. Dec. cōsi. 6. mirabiliter p And. Sicul. Barb in. c. inuestigandū. 2. col. de peculio cleri. p. 3. col. vbi ponit duos intellectus ad hanc. q. & quoq; per docto. del Cast. in d. l. 27. de Toro. in. d. tracta. in. 13. parte. vbi pro & contra examinat. p Bal. in l. cùm oportet in prin. 4. col. C. de bonis quę libe. versicu. quæro quid in administratore.

Summarium.

1 Receptores, administratores, & officiales publici, non possunt soluere, nisi de mandato iudicis, & rectorum.

2 Administrator, an potest soluere in parua quantitate sine iussu iudicis, vel domini, & an stetur iuramento suo.

3 Quando dicatur solutum esse in parua quantitate.

[c] Libramiento. [c] Nota text. q receptores, † & administratores, & officiales publici, q vocātur maiordomi, non tenentur soluere de pecuniis ciuitatis publicis, vel domini, nisi de mandato iudicis, & rectorū, qui populum representant. vt elegāter notatur in. l. 1. C. de cōtra. iudi. tenet Bal. in. l. etiam. C. de fide. commiss. numero secundo. facit text. in. l. præsens. C. de transac. tenet doct. del Castillo, in dicta. l. 27. de Toro. in dicto tractatu. 8. particu. versicu. & ideo benefaciunt. allegando quoq; text. in authentica de collatio. colla. 9. & singula. d. Bal. in rub. C. de cōst. pecu. versi. vnū enim. nu. 11. vbi dicit, q officialis publicus, nū pōt soluere vnū nummum ex æquitate sui capitis. arg. in. l. is cui. §. flauius. ff. de solutio. & notatur p Bar. in. l. 1. §. hęc verba. ff. ne vis fiat ei. Et ideò dat cōsilium doct. del Castill. administratoribus, ne aliter soluant, quàm de mādato domini, vel iudicis: qa si aliter soluunt, vel sumptus faciūt, forsam tenebūtur resarcire de suo. ☞ Sed

justicia & regidores con carta de pa

2 qñ impensa † est in parua quantitate, vel solutio debiti est facta p dictū administratorē, seu œconomum, vt si est facta minutè, credo q habeatur p data, & soluta, licet nō sit facta, nec soluta mandato domini, vel iudici, & in hoc creditur iuramento administratoris œconomi, seu receptoris, vt pbatur in. d. l. si. C. de alimē. pupil. pręstā. & p Bal. in. l. 1. si. col. versi. qualiter sumptus pbantur. C. de fruct. & litis expēs. & tenet. d. doct. del Castil. vbi suprà. Et hoc vult dicere iste tex. inquātū dicit, Lo q se ouiere gastado por menudo, se informe si se gasto. & cus. ☞ Sicut cōmittitur, e statur iuramēto hęredis de quātitate, & valore rerum mobiliū, & viliū. vt in. l. præsenti. §. sic vbi. C. de his q ad eccles. confug. ☞ Sic etiā statur iuramēto cōmissarij testamēti de paruis distributionibus, sed magnę debēt pbari p testes. de quo p Bar. in. l. diuus. ff. si cui plusquam. per. l. falci. leget. ☞ Item statur iuramēto tutoris de expensis paruis, secus in magnis. l. 1. §. de officio. & ibi Bar. ff. de tuteli. & ratio. distra. vt tenet Iohan. de Plat. in. l. 2. C. quā do & quib. quart. part. debea. libro decimo in fine. vbi quoq; dicit, q ibi est argumen. glo. q vxor suo iuramento tenetur patefacere bona hæredibus. vt ibi per eum de intellectu. Et q libro tutoris in paruis summis credatur, & probet, tenet Bartolus. in. l. ex sententia. ff. de testamentis. tutella. & Baldus in lege iudices. C. de fide instrumentorum. & tene

& tenet Bertachi.in tracta.gabell.in.4.parte,nu. 7.tomo.6.tracta.fol.57.& ibi quoq; in nu.8. dicit,ꝙ idem in libris executorũ testamẽti:qa probant in paruis summis. vt Bal.in.l,id qđ pauperibus.vlti.col.C.de episcopis & cleri.& plenius in rubr.C.de fide instru.& Spec. in tit. de instru. editione.§.13. versic. sed nunqd. & vide Cy.io.l.si quis ꝓ redẽptiõe.C.de dona. & ibi Bar.et Gnid.pap.singul. 489.&siog.545.§. vbi agitur. vbi loquũtur ĩ tutore.et Ang. ĩ.§.fi.Insti. de Atiliano tuto. nu.3.&.4. & Paris de Pu.in tract. syndica. in parte, officialis finito officio.nu.2.fo.224. & Bal.cõsi.69. in 5.volu.Abb.in.c. qualiter & quando.de accusa.el. 2. nu.2. & ibi Felin. col.4.& Bal.in.c.bonę.de electiõe.nu.14.⁋ Sed
3 qñ dicatur fuisse factũ,vel solutũ † in minima, vel magna quãtitate,vt credatur, & libro administratoris,seu œconomi? Dic ꝙ nõ põt dari certa regul.sed relinqtur arbitrio iudicis,inspecta ꝑsonarũ qualitate,& causæ,& bon⁹ iudex arbitratur hoc,& inspiciat an sit defferendũ iuramentũ administratori,vel nõ,vt doct.đl Castil. vbi suprà allegãdo Bal.in.d.l.id qđ pauperib⁹. fi. verbis.C.de epis.& cler.& in.l.captatorias.vers.modo circa hoc quęritur tertiò.C.de testamẽ. milit. ⁋ Sed cõsuetudo est in aliqbus ciuitatib⁹, & villis huius regni,ꝙ vsq; ad sex regalia, seu argẽtea in qualibet vice põt œconom⁹, seu maiordom⁹ illius ciuitatis soluere sine librameẽto, dũmodo soluat de mandato regimenti,seu concilij,in hoc iuramento creditur & statuitur.⁋ Vnum tamen nota,ꝙ licet de iure caueatur, ꝙ de expensis minimis stetur scripturæ tutoris,seu administratoris.vt supradictum est.& in.l.fi.§.licentia. C. de iure delibe.tamen si tutor,seu administrator scripsit tot minuta, quæ ascendebant ad maximam summã,,ꝙ nõ debet adhiberi fides. tenet Barba. singulariter in cõsi.15.in.2.volu.col.1. & Feli: in d.c.qualiter & quando.in.d.4.colum.

go, seyendo la tal librança justa:[d] y lo q̃ se gastare por menudo informese si se gasto verdaderamente, y si fue biẽ gastado, o si ouo algun fraude, y haga tornar lo que hallare mal gastado, y de pena alos que lo ouieren gastado como no deuẽ: de manera, que quando

Summarium.

1 In quibus causis bona ciuitatis debẽt expendi.
2 Deffensor ciuitatis fingitur vice tutoris.

se le tome la residẽcia, esten fenecidas
1 las cuentas, y executados[e] los alcãces, y todo lo que fuere mal gastado. Y haga q̃ los marauedis de las rentas de los proprios solamente se gastẽ en cosas de prouecho cõmun,[f] y no en interesses de los regidores, & de aque-

d Iusta. [d]Quia expenduntur in commoditate ipsius ciuitatis.vt in † deffensione terminorũ. vt in.l.5.tit. 3.lib 7.in ordin. regal. & in aliis legibus eins ti.⁋ Et in carcere,& domo publica facienda. vt in.c.18.suprà eod. & quæ ibi posui in glo.Hagã.⁋ Et in deffensione iurisdictionis,vt dixi in.c.3. in glos: En fauor de su jurisdiction.⁋ Et in reparandis muris, pontibus, & fontibus, & similib⁹. vt dixi.in.c.23. in glo.Den orden.& in.l.20.titu.32.part.3. & Pisa. in sua euria Pisana.in.c.24.p.d.l. Part.tenet, ꝙ đ iure istius regni oẽs redditus ciuitatis debẽt erogari in operib⁹ publicis, etiã si ad ea specialiter nõ sint deputati,& ad hoc est singu. scđm eũ. & vide tex.& ibi Plat.in.l.ad repar.C. de aquę du. lib.11.nu.1.& Mõtal.in.l.1.ti.5.lib.1.fo.ll.in gl.Siẽpre.col.2.vbi latè.& dicit idẽ dicẽdũ,vbi cõis vtilitas,seu necessitas ꝓspicitur.& vi.Rod.Sua.allegatio.15.col.3 ⁋ Et in soluẽdis salariis correctorũ iudicũ,& rectorũ.vt in.l.7.ti.16.lib.2.ĩ ord. reg: & in aliis similib⁹ reb⁹ ciuitati cõueniẽtib⁹,sicut tutor debet facere in boois pupilli: qa † deffen-
2 sor ciuitatis fingitur vice tutoris. vt in authẽ. de eccle.ti.ĩ fi.colla.9.in.l. orphanatrophos. C. de episc.&.cle.tenet Ioh.de Pla.in.l.rem publicã. C.de iure reipubli.lib.11.

e Executados [e]Nota.tex.ꝙ sentẽtia,q̃ ꝓfertur sup cõputatiõe in eo,qđ supest,mãdatur executiõi. vt ĩ.1.gl.isti⁹ c.dixi.Et sic est vnus casus, in quo fit executio. Alios posui suprà in.c.10.in glo.Por ningũos cõtractos,y obligaciones, vbi ad plenum.

⁋ Comun.[f] Vt dictũ est suprà in glo. Iusta.

Summarium

Summarium.

1 Ciuitas an potest facere gratiam, & remittere debitum ciuitatis.nu.2.

2 Tutor, seu curator, an potest bona minoris remittere.

3 Bona ciuitatis, an possunt alienari.

llos, a quiẽ quisierẽ hazer gracias,[g] ni de otras personas no deuidamẽte, ni se gastẽ en dadiuas, ni en ayuda de costa, ni presentes, ni dẽ a los porteros, y reposteros, & aposentadores, y otros officiales de nuestra corte cosa alguna, saluo lo cõtenido en las leyes[h] por nos ordenadas

g Gracias. Quia ciuitas, nec administratores reipublicæ non possunt fa-
1 cere gratiam, †nec remittere debitum ciuitatis. ꝑ Bar. & Paul. de Cast. in. l. Imperator. ff. de pactis. & in. l. præsens. C. de transa. vi. tex. & ibi docto. in. l. prohibere. §. planè. ff. quo vi, aut clam. Bar. & Paul. in. l. continuus. ff. de verbo. obliga. & ideo dicit Paris de Put. in tracta syndi. in parte. iuxta prædicta. nu. 3. folio. 197. ꝙ consiliarij non possunt facere gratiam pœnarum, scilicet, de pœnis statutorũ. & Bal. in. d. l. præsens. & tenet Curia Pisana. in lib. 2. capit. 20. quia exactio alitus pœnæ est debitum liquidum. Quinimo dicit glossa in. l. ambitiosa. ff. de decretis ab ordi. facien. ꝙ ab eo, vel eis, qui remiserunt, posset extorqueri. per l. 3. C. de anno. & tribut. lib. 10. & vi. ibi Plate. numero tertio. ¶ Et similiter exactor tributorum,
2 nec alius administrator, vt tutor, †curator, & syndicus ecclesiæ, vel vniuersitatis non possunt debitum liquidum remittere. vt tenet Ioh. de Plat. in. l. omnes pensitare. C. eo. tit. de annonis. & tribu. lib. 10. & in. l. vacuatis. C. de decurio. eod lib. nu. 5. & glo. ibi. & etiam si sit debitum odiosum, & vsurarium secundum Plat. in. d. l. omnes pensitare. Sed transigendo super debito non liquido bene potest. vt ibi per eum. ¶ Et vide. d. Platea in. d. l. vacuatis, vbi dicit, ꝙ sicut administrator minorum non potest remittere debitum liquidum. l. pactum curatoris. C. de pactis. ita nec ad-
3 ministratores †ciuitatis. per. d. l. præsens. & per d. l. ambitiosa. quam dicit Alexã. in cõsi. 43. in. 4. volu. nume. 9. intelligendam in decurionibus: quia tales decuriones non possunt remittere, seu donare res vniuersitatis, vel populi. vt ibi. Sed tota vniuersitas, vel populus, seu maior pars representans totam vniuersitatem bene potest donare secundum Barto. in dicta. l. ambitiosa per dictam l. prohibere. §. planè. & idem notat Bald. in capitulo primo. §. iniuria. de pace iuramento firmã. in vsi. feudo. & Bald. in dicta. l. præsens. numero nono. ¶ Vide quoq; Alexand. in dicto consilio numero vndecimo, vbi dicit, ꝙ dicta. l. continuus. ff. de verborum obligatione. quæ prohibet alienari res publicæ, vniuersitatis, est verum in rebus, quæ sunt deputatæ ad perpetuũ vsum publicum, vt platea, seu forum, theatrum; Sed ea vero, quæ sunt deputata ad redditum, bene possunt vẽdi. vt glo. in. d. l. sed & celsum. ff. de contrahend. empti. quæ dicit, ꝙ molendina reipublicæ, vẽdi, & alienari possunt. vide Bald. hoc declarantem in rubrica. C. de contrahend. emption. quæstione tertia. numero tertio. ¶ Sed in casu, in quo possunt vendi res ciuitatis, & alienari, debet fieri alienatio cum solennitatibus iuris, de quibus in. l. si quis hæreditatis. C. de vendend. rebus ciuitat. libro vndecimo. & glo. in. l. prima. C. de fide instrument. & iure hastæ fisca. lib. 10. & Platea. in. d. l. si quis hæreditatis. ¶ Quinimo dicit Angel. in. l. si is qui bona. ff. de pignori. in principio. ꝙ in alienatione rerum ciuitatis requiritur subhastatio, & aliæ solennitates, quæ requiruntur in alienatione rei ecclesiasticæ. vt in authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccle. ¶ Adde, ꝙ officiales debent interesse quando subhastatur respublica, aliàs non valet licitatio. tenet Bal. in. l. si prouincialium. C. noua vectiga. instituti non poss.

Summarium.

1 Ianitores, & metatores quas expensas à ciuitate percipere debent.

h Leyes. Vt in. l. 4. titulo vigesimo. libro secundo. in ordin. regali. vbi loquitur de istis expensis, quas isti ianitores debent percipere

percipere. & l.3.tit.21.eod lib.in eisdem ordina. vbi ponuntur expensę, quas istimet tutores per cipere debentex ciuitatibus, villis, & locis, enim l.4.&.5.&.6.&.l.10.eiusdem tit.quas per te vide.

Summarium.

1 NVntij non debent recipere præmium ab his, ad quos mittuntur ad lętitiam nuntiandam, aliàs recipientes, & dantes puniuntur.

2 Nuntij non debent esse pauperes.

3 Modicum prętium bene potest dari nuntiatoribus propter lætitiam principis nuntiandam. Et quando dicatur modicum. vide.nu.9.

4 Indicanti furem, & nuntiati occisorem domini, vel desertorem militię, potest dari pretium.

5 Pretium datur nuntianti, quando princeps mittit populo, vel personæ aliquam constitutionem, vel literam alicuius exemptionis.

6 Potestatibus an sit licitum dare aliquid nuntiis, dum sibi mittuntur literæ, & prouisiones officiorum.

7 Nuntij qui mittuntur per aliquos magnates, an possunt aliquid recipere.

8 Si sunt plures nuntiatores, an omnes sint gratificandi.

i Alegrias. i Similis tex.in.l.vnica. C.publi.lætitiæ lib. 12. vbi nuntij 1 † non debent recipere præmium ab his, ad quos mittuntur ad lętitiam nuntiandam, & triumphalia, & prospera gesta principis: aliàs recipientes puniũtur, vt ibi: & dantes, vt hic: quia nuntiatio principis debet esse castissima, non venalis. Nec 2 huiusmodi nuntii † debent esse pauperes & indiges.i.indigentes, sed diuites, qui nõ curent de huiusmodi bonis, & hoc ideò, ne turpi colludio quæratur ex miseris pretium gandiorum. vt ibi dicit tex. non enim cum alieno fletu ridendum est. vt in.c.petistis.de priuilegiis. secundùm Iohan.de Plat.in dicta.l.vnica. ℣ Quam.l.& istum tex.intellige in magno pretio. secus est in modi-3 co, † quia modicum pretium bene potest dari istis nuntiatoribus propter lætitiam principis nuntiandam, putà cùm nuntiatur populis, ꝙ bella cessant, & pax facta est, quia hoc debet esse gaudium, & lætitia in populo: quia bellum est perditio corporis & animæ, & homines ad paupertatem perducit, vt notat glo.in authen, de armis.in principio.colla.6.& in.l.prima.C.de offi.præfe.præto.Afri.iuxta principium & glo.in dicta.l. vnica. & facit illud poëticum. Bella nomen gentis delere laborant. Pacis autem tranquilitas, salus est populorum, & multum appetẽda, & à prelatis maxime est compulsio ad pacem faciendam, & seruandam adhibenda. vt in.c.studendum.90. dist.&.c. primo de tregua & pace. ℣ Item potest dari aliquod modicũ præmiũ, & sit gandiũ, & lętitiacũ nũtiatur victoria habita à principe cõtra hostes, & sic est tenendũ, ꝙ principis victoria, est populorum lætitia, ex qua victoria insurgit fastus.i.quędam superbia & extollentia potissimè, propter triumphum quod tribuitur obtinenti in pretio, vt glo.in dict.l. vnica in verbo fastus. ℣ Item datur, cùm princeps acquirit regalem dignitatem, vt quia efficitur rex Hierusalem, vel quia creatur Consul. Et sic est notandũ ꝙ imperator potest etiam alios nouos honores acquirere, non obstante ꝙ sit imperator, quia Iustinianus ter fuit cõsul, ideò dicitur Semper Augustus. vt in proœmio. fforum. in fine. secundũ Iohan.de Plat.in dicta.l.vnica. & ibi glo. in verbo regalium. ℣ Quoq; datur, cùm princeps mittit nuntium populis, ꝙ ibi tenebit publicam curiam per multos dies, & in publicum se omnibus exhibebit. ℣ Et ratio quare istud modicum nũtiatoribus statuitur est, ne omnino vacui cum indignatione recedant, sicut præbetur inuentori rei alienæ. vt in.l. falsus.§.qui alienum. ff.de 4 furtis. ℣ Et datur quoq; indicanti † furem: vt in l.4.§.si tibi ob indicium. ff.de cõdi.ob turp.cauf. Et seruo nuntiãti occisorem domini, vel desertorem militiæ donatur libertas. vt in.l. prima.&.l. fi.C.quibus causis serui.pro præmio liber.acci-5 pi. ℣ Item datur, quando princeps mittit † populo, vel personæ aliquam constitutionem, vel literam alicuius exemptionis, vel concessionis alicuius magni commodi, vel gratiæ. vt Plat. & Lucas de Pẽ.in dicta.l.vnica. ℣ Et per dictam.l. videtur appobari consuetudo illorum, qui dum 6 eliguntur † potestates ciuitatum, vel ad alios honores, vestium nũtiatores, seu electionem, vel prouisionem portantes: tamen non debent dare eis immoderatè, aliàs donans, & accipiens puniuntur. ℣ Patet etiam per dictam. l. ꝙ nuntij, 7 qui mittũtur † per aliquos magnates possunt accipere ab his, ad quos mittuntur, dummodo modicum. secundùm Plat. ibi. Et ex ea nota, ꝙ illud quod datur ambasiatoribus, acquiritur eis, nec tenetur

Y ansimismo no gasten los dichos proprios ẽ justas, ni en en alegrias[i], ni en

nentur illud reddere eis, qui eos miserũt. de quo per Bart. in. l. si verò. §. item quid. ff. solut. matri.
8 ¶ Sed quid si sunt plures nuntiatores, † an omnes sunt gratificandi? Dic ꝙ non, sed tantũmodo primum. secundùm Platea. ibi quasi in fi. ver sicul. cepit. vt sit potior eius conditio, quàm sequacium. l. si pluribus. ff. de lega. 1. in fin. & C. de comminũ. seruo. mag. l. prima. §. primo. &. §. sint autem. ¶ Sed quid si sunt plures nuntiatores qui in vno instante cum dicta lætitia venerunt? Dic ꝙ debet dari pauperiori istud modicum. vt probat glo. in. d. l. vnica. in verbo, numerariis. quod sequitur ibi Plat. nume. 2. ¶ Sed quando dicatur
9 modicum † istud præmiũ, quod dari potest istis nuntiatoribus? Dic ꝙ in hoc quantitas nõ est determinata, sed arbitrio iudicis relinquitur. secundùm Iohan. de Plat. in. d. l. vnica. nu. 2.

Summarium.

1 CONciliũ ciuitatis, an potest inuitare aliquẽ magnatem ad prandium.

k Ni comidas. [k] Intellige inter ipsos correctores, & prętores, nec inter alios: quia populi à conuiuiis quantum fieri potest prohibentur. vt est tex. in. c. nul
1 li episcopi. 42. distinct. ¶ Secus est, si concilium † ciuitatis inuitat ad prandium aliquem magnatem transeuntem: quia tunc bene possunt hoc facere expensis ciuitatis: & si ciuitas non habet bona vnde soluat, viciui rurium debent in hoc contribuere, licet ipsi nõ interueniant ad istum magnatem inuitandum. Secus si aliqui ex concilio per se, cõcilio non vocato illum inuitarent: quia tũc non soluetur conuiuium ex bonis ciuitatis, sed ex bonis illorum, qui illum inuitauerũt. text. est sing. in. l. 226. in. l. del styllo. licet eã nunq̃ vidi obseruare. & cõtra eã videtur tex. in. l. 3. ti. 13. lib. 6. in ordina. regal. vbi ait, ꝙ magnates nõ accipiãt vi prandiũ, quæ nõ obstat: qa loquitur quãdo vi accipiũt, & dicta lex stylli quãdo spõte offertur. Bene tamen vidi aliquãdo, ꝙ qñ senatores cõsilij regalij transitum faciũt p aliquã ciuitatem, cõcilium ciuitatis eis donat aliqua parua comestibilia. ¶ Et de prãdio Regis, qd in Hispania vocatur (yantar) vide in. d. tit. 13. lib. 6. in ordi. rega.

l Lo gastaren. [l] Sine licentia & iussu iudicis, & rectorum. et sine libramento eorum, teneatur ad ea, vt dixi in glo. Libramiento.

m O libraren. [m] Nota text. ꝙ illi, qui librant, vel iubent bona ciuitatis expendi, vt sunt isti correctores, & rectores, tenentur ad ea, si non sunt soluta expensa, & cõsumpta in vtilitatem ciuitatis, & non œconomi, vel maiordomi: qa illi œconomi soluunt, & expendunt mãdato correctoris, iudicis, & prętorũ, quib⁹ obedire tenentur. vt glo. in. c. 1. de matrimoni. contra. cõtra iuter dictũ ecclesię. & tex. in. l. 1. ti. 2. lib. 3. for. ll. & hic tenet innuit.

comidas, [k] ni beuidas, ni en otras cosas no necessarias al bien cõmun de la dicha ciudad, o villa, & si lo gastaren [l], o libraren [m] como no deuen, lo paguen de sus bienes.

Prætorũ. Cap. 31.

OTrosi, q̃ no consientan repartir [a] gallinas, ni perdizes, ni besugos, ni carneros, ni hachas, ni otras cosas semejantes entre la justicia, y regidores, y otros officiales del concejo, so pena q̃ tornẽ lo que lleuaren cõ las setenas: y ansi mismo lo tornẽ los dichos regidores cõ la misma pena, todo para la nuestra camara.

Prætorũ Cap. 32.

OTrosi, se pa de las rentas de los proprios como andan arrendadas,

Prætorũ ca. 30. finis.

Sequitur Caput. 31.

a Repartir. [a] Rectores non debent cõsentire cõtributionem facere ex contentis in isto. c. sub pœna hic posita. Et ratio potest esse: qa bona ciuitatis, nõ debent cõsumi, nec distribui in istis, sed in vtilitatẽ ciuitatis vt dictũ est in. c. suprà proxi.

Prętorũ. ca. 31. finis.

Sequitur Caput. 32.

a No se pierda. [a] Sicut dicitur de rebus pupillorum: quia respublica ęquiparatur pupillo. vt ĩ l. in rẽ publicã. C. de iure reipubli. libro duodecimo.

Summarium.

Summarium.

1 COnducere bona ꝓpria, seu reddit⁹ ciuitatis nō possunt prętores, algazelli, rectores, maiordomi, nec tabelliones, nec in eis partē habere, nec esse fideiussores. quod extende ad sacerdotes, & milites.

y aforadas, y ꝓcura sobre ello de manera q̄ no se pierda lo q̄ se podria auer dellas por negligēcia, y ꝑcialidad: y no cō sietā q̄ las arriēdē a ꝑsonas poderosas, ni officiales[b] del cōcejo por si, ni por interpuestas ꝑsonas: y fagā por manera q̄

b Officiales.[b] Idem tenet tex. in l. 3. ti. 17. lib. 3. for. ll. & simi. & magis amplius in l. 6. ti. 1. lib. 6. in ordina. & tex. in l. 7. & l. 8. tit. 3. lib. 7. in eisdem ordin. vbi in dictis legib⁹ habetur, ꝙ prętores, al
1 †gazelli, rectores maiordomi, seu tabelliones concilij per se, seu per alios non possunt arrendare, vel conducere redditus, seu propria bona concilij ciuitatis, nec redditus ecclesiasticos, vbi sunt officiales, nec in eis partē aliquā habere possunt, nec fideiussores esse possunt, nec securitatē præstare, pro his, qui dictos redditus, vel propria concilij arrendauerint, aliàs, ipso facto officia perdunt, & incidunt in alias pœnas, vt ibi. ¶ Quod extende hodie ad tabelliones numeri dictæ ciuitatis: qa quoq; isti tabelliones nō possunt cōducere istos redditus; & bona, nec gabellas. vt cauetur in quadam pragmatica facta p nostrū Carolum in villa de Madrid anno. 1528. in ordine. 77. Et per istam. l. nouā corrigitur tex. in l. 10. in d. tit. 3. lib. 7. in ordi. regali. vbi contrarium cauebatur. ¶ Et non solùm non possunt cōducere supradicta, verumetiam non possunt esse fideiussores conducentium, vt dictum est. & in l. curialis. C. locati. tenet idem Iohan. de Platea. in l. si quis procuratorem. C. de decurio. lib. 10. in princi. & Boerius decisi. 315. nu. 2. ¶ Quod dicit Plat. esse idem in sacerdotibus. vt in auth. de sanctissi. episcop. § alium. colla. 9. Facit pragmatica 15. in pragmaticis factis per nostrū Carolum in curiis de Madrid. anno. 1534. & glo. in c. qđ quibusdā. de fideiusso. & Plat. in. d. l. si qs ꝓcurationem. in princi. ¶ Idē dic in militib⁹, qa non possunt esse cōductores, nec in talia intēdere, nisi in rem suā, vel coniunctorū suorū in causa liberali. vt in. l. milites. C. loca. & in. l. militū. C. de ꝓcura. & tex. in. l. 2. ti. 8. Parti. 5. & tex. & ibi gl. & Plat. in. l. vnica. C. qbus ad conductionē prædiorū fiscalium nō licet accede. lib. 11. vbi singula. & glo. ibi dicit, ꝙ si cōduxerunt, & cōductores mortui fuerint, si eis hæredes extiterint dicti hæredes remanebūt in eadē cōductione. ¶ Et hoc, ne seruitium regis impediatur. vt ibi. Tñ si nō habēt domū propriā, ꝓ sui habitatione, cōducere possunt, sed domū reficiendā cōducere nō possunt: qa degenerat à militia secūdùm Bal. in. d. l. curialis. & in. d. l. milites. vbi quoq; tenet, ꝙ stabulū ꝓ equis suis bene possunt cōducere. Et ꝙ dixi, de sacerdotib⁹ intelligit Bal. & Saly. in. d. l. milites. in beneficiatis, q debēt vacare diuinis, non in simpliciter clerico qui non sit in sacerdotio.

Summarium.

1 REs plus offerenti datur. nu. 6.
2 Rectores de suo tenentur soluere ciuitati, si fuerunt negligentes in non exigendo cautionem à debitoribus, vel aliqd aliud amittēdo.
3 Rectores habentur ad instar tutorum & curatorum minorum.
4 Administratores minorem potestatem habēt in rebus publicis, quam administratores priuati in rebus priuatorum.
5 Eo ipso, ꝙ quis in termino bannimenti plus offert, remanet obligatus, & cogitur emere, & fiscus, & ciuitas tenetur vendere.
7 Per oblationem magni pretij receditur à licitatione, & primus licitator est exclusus à secundo plus offerente.
8 Vltimus emens res in subhastatione positā, liberat primum emptorem, si intra tēpora venit.
9 Valet lex, seu statutū, ꝙ ciuitates habeāt ius adiectiōis in suis vēditionibus, sicut habet fiscus.
10 In venditione rerum ciuitatis non habet locum adiectio offerētis meliorē cōditionē postquā venditio est perfecta. Ita etiam in locationib⁹.
11 Persona, quæ potest restitui, an potest impetrare restitutionem in integrum, vt maius tēpus in licitatione apponatur, & restitui, vt maius pretium posit offerri.
12 Respublica si læditur in iudicio, seu in cōtractu, subuenitur.
13 Respublica restituta vna vice, iterum in illo casu non restituitur.
14 Si nullus obtulit pretium in primo termino, bene potest res pluries banniri.
15 Primus emptor, vel locator admittitur ad offerēdū & licitādū cōtra secūdū, ne res ei auferatur.

Fructus

16 Fructus rerum, qui licitantur, cuius ſint.
17 Dum bona ciuitatis locâtur ſeu ſubhaſtâtur, poſ
ſunt dari auentagia, ideſt, prometidos.

c s De pujar.

c Et ſic res datur plus offerẽti † vt in tex. iſto. per quẽ text. hodie videtur eſſe ſublata diſtinctio Angel. in l. is qui bona. ff. de pigno. allegando

tengan libertad enteramente de pu-

Bar. i. l. licitatio. ff. de publica. vbi Ang. altercat, an ſi cogatur ciuitas facta ſubhaſtatione dare rẽ plus offerenti. Et dicit, ꝙ verba prȩconij ſunt cõſideranda: quia ſi dicunt, & plus offerenti dabitur, tunc cogitur. vbi autem eſſent verba ſimpliciter prolata, & nõ fuit appoſitum illud verbũ, plus offerẽti dabitur, ad hoc nõ ſe aſtringit. Quã diſtinctionem quoq; tenet Bar. in. l. ſi tempora. C. de fide inſtru. & iur. haſtȩ fiſca lib. 10. quia hodie licet non apponatur iſtud verbum, plus offerenti dabitur, cogitur dare plus offerenti. p illũ tex. aliàs ipſi rectores de ſuo tenerentur ſoluere ciuitati. vt in. l. diui patris. C. de loca. prȩdi. fiſca. lib. 11. tex. & ibi Iohan. de Platea. in. l. contra eos. C. de adminiſtra. reipub. lib. 11. nu. 1. dicens, ꝙ ad
a miniſtrator cogitur † reſarcire de ſuo, ſi reſpublica patiatur aliquod damnũ propter ſui negligentiam in non exigendo cautionem à debitoribus,
3 vel aliquid amittendo, & habetur † ad inſtar tutorum, & curatorum minorum. vt in. l. debitorib⁹. C. de adminiſtra. tuto. Facit qđ notatur in. l. ciuitas. ff. ſi cer. peta. & in. l. periculum. eod. ti. & in. l. fi. §. pẽ. ff. de adminiſtra. rerum ad ciuit. pertinẽ.
4 ❡ Quinimo ij adminiſtratores † minorem poteſtatem habẽt in rebus publicis, quã adminiſtratores priuati in rebus priuatorum, quas adminiſtrant. vt tenet Lucas de Penna. in rubrica. C. de adminiſtratione rerum public. libro vndecimo. per. l. 3. §. non tantùm. &. §. ſequenti. ff. quo vi aut clam. ❡ Et ratio quare tenentur dare plus of-
5 ferenti poteſt eſſe: quia eo ipſo, quod quis † in termino banniments offert plus, manet obligatus, & cogitur emere, & ſimiliter fiſcus, vel ciuitas tenetur ei vendere, vel locare, ſi alius non offert ei meliorem conditionem. & hoc licet plus offerens vadat notario ad hoc deputato, licet officialis non ſit præſens. vt dicebatur in dicta. l. licitatio. ff. de publica. ſecundùm Plat. in dicta. l. ſi tempora. nec vitiatur iſte contractus, propter interuallum inter præconium & obligationem conductoris, ſicut vitiatur ſtipulatio. vt in. l. prima. ff. de verborum obligatione. §. primo. quia iſti contractus, qui fiunt cum incerta perſona, vt eſt hic: quia contraho cum quocumq; primo offerente, ad hoc, vt ipſo offerente contractus perficiatur, vt eſt iactante miſsilia in vulgus, qui videtur donare primo occupanti, vt in l. qua ratione. §. finali. ff. de adquiren. rerum domi. ❡ Et vt eſt in incipiente

c jar, & arrendar las dichas rentas & im

tenere hoſpitium, qui obligatur recipere hoſpites incertos venientes. lege prima. ff. fur. aduer. nau. camp. ſtibula. & ſtatim perficiuntur, cùm ſit impletum ex parte incertæ perſonæ, vt non ſit locus pœnitentiæ ſecundùm Platea. in dicta l. ſi tempora. ❡ Bartolus tamen ibi dicit hoc in-
6 telligendum, ſi fiſco, vel ciuitati † expediebat dare plus offerenti: quia poſsit enim eſſe quo ad eius intereſſe dare minus offerẽti: quia offert faciliorem ſolutionem, vel quia magis idoneus eſt. vt in. l. quarta. in fine. ff. de in diem adiectio. & in. l. Sabinus. eodem. titulo. quia ad hoc vt dicatur plus offerri, requiritur, ꝙ ille, qui offert ſit idoneus ad ſoluendum. tenet text. & ibi Bal. in. l. & ſi proponebatur. ff. eodẽ. titulo. de in di. adie. & in. l. eum qui. §. melior autem. Sed dictum Barto. hodie non crederem verum: quia locatores rerũ ciuitatum debent accipere fideiuſſores idoneos de ſoluendo: & ſi conductores non dant dictos fideiuſſures, redditur res conducta ad primum conductorem, & illud, quod plus eſt offertum per poſteriorem licitatorem, per eum debet ſolui iuxta formam. l. 67. in quaterno gabellarum. & per. l. 64. in eodem quaterno. ❡ Et ſic tene, quod propter oblationem ma-
7 gni pretij † receditur à licitatione, & primus licitator eſt excluſus à ſecundo plus offerente. tenet doctor del Caſtillo in. l. 70. de Toro. in gl. En almoneda. allegando Bald. in quodam conſilio contra Bartolum in dicta. l. licitatio. ff. de publi. Tu vide Hippolyt. de Marſiliis. in. l. prima. §. ſi ſerui. quaſi. ff. de quæſtioni. numero vigeſimo. de quo oblitus eſt Caſtillo. vbi dictam opinionem tenet in materia, quòd vltima derogat prioribus. quod idem eſt in ſubhaſtationi-
8 bus: quia vltimus † emens rem in ſubhaſtatione poſitam liberat primum emptorem. vt ſingulariter conſuluit Baldus in dicto conſilio, qui incipit. quidã Titius de Arimino. vbi dicit, ꝙ quando vnus primus emit datium poſitum ad incantatũ, ſeu ad ſubhaſtationem, & poſtea alter vltimo loco illud merdatium emit in eodem in-

cantatu,seu in eadem subhastatione, si iste vltimo emens ausugit, quod primus est liberatus. allegat tria iura.& idem firmat Paul. de Castro. in dicta lege licitatio.in principio.vbi dicit ipse se recordari vidisse Bald.consulere pro hac parte in ciuitate Arimini,dum esset Papiæ & Cremens.in singula.40. incipiente.tu scis. sequitur Baldus in dicto consilio.de qua materia. vide Paridem de Puteo.in tractatu de syndica.in verbo. si fideiussor officialium.folio. 119.numero duodecimo. ¶ Quod ego intelligo, dummodo plus offerens veniat infra terminum subhastationis: quia tunc obligatur plus offerens. & excluditur primus,aliàs secus.vt tenet glossa. & ibi Bartolus in dicta lege.si tempora.& in.l.secunda.C. loca prædi.ciuili. libro vndecimo: & Iohannes de Platea ibi.& in lege tertia.C. de fundi. patrimonio.eodem libro.& in lege.eos. C. de diuersis prædio.vrbano.eodem libro.quia si est transactum tempus banuimenti, vel res est rematata, non auocatur res à primo emptore, vel conductore,& sic non habebit locum adiectio, vt alteri plus offerenti detur in rebus ciuitatis, nisi propriam habeant.vbi tenet Iohannes de Platea. in dicta lege secunda.C.de loca.prædi. ciuili. libro vndecim.per.l.Lucius.§.finali.ff.ad municipal. & per legem primam.C.de vendi.rerum ciui.eodem libro. vbi tenet Iohannes de Platea. quod

9 valet † lex,seu statutum,quod ciuitates habeant ius adiectionis in suis venditionibus, sicut habet fiscus.sed si tale statutum nõ est locatio per fecta,non reuocatur,licet alius meliorem conditionem offerat.vt in.l.2.C.eod.titu. de vendi.rerum ciuita. Et Plat.ibi dicit,quod sicut in venditio

10 ne † rerum ciuitatis non habet locũ adiectio offerentis meliorem conditionem,postq̃ venditio est perfecta, ita etiam in locationibus pfectis tẽporalibus,vel perpetuis, seu ad non modicũ tẽpus, nõ habet locum adiectio,in fisco autem dicit quod est differentia.vt ibi per eum, & sic quod post lapsum terminum,& præconium,non possit fieri præconium, multò fortius si est res rematata. ¶ Quoq; intelligerem,quod plus offerenti vendere non debet, nisi prius primo emptore requisito, & sic,quod vẽditor debet notificare emptori primo quomodo plus offertur,ad hoc,vt ille possit vnice relicitationem.tex.in.l.necesse.& in.l.licet.& ibi Bal.ff.de in diem adiectio. & est simile in.l. vlti.C.de iure emphite.&.l. si cum quibusdam. ff.de legat.secundo.& in.l.vnum.§.rogo.eodem titulo. ¶ Barto. tamen in.d.l.si tpa.dicit prædi-

11 cta vera,nisi esset † persona, quæ possit petere restitutionem in integrum, tunc enim possit impetrare restitutionẽ in integrum, vt maius tempus apponatur in licitatione.vt in.l. & si fine.§. quæsitum. ff. de mino. & etiam restituitur ipse minor,vt possit offerri maius pretium, postquã fuit in licitatione superatus.vt tenet Iohannes de Platea in dicta lege.si tempora.numero secundo in fine.per.l.si in emptione.ff.de mino. & idem tenet tex.in.l.quinta.titu.19. Parti.sexta. vbi ait, quod iuuatur minor aduersus licitationem rerum suarum, si plus in eius magnum commodum inueniat offerente. (Quod facit ad istas baxas)seu diminutiones delas carnicerias,y pescaderias,y panaderias.quia licet sit elapsum terminum banni,& sic rematata, si alius pretium diminuit,& sic baxa,admittitur diminutio,& iterum præconizatur, & diminuenti datur. vt tenet Bartolus in lege licitatio. numero quinto.ff. de publica.& vectiga.& Albericus de Ro.in.l.2.C. si in caus.iudica.& sic pluries feci, & fuit meus iussus in cancellaria confirmatus: quia est vtilitas reipublicæ,& minori æquiparatur.vt in lege rempublicam.C.de iure reipubli.libro vndecimo.& in capitulo ad audientiam.de in integ.restitu.glo.in.l.prima.§.quibus.ff.quod cuius vniuer.nomi.&tex.in lege decima.tit.decimonono

12 Parti. sexta. & siue sit læsa in iudicio, † siue in contractu succurritur. vt ibi. Et sicut minores sunt sub curatoribus,sic respublica sub administratoribus.vt dicit glo.in.l.respublica.C.ex quibus caus.maio.& casus in quibus respublica iuuatur vt pupillus, vide per additio. Iohannes de Platea.in.l.si secundum C.eodem titulo, de iure reipubli. ¶ Attamen respublica vna vice resti-

13 tuta † in supradictis, postea dum iterum licitatur,si sit elapsum bannum, vel sit iterum rematatum,non debet iterum restitui,licet sit alius, qui plus offerat,vel pretium diminuat.vt per totum titulum.C.vt sæpius in integr.resti.postul. ¶ Et sic nisi in dictis casibus, non potest pluries fieri bannimentum,elapso termino primi bannimenti: quia semel fieri debet. Quod dicit Iohannes de Platea. in dicta.l. si tempora. versiculo. Item quæro,esse verum, quando iam aliquis obtulit illi,cui est ius quæsitũ,infra tẽpus primi bãnimẽti:qa tũc faciẽdo secũdũ fieret præiudiciũ tertij, qđ fieri non debet. vt in.l.2.§.merito.&.§.si qs à

14 pncipio.ff.ne qs ĩ loco pub.fec⁹ si nullꝰ † obtulit in primo termino:qa tũc bene põt pluries bãniri scđm Pla.vbi suprà. ¶ Vbi quoq; tenet,quod prim⁹

15 emptor †, vel locator admittitur ad offerẽdũ, & licitandum contra secundũ,nec res ei auferatur.

l.lic et

l.licet.&.l.necessariè.ff.de in diem adiectio. habebit tamen rem ex secunda emptione, vel locatione, & non per primam, quæ ex secunda est extincta: quia cum res habeat ex nouo pretio, videtur noua emptio, vnde prima rescinditur, & fingitur non facta, & ideo fructus percepti medio tẽpore, scilicet, ante secundam licitationem, debẽt restitui fisco, & econuersò quod ipse impendit in rem, debet sibi restitui.l.item.ꝙ dictũ.§.si qs.& in.l.Imperator.ff.de in diem adiectio. ¶ Per-
16 cepti † tunc post secundam venditionẽ sunt emptoris: quia cùm fructus sint tunc pendentes, censentur pars rerum.vt in.l.fi.§.vt fructus.ff. de his qui in frau.creditur.& in.l.Iulianus.§.si fructib⁹.ff.de actio.empio. ¶ Adde in materia ista, ꝙ quãdo bona ciuitatis locantur, seu arrendantur, incãtantur, & subhastantur, poteruot rectores ciuitatis promissiones facere, per quas introitus habeatur.argu.l.cui iurisdictio.ff.de iur.om.iudi.&.c.præterea.de offi.delega.& accipere pecunias mutuò & dare auẽtagia (quæ in nostra Hispania, prometidos, vocaotur) publicanis, & conductorib⁹, vt melius datia incantententur.arg.l.1.§.non autem.ff.de exerci.&.l.item.§.1.ff.de in diem adiectio.prout tenet Francis.Luca.io tracta.de fisco.in.4.parte.nu.4.& nu.47.tomo.6.tracta.qđ nota &.l.49.in quater.gabella.cum aliis.

d Imposiciones. [d] Iustæ, & quæ possunt percipi.vt in.c.24.suprà eod.& ibi dixi.

e En las leyes. [e] Quæ sunt.l.6.&.l.7.ti.1.lib.6.in ordioa.regal.quas per te vide. Et quoq; vi.l.8.&.9.titu.3.lib.7.in eisdem ordinatio.

Prætorum Caput.32.finis.

Sequitur Caput.33.

Summarium.

1 OPera ciuitatis vetera sunt reficienda, antequam noua inchoanda.

2 Pecunia specialiter legata ad opus nouum, si ciuitas æget illa pecunia, poterit ad vetera recipienda erogari.

3 An ciuitas potest compellere subditos ad laborandum in publicis operibus.

a 1 Hazer [a] Potius opera † ciuitatis vetera suot reficiẽda, anteq̃ noua ĩchoãda, & in eis reficiẽdis pecuniã expẽdere nisi specialiter ad opus nouũ sit relictam. vt tenet Iohan.de Plat. in l.contra eos.C. de administra. reipublic.lib.11. versicu. Item nota. ¶ Vbi quoq; dicit, ꝙ licet sit specialiter
2 legata † ad opus nouum, si ciuitas eget illa pecunia, poterit etiam ad vetera reficienda erogari.vt in.l.decuriones.§.primo ff.de administra.rerum ad ciuitatẽ ptinenti.&.l.fi.ff.de operis & pub. ¶ Et per istũ tex.receditur à dispositione tex.in.l.intra.&.l.nemo.C.de operi.publi.de quibus per glo.in l.quoniam.C.de dignita.lib.12.vbi iudices nouũ op⁹ sua authoritate nõ possunt inchoare: sine principis licẽtia, sed antiqua reparare sic.quod hodie per istum tex.videtur permissum noua inchoare sine iussu principis, dum tamen fiant de consensu ciuita-
3 tis. ¶ Adde, ꝙ ciuitas † si egerit, potest compellere subditos ad laborandum in istis publicis operibus data competenti mercede.vt dixi suprà.in c.17.in glo. A razonables precios.nu.35. Et facit quòd tenet Plat.in.l.fi.C.de fabriter.lib.11.vbi tenet, ꝙ si cõmunitas indiget mittere arma, vel victualia ad campũ gentuũ armorũ, potestas potest

posiciones [d] que quisieren, sin temor alguno. Y esto mandamos que fagan cerca de las rentas, y proprios de los
2 cõcejo, y lugares, y aldeas de la tierra de su corregimiento. Y ansi mismo no consientan que los regidores, y otras pſonas cõtenidas en las leyes [e] de Toledo arrienden las alcaualas, y las otras rentas en las dichas leyes contenidas.

Prætor. Caput. 33.

OTrosi, q̃ las obras publicas q̃ se ouierẽ de hazer [a]

ſcribere literas vicariis, & magiſtratibus municipiorum, vt cogat ſubditos cõducere cum plauſtris, vel perſonis, prout expedit eis, & iſtis debet ſalarium de publico deputari, & ſolui, quia gratis non tenentur ſeruire reipublicæ, niſi ex hoc aliquã cõmoditatẽ, vel exẽptionem ceciperent. ⁋ Dic tamen, ꝙ ſi ciuitas ſeu villa debet facere aliquod opus, ꝙ nõ debẽt quia primo ſunt

a coſta [b] del concejo [c], o de las penas [d], o en otra [e] manera, que ſe fagan a

miſſi ad laborandum, ſtare cõtinuò, ſed debent ſubleuari per alios, & primi quieſcere, vt labor diſpertiatur inter eos. tenet Plat. in. l. placuit. C. de palati. ſacra. lib. 12.

b **A coſta.** [b] Cuius expenſis debent fieri iſta opera publica, & cuius ſollicitatione, & quomodo, vi. quæ latè dixi in. c. 23. ſuprà eod. in gl. Muros. verſi. ſed vtiliter. & in glo. fi. & vi. infra in glo. O en otra.

c **Del concejo.** [c] Nota tex. ꝙ opera publica ſumptu cõcilij ciuitatis deben t fieri. facit. l. ſplẽdiſſimè. C. de operi. publi. quod declara, & intellige prout dixi. ſuprà. in. c. 23. in dict. glo. Muros. verſi. ſed vtiliter.

Summarium.

1 POenæ arbitrariæ cõſummi poſſũt in operib⁹ publicis, & in defenſione iuriſdictionis.

d **O de las penas.** [d] S. arbitrariarum, quas 1 † pœnas arbitrarias, in qbus iudices condẽnant, expẽdunt in iſtis operibus publicis. vt in iſto tex. & in. c. 45. infra eod. ibi. Aun q̃ ſean applicadas a obras publicas. ⁋ Et in defenſione ſuæ iuriſdictionis contra delinquentes, aſſerentes ſe eſſe clericos, vel dicẽtes ſe debere gaudere immunitate eccleſiæ, qñ propter delictũ ab ea per dictos iudices extrahũtuc, vel in ſimilibus. De qua defenſione iuriſdictionis vi. quæ latè dixi ſuprà. in. c. 20. in glo. Vſurpan. & in aliis gloſſis eiuſdem. c. & latiſſimè in. c. 3. in gl. En fauor de ſu iuriſdiction in principio. & in fine.

Summarium.

1 Repetere poteſt iudex ꝙ expendit pro ciuitate etiam finito officio.

e **O en otra manera.** S. qñ ciues illius ciuitatis ſuo ſumptu opera iſta faciunt, vel in aliqua parte contribuunt in iſtis faciendis: quia vt aſſolet fieri dũ viæ publicæ ſternuntur lapidibus ſoluunt tertiam partem ratione ſuæ domus, alia tertia ſoluitur ex condemnationibus deputatis in operib⁹ publicis, vel ex condẽnationibus iuſtitiæ ſumptuũ, alia tertia pars ſoluitur ex bonis ꝓpriis ciuitatũ, & ſic vtitur. ⁋ Dic tamen, ꝙ † ſi iu-
1 dex de ſuo impẽdit in his operibus. poſſit recuperare ab ciuitate, licet ſit remotus ab officio, vel expirauit officiũ eius: quia licet quis remoueatur ab actu, non tamen perdit iura quæ quæſiuit medio tempore. vt tenet Bal. in. l. à tutella. ff. de contrari. tutel. actio. loquendo in rectoribus eccleſiarum qui de ſuo impenderunt, & ſunt remoti, ꝙ recuperant ab eccleſia, quod nota. & idẽ Bal. in. c. à crapula. de vita. & hone. cleri. num. 2. pee dictam. l. à tutella cemotus. idem tenet.

Summarium.

1 OPera ciuitatis debent fieri paruo pretio, & ad hoc officium iudicis pertinet, vt damnis ciuitatis occurrat.

2 Artifex, q ꝓmiſſit facere domũ, ſeu eccleſiá certo pretio, ſi in iſto ope fuit decept⁹, qa paruo ꝑtio ſe cõduxit, an ꝑtiũ iuſtũ ſibi reſtituatur.

3 Scienti, & ſcire debentí non ſit fraus nec dolus.

4 Doctor legũ minor viginti & qnq; annorũ, nõ põt petere reſtitutionẽ in integrũ aduerſus ea quæ omiſſit allegare, vel ꝓbare in cauſa ſua.

5 Locatio & venditio parib⁹ paſſibus ambulant.

6 Deceptus vltra dimidiã iuſtæ mercedis in cõtractu emptiõis, & in oĩb⁹ cõtractib⁹ bonæ fidei agit iuxta formã legis. 2. C. de reſcinde. vẽdi.

7 Opus ſi fuit taxatũ, & talis ſũma taxata nõ ſufficit, potero iubere ne fiat op⁹ et ſi facit, tenetur ceſtituere reſiduũ qđ nõ erat impẽſum, ne teneor ſoluere mercedẽ đ eo, qđ poſtea factũ ẽ.

8 Operis approbatio, & quantitas mercedis, an poteſt committi in arbitrium locatoris, vel conductoris, ſeu tertij.

9 Si op⁹ corruit, an artifex teneatur de vitio opis.

10 Si promiſſi facere opus infra certũ tempus ſub pœna, & iſtud non fuit poſſibile, quia ſaltem ſex menſes vltra requirebãtur, an illi ſex menſes debeant impleri.

11 Artificibus an debeat ſolui opere facto, vel antea.

12 Si locaui tibi domũ conſtruendã pro centũ infra annũ, cũ pacto, ꝙ ſi nõ cõſtrueres poſſim alteri locare, & ſi cõtingat me pl⁹ locare teneaxis ad illud plus, an teneatur ad exceſſum.

13 Promittens facere domum certæ formæ, ſi recedat ab opere, nil poteſt petere.

Promittens

14 Promittens facere domum,& si non facit obligauit se ad interesse,pro tali interesse non habet instrumentum executionem paratam.

15 Qui conduxit opus faciendum, potest alteri locare,si est pares peritiæ, vel si non fuit electa industria personę.

16 Solutio fienda stipendiariis,non est fienda per substitutum.

17 Ad opus publicum faciendum accipiens pecuniam,si in eo non expendit,cum triplo restituit eam.

f 1 A menos costa. Quia ad officiū iudicis † ptinet ciuitatum damnis occurrere.arg.in.c. cùm venissent,de institu.in fi.& tenet Specul.in ti.de offi. om.iudi.§.1.nu.1.& ideo debet,puidere suo posse,vt opera ista paruo pretio fiāt. Sed circa hoc quæritur de quæstione,quæ sæpe occurrit. Ali-
2 quis † artifex, seu magister in canteria promisit facere domum,ecclesiam,vel aliam rē certo pretio sibi dando,qui deceptus fuit in isto opere,qa paruo pretio se conduxit,& se obligauit ad domum constituendā,an restituatur, vt iustum pretium sibi detur.doct.del Casti.in.l.2.de Toro. in glo. De las dichas leyes.3.col.vers.ex quo dicto. dicit,ꝙ multotiens tenuit,ꝙ si approbatus in officio,vel si in eo fuit deceptus,nō restituitur in eo,vt est in artifice,q paruo pretio se conduxit, vel se obligauit cōstituere domū certo pretio:debuit enim suū officiū,qd gerit,& quo vtitur. & sic extenditur tex.in regula scienti.de reg.iur.in
3 6.qa non solùm † scienti,sed scire debēti non fit fraus,nec dolus. Et tenet.d.Castil.plus nō dicat, ꝓ eo facit glo.& ibi Plat.& doct.in.l. professio.
4 C.de muneri.patri.vbi ait,† ꝙ doctor legum minor.25.anno.nō pōt petere restitutionē in integrum aduersus ea,quæ omisit allegare, vel pbare in causa sua, licet alteri minori restitutio detur:qa pōt doctori allegari cōpetitio, seu desyderium suū,& ,pfessio sua inter se discrepāt,vt tex. ibi dicit,cùm debeat esse peritus,& instruct⁹ in arte causidica,ppter quā industriā,& peritiā denegatur restitutio. vt in.l.1.C.q et aduersus quos. & ibi Saly. Et facit qd tenet Ang.in.l.1.§.pueritia.ff.de postulan.vbi tenet,ꝙ doctor minor nō pōt petere restitutionē ex eo:qa est deceptus in iure.Nā dicendo se deceptū in iure,allegat se potius nō esse doctorē,imò potius ,legū dolorem. de quo vi. Anto.de Bardax.in sua solenni repetitio.l.ex diuerso.§.si in iudicio.ff. solut. matrim. 2.colū.& vide Guido pap.in decisione.88.nu. 4.allegando Saly.in.l.si ex legati causa. ff. de verbor.obligation.in sua repeti. Bal.in.l.rem maioris pretij.C.de rescindenda vendi. in sua repeti. & vi.Iaf.in.l.1.C. de iuri. & fact. igno. nume. 5. Sed cōtrariū,ꝙ restituatur, si est deceptus. vl-
5 tra dimidiam iusti pretij videtur: quia sicut † in venditiōe succurritur, ita in locatiōe: quia locatio, & venditio paribus passibus ambulāt. vt in. l.1.ff.locat.& est in

menos f costa, y a

l.si pactione.C.de vsuri.tenet Philip. Dec.consi. 583.i prin.Mōtal.in.l.5.ti.10.for.ll.lib. 3.in gl. La vendida.in princ.& in fi. Et facit qd tenet Bar. in.l.item si pretio.§.quemadmodū.ff. locati. vbi
6 tenet, † ꝙ si aliquis est deceptus vltra dimidiam iusti pretij,vel iustę mercedis,agitur secundum formam.l.2.C.de rescin.vendi.& d.l.5.fori. quæ non solùm habet locū in cōtractu emptionis,sed in omnib⁹ contractibus bonę fidei. Idē tenet Roma.in cōsi.422.in princi.& Mōtal. vbi suprà. & idem videtur tenere pragmatica facta p nostrum regem Carolū in curiis Segouię petitiōe.110. Et sic quotidie vidimus, ꝙ isti artifices sæpe petūt operare videri,vt sibi satisfiat si sunt decepti, sed ꝓ opinione cōtraria. Sed postea fuit facta lex in curiis Vallisoleti p nostrum Carolū.anno.1537. petitiōe.85.vbi in expresso cauetur, ꝙ isti non possunt allegare hāc deceptionē, nec super eā de
7 bēt audiri.quā vide,& nota. Facit,ꝙ si op⁹ † fuit taxatū,& postea talis summa,quæ fuit taxata,nō sufficit, potero inhibere ne fiat opus, pūtā,ego volebam ædificare domum,villā, vel fortalitiū, & mandaui tibi artifici,vt exsequeres quanto ascenderat expensa in ædificando vltra operas, & dixisti ad ducenta,de quibus tradidi centum, & de illis expendidisti quinquaginta in lapidib⁹, & postea comperiatur ꝙ necessaria sunt trecenta,ꝙ potero inhibere tibi,ne in opere procedas, & sit contrarium facias,teneris restituere residuū pretium, quod non erat impensum, nec teneor soluere tibi mercedem de eo, quod postea factum est: quia possum pœnitere, & desistere à contractu. propter mendacium.text.est. & ibi Bar. & Paulus de Castro. in. l. cùm in plures.§.
8 mandaui.ff.locati. Et si approbatio † operis potest committi in arbitrium locatoris,vel conductoris, vel tertij, & quantitas mercedis ante opus factum,vel postea, vide latè Paul. de Castro.in.l.si in lege.ff.locat. & doctor. in.l. si quis arbitratu.ff. de verborum obligatione. & tex. in l.16.titulo octauo. Parti.5. Vbi etiam text. te-
6 net, ꝙ si artifex † fecit opus, & postea corruit, tenetur de vitio operis. & facit tex.in. l. ea lege

§.locaui. ff. locati. vbi ait, ꝙ qui locauit operas
ſuas vt certum opus faceret, tenetur de operis vi
tio, ſiue vna penſio, ſiue ſingulos dies præſtita
fuerit. Secus ſi operas ſuas ſingulis diebus loca-
uit, nec ad certum tempus ſe aſtringit: quia de
vitio operis non tenetur. qui tex. eſt ſingula. &
vide ibi Barto. & Paul. de Caſtro. & Cremen.
ſingula. 80. Roma. ſingula. 31. & de intellectu. vi-
de per Alexand. in additio. ad Barto. in dicto. §.
locauit. & ſingulariter Roman. conſilio. 297. vbi
de materia, an ædificans teneatur de vitio ope-
ris. & vide Iohan. de Plate. in. l. nullus qui. C. de
decurio. libro decimo. nume. 3. vbi extendit hoc,
ꝙ non ſolum artifex teneatur, imò ſi ædificium à
ſubſtituto confectũ ruat ei⁹ vitio tenetur ſubſti-
tuẽs: quia debet ſeruire periculo ſubſtituentis,
& talis artifex vſq; ad quindecim annos, tenetur
de vitio operis. vt text. in. l. oẽs. la primera. C.
de operibus publicis. & tex. in. l. 21. titulo. 32. Par
ti. tertia. vbi vide. ¶ Et an dominus teneatur ſup-
plere aliquid ratione curſus. vide Specul. con-
ſcientiæ in tractatu ſecundo. capitulo ſecundo. §.
1. & 2. & in. l. ſi maritus. ff. locati. & ibi Barto. &
Paul. ¶ Et ꝙ teneatur de operis vitio, intellige
donec opus approbetur: quia poſt approbatio-
nem non tenetur de periculo. vt tenet Paul. de
Caſtro. in. l. opus. ff. loca. vbi quoq; tenet, ꝙ quã-
do dominus eſt in mora menſurandi opus, peri-
culum ſpectat ad ipſum. ¶ Sed quid ſi tale opus
corruit, an habeat totale tempus ad refectionem
talis operis? Dic ꝙ ſic. vt Bart. in dicta. l. ſi mari-
tus. ff. locati. ¶ Quoq; nota, ꝙ ſi promiſit facere
10 opus infra † certum tempus ſub pœna, & perfi-
cere, & iſtud non fuit poſsibile: quia ſaltem ſex
menſes vltrà requirebantur, illi ſex menſes ſup-
plebuntur, nec committitur pœna dum ſint ela-
pſi. tenet Paul. de Caſtro. in. l. inſulam. ff. locati. §.
in operis. vbi in. §. quidam eiuſdem legis. habe-
tur, ꝙ ſi conductori promittitur pecunia ad o-
pus faciendum, poteſt illam primo petere, ſi
ſatiſdat de expendendo illam in opere. vt ait
Barto. & Paul. de intellectu. Et vide Barto. in. l.
aduerſus. C. locati & ibi Baldus. & Pala. Rubios
in repetione. capitulo per veſtras. de donatio. §.
vndecimo. folio centeſimo decimoquarto. nume
11 ro decimoquarto. vbi ait, ꝙ licet artifici † debeat
ſolui regulariter opere perfecto, tamen ædifica-
tores domorum hoc non ſeruant: quia iſta inter-
pretatio eſſet eis nimis oneroſa, & poſſunt ceſſa-
re ab opere. ¶ Adde quoq;, quod tenet Paul. de
Caſtro. in. l. item quæritur. §. ſi in lege. ff. locati.
12 vbi ait, ꝙ ſi ego locaui † tibi domum conſtituen-
dum per centum infra annum, cum pacto, ꝙ ſi
non conſtitueres, poſsim alteri locare, & ſi con-
tingat me plus locare tenearis ad illud plus; &
quia non conſtruebas alteri locaui pro centum
& decem, volo vt ſoluas illa decem, certè ita de-
mum teneris ſi locaui in eadem forma, vel leuio-
ri. Secus ſi grauiori, vt ſi locaui tibi vt faceres
tres cameras, illi verò. vt faceret quatuor: quia
propter illud exceſſum videor dare plus. vt ibi
per eum. Vbi quoque vide, quid ſi non locaui,
ſed ego feci opus conducendo operarios de die
in diem, quod nota. ¶ Vide Bald. in materia. in
l. ædem. C. loca. tertia colomna. numero nono.
13 vbi tenet, ꝙ † ſi aliquis promiſit facere domum
certæ formæ, ꝙ ſi recedit ab opere, nil poſsit pe-
tere, & idem dicit in famulo qui ſeruiuit domi-
no. ¶ Nota in propoſito, ꝙ ſi aliquis promi-
14 ſit † facere domum, & ſi non facit obligauit ſe
ad intereſſe, ꝙ pro tali intereſſe non habebit in-
ſtrumentum paratam executionem. vt tenet Ro-
dericus Suarez in repetitione. l. poſt rem. ff. de re
iudicata. columna. 118. verſiculo. limita. & vide
Iaſon. in. l. certi conditio. ff. ſi certum petatur.
15 ¶ Quoq; dic, ꝙ illæ qui † conduxit opus facien-
dum, poteſt alteri locare. vt eſt tex. in. l. ſi cui lo-
caueris. ff. loca. quod intellige, ſi eſt paris peri-
tiæ, vel ſi non fuit electa induſtria perſonæ, aliàs
ſecus. vt Paulus de Caſtro ibi. de quo per Spec.
in titulo de ſalariis. §. finali. verſiculo. quid ſi do-
ctor. & verſiculo. & eadem quæſtione. numero
nono & decimo. Et vide Plate. in dicta lege nul-
lus qui. C. de decurio. lib. 10. nume. 3. & vi. text.
ſingula. in. l. de pollicitationibus. ff. de pollicita.
vbi promittens facere opus, poſsit, ſi neceſſariũ
fuerit, opus illud per aliũ explicare, commendat
eũ Roma. ſingul. 74. ¶ Tñ qui debet ſoluere ſol
16 daderis, † & ſtipẽdiariis, debet pſonaliter, & ſua
manu ſoluere, non autem per ſubſtitutũ põt ſol-
uere ſtipẽdiariis, & ſimiliter, & ſua manu recipe
re, non autem p ſubſtitutum recipere debẽt. tex.
& ibi Pla. in. l. iubemus per hanc. C. de erogatio.
milit. lib. 12. in princi. ex quo infert, ꝙ ſtipendia-
rij non poſſunt conſtituere procuratorem ad ſuũ
ſtipendium recipiendum. & idem tenet Franciſ.
Luca. in tracta. de fiſco. in prima parte. nu. 99. to-
mo. 6. tracta. folio. 8. ¶ Adde quoq; ad ſupradi-
cta, ꝙ ſi quis † pecuniã accepit ad aliquod opus
17 publicum faciendum, & non expendit, ſed in ſe
retinuit, vel alteri in proprios vſus conuertit, pu
nitur ad reſtitutionem dictæ pecuniæ, & in tri-
plum plus quod habuit fiſco dandum. l. ſecunda.
& tertia. §. ſed & qui publici. ff. ad. l. Iulia. pecula.
prout tenet. d. Franciſ. Luca. in. d. tracta. de fiſ. in
2. parte. nu. 47. tomo. 6. tracta. folio. 10,

g Prouecho. g Quia vniuersitas non debet pati lesionem. vt in.l.
suo. ff. de in integr. restitu. & in.c. primo. eod.
tit.& in.c.primo.de rebus ecclesi.non aliena.

Summarium.

1 AD opus faciendum viri sufficientes debent
constitui.
2 Quæ personæ iurare debent circa administrationem officiorum suorum.

h Tales. h Idem tenet Bar.in.l. prima. C.de
de sacrosanct.eccles.nu.7.dicẽdo,ꝙ
1 ad quodlibet opꝰ † faciendũ debẽt poni viri suf
ficientes ad illud.¶ Et tales præpositi in talibus
2 administrationibus debent iurare † se facturos
officium suum fideliter,& solicitè,& secũdum
iustitiam,& omni fraude & dolo remotis.vt tex.
& ibi Plat.in.l. iubemus per hanc. C. de eroga.
milit. lib.12. ¶ Sic etiam iurare debent aduocati
in principio causarum.l.rem nõ nouam.C.de iu
di.§.patronl.¶ Similiter tutores,& curatores iurant tempore administrationis à iudice decretę.
vt in authẽ.vt hi qui obliga.res perhib.§. fi. col.
6.& Bar.in.l.legitimos.ff.de legiti.tut. ¶ Quoq;
iurant executores testamentorum.arg.c.fi.de testament.in.6.& Plat.in dicta.l.iubemus.¶ Similiter iurant rectores hospitalium.Cle. quia contingit de religio.doml. ¶ Quoq; vendens bona
debitoris authoritate iudicis. l. fi. in fine. C. de
boni aut iudi. possi. ¶ Et est regulare in quolibet administratore, vt iuret. vt in authen. ius in
quod prę.in principio.in gl.2.colla.2.& vi.quę
dixi supra in proœmio in glo. En los casos.

Prætorum Caput.33.finis.

Sequitur Caput.34.

Summarium.

1 PVnitur indicens collectã, vel aliud extraordinarium exigens præter conscientiam
principis.

a LEyes. a Vt in.l.16.tit.1.lib.7.1
ordi.rega.cũ.l. sequenti.& vi.quæ dixi supra.in.c.8.in.gl.
prima.&in.c.25.in.glos.fi. ¶ Alias
1 punitur † indicens collectã, vel aliud extraordinarium,& exigens præter conscientiam principis.vt in dicta.l.regia. & de iuri commum puni
tur in quadruplum. Secus si de impositione ex
conscietia principis facta plus exigat,quam impositã fuerit. tunc punitur in duplũ.
vt tenet Ioban. de Plat.i.l.placet. C.
de excusa. muner.
lib.10.per tex.in.l.
vnica. C.de super exactio.eod.lib.& ibi,gloss.

mas prouecho g del
concejo que ser pu
dicre:y que las per

Summarium.

1 CIuitates sine permissu principis an possunt
inducere munera patrimonialia:
2 Habentes pecunias possunt cogi eas mutuare
reipublicæ tempore necessitatis.

b Sin nuestra licencia. b Quia ciuita-
1 tes † sine permissione principis munera patrimonialia non inducunt.vt in.l.forma. §.si verò.
ff.de censibus,sed contrariũ videtur in.l.omnes
la.2.C.de operi.pub.& qa in his publicis quod
agit princeps in vrbe, idem agit præses in prouincia sibi decreta.C.de expens.in lib.11. l.vnica. Item quia commissa est sibi refectio publicorum,& alia ad hoc pertinentia. vt in dictis iuribus.& in authen.de mãda.principũ §.sed etiam
pro vberta.colla.3.ergo collectę impositio,cum
sine illa nõ potest commodè expediri.l.ad rem.
ff.de procur.facit quod tenet Bar.in.l.prima. C.
de mulieri.in quo loco.lib.10. vbi dicit generaliter collectam pro causa necessitatis possunt ciuitates,quæ superiorẽ habent,imponere, sine permissu principis.vt in dicta.l.omnes. & in.l. prima.§.fi.ff.quod cuius.vniuer.nomi.pro casu verò vtilitatis non possunt. Vnde si aliqua ciuitas
vellet donare principi: non posit proinde collectam imponere.tenet Lucas de Pẽna. in.l. hac
prouidentissima.C.de quibus muneri. vel præstatio.lice.se excusa.lib.10.col.8.versi.24. Istam
quæstionem examinat, & dicit, ꝙ sibi videtur,
ꝙ etiam pro causa modicæ vtilitatis posit vnaquæq; ciuitas impunè,& absq; superiorum promissione pro causa propria collectã imponere,
si tamen omnes consentiant , illis autem inuitis
secꝰ.Et quod dicit de inuitis esse verũ,nisi quando collecta imponitur pro ędificãdis mœnibus
publicis,vel pro refectione pontiũ,aquæductus
& viarum

& viarũ:quia ſi eſt vtilitas, poteſt præſes impo nere collectam ſine permiſſu principis.etiã vici nis inuitis.ſecundũ Lucã de Pẽ.vbi ſupra. Sed hodie per iſtum tex.ſi pecunia inducitur,princi pis licentia reqritur. Et idẽ tenet tex.in.l.placet. C. de excuſa. mu. lib.10. & in. l.pri- ma. C. de ſuper in dicto.eod. lib. te- net Paul.de Cita- dinis in tracta. de iu.patro.in prima parte.num.35. vbi quoq; dicit, ꝙ de iure ciuitas non poteſt imponere collectas, vt prin- cipi donaret, licet de facto ſic, ſed ſi non recognoſce- ret ſuperiorẽ, poſ ſet. vt ibi. ¶ Atta- men licet collecta non poſſet fieri ſi ne permiſſu prin cipis, tamen tem- pore neceſsitatis habẽtes pecunias cogi poſſunt eas mutuare reipubli cę, nõ ſub vſuris, vt pleriq; faciunt qa omni iure ſunt prohibitæ.ſed gra tis,&ad reſtitutio nem ſpectare tenẽ tur, donec fiat col- lecta, ex qua ſibi poſsit ſatisfieri,& ad hoc poſſunt co gi ſine licẽtia prin cipis. tenet Gui- ller. de Cun. in.l. neminem.C.de ſa croſanct. eccle. & ibi Cy. & Saly. & tenet Iohanes. de Plat. in. l. prima. C. de omni agro deſerto. lib. 11. ſe- quitur Ripa. in tracta.de peſte.in.4.parte.num. 162. ¶ Tamen ſi ſub vſuris recipiunt,eſt licitum prout tenet Iaſ.in.l.cunctos populos. C.de ſum-

ſonas que en ello o uieren de entẽder, ſean [h] tales, que lo fagan fielmente; y no fagã coſa dema- ſiada, ſaluo la que fuere neceſſaria, para que la obra ſea bien hecha. Y el que fuere obrero, y veedor dela obra no tenga cargo de recebir, y gaſtar el dinero por ſu ma- no.

Prætorũ Cap. 34.

OTroſi, q̃ no cõſien tan hazer, ni hagan derramas ſobre los pueblos. ſino como quieren las leyes[a] que diſpo nen de tres mil ma rauedis arriba no ſe faga ſin nueſtra licencia [b] y manda- do, aunq̃ digan que

ma tri.& fi.catholi.nu.52.quem vide.Quod ego non credo,quia ſunt prohibitę omni iure, vt di- ctum eſt.vi.quę dixi ſuprà.iii.c.17.in glo. Razo nables precios nu.33.

[c] Coſtumbre. [c] Vi.quæ dixi in.c. 8. eod.in parte. Coſtum bre de lo dar.& quæ dixi in.c.24.in glo. O pre- ſcripcion.

[d] Se entienda. [d] Nota text. quia per eum declaratur dicta l.16.titul.primo.lib.7.in ordina.regali.

Summarium.

1 IN collectis exigendis primò debet incipi à diuitibus, & poſtea deſcendi ad pauperes, & æqualiter fieri debet pro portione poſſeſ- ſionis, & non debet quis grauari vltra mo- dum ſuæ ſubſtantiæ

2 Grauatus in collectis vltra modum, debet offi- cium iudicis implorare.

3 Ciuilia munera pro modo fortunarum ſuſtinen da ſunt,& imponũtur quoq; poſſeſsionibus alienigenarum.

4 Pauperes an excuſantur à muneribus, nedum à patrimonialibus, ſed etiam à perſonalibus.

5 Paupertas excuſat à pluribus,& cæcitas, & in- firmitas.

6 Paupertatem quis debet probare, an excuſans ſe paupertate, an nominans diuitias.

7 Si quis eſt appellatus pauper, vel cęcus, an agat iniuriarum.

8 Pauperes non ſolùm ſunt immunes à collectis, verumetiam plures alij.

[e] Pobres. [e] Quia in iſtis iudex poteſt in fa cto ſupplere pro iſtis perſonis, quæ facta ſua exponere neſciunt, vt pro paupe- ribus, pupillis,& viduis,& miſerabilibus perſo nis, & carceratis, ac ſimilibus, putà infirmis. vt notat Cy.in.l.mulieres. C.ſi mancipit. fuer.alie. & Bal.in.c.bonę memorię de poſtula.præla.nu. 1 6. ¶ Et in iſtis collectis exigẽdis, † primò debet incipi à diuitibus, & poſtea debet deſcendi ad pauperes, facta prius æquali impoſitione pro portione poſſeſsionis,& iugationis, id eſt, iugo rum terræ vniuſcuiuſq;. vt tenet Iohan.de Plat. per tex.ibi in.l.comparationi. C. quibus mune- ri.ſeu præſta.nemi.lice.ſe excuſa.lib.10.&per.l. 2.C.de anno.& tribu.eod.lib.vbi dictus Iohan. de Plat.

estan en costūbre [e] de repartir algunos marauedis para sus gastos, o para otra qualquier cosa. Y el repartimiēto delos dichos tres mil marauedis se entiēda [d], que en toda la ciudad, o villa, y su tierra se no repartā mas de los dichos tres mil marauedis: saluo donde la tierra suele repartir por su parte, y la ciudad por la suya, que alli pueda cada vno dellos repartir los dichos tres mil marauedis y en las que se ouieren de hazer den orden que los pobres [e] no sean mas fatigados, que los ricos. Y los que tuuieren cargo de fazer coger las dichas derramas no puedan cargar, ni consientan que car

de Plat. quoq; in num.2.dicit ꝙ non debet quis grauari vltra quam modum substantiæ suæ patiatur. vt in.l.fi.C.de immunita.nemi.conce.lib.10.quod extendit tam in tributis merè realibus, quam in collectis, quę imponuntur personę pro rebus, qa vtrobiq; est ead. ratio. Et idem Plat. in.l.vltra modū. C. quēadmod.ciuili.mu. inducant.lib.eod.so.dicit idem ꝙ debet fieri, ne quis vltra modum, & quantitatē sui patrimonij grauetur Quæ ęstimatio rerum mobilium & inmobiliū debet fieri deductis sumptibus, & vltra sumptum non debet quis grauari. vt ibi. ¶ Quinimo dicit idē Plat. in l.prima. C.de censi.& censito.lib.11. ꝙ si notarius censitoris per collusionem, & ad complacentiā alicuius potentis scribat maiorem ęstimationem pauperi quā ipsi potenti, vel de æstimatione potentis detrahit, & addit inęstimo impotētis, impotens solū soluit verā æstimationē, & non plus. ¶ Grauatus autem vltra modum de-
2 bet officium † iudicis implorare. vt ibi in dicta l.fi.C.de immunit.nemi conced.lib.10.dum dicit, præses prouincię prospiciet. & Petrus. Antiboli.in tracta.de muneri.in.3.part.§.4.nu.88. tomo.6. tracta. fol. 42. per. d.l. vltra modum.& per.l.1.&.2.C.quemadmo.ciuili.muner.& tenet Bal.singulariter in rub. de appella. in Decretalibus.nu. primo. vbi si alicui imponitur collecta per decuriones ciuitatis, & ex hoc iniustè grauatur, potest à tali grauamine appellari, quia decuriones vicemagistratus fungūtur.l.vbi assunt ff.de tutori.& curat.dat.ab his. ¶ Facit tex.& in l.ciuilia munera.C.de muneri.& honor.lib.10.
3 vbi ait, † ꝙ ciuilia munera per ordinē pro modo fortunarum, vt dictum est, sustinenda sunt.i. per modum facultatum possessionum & diuitiarū etiam possessionibus alienigenarū imponuntur, licet ipsi alieniginæ non sint ibi, nec sortiantur forum eius loci, ratione domicilij possessionibus imponūtur tales collectę, secundū Lucam de Pen. in dicta.l. ciuilia munera. ¶ Quod totum vt dictū est, spectat ad præsidem prouinciæ prouidere, & seruari facere. vt in.l.tercia.§. pręses.ff.de muneri.& honori. vt in de grauati leuamē accipiant, quod ꝑ difformia, & criminosa commercia impositum sibi esse deplorant l.qui grauatos. C. de cēsi.lib.11. ¶ Et quia inęqualiter enim factū in melius est reformandum. vt in.l. maioribus C. communia vtriusq; iudi. vnde dicit imperator, æqualitatis enim, & iustitiæ sumus amatores. vt in au then. de non eligend.secūd.nube. §.si colla.prima.et Plat.in dicta. l.vltra modū. & text. in.l.prima.in dicto tit.de censi.& censito.lib.11. vbi probans esse grauatum in eius æstimo in addito grauamine releuatur.& ibi Plat. quomodo
4 probatur. Quinimo pauper † excusatur à muneribus, nedum à patrimonialibus, sed etiā à personalibus. vt in.l.cūm facultates.&.l.eos qui.C. de his qui muner. libero. lib. 10. quod intellige secundūm Plat. ibi in paupere, qui tota die laborat pro victu quærendo sibi & familię suæ & sic est in inopia intolerabili. vt in.§.sed propter paupertatem. Insti.de excusa.tuto. secus autem si esset inopia tolerabilis, vt quia pauper, non tamen vt oporteat dietim quærere victū quotidianum laborando, quia tunc patrimonialia munera nō soluit, sed corporalia sic, vt in.l.cura.§.inopes.ff.de muneri.& hono. ¶ Et ꝙ propter paupertatem potest collecta remitti, sicut multa, tenet tex.& ibi Bar.in.l.illicitas.§.fi.ff.de offi.pręsid.& Plat.in dicta.l.ad subeunda. C.de decuri. lib.10.& vi. Abb.& docto.in.c.si qui testium.de testib.nu.8. ¶ In tantū, ꝙ dicit Petrus de Vbal. in tracta.de collectis.tomo.6.tracta.num.19. fol. 73. ꝙ exactor collectarum possit gratis remittere onus

re onus soluendi collectam pauperi.per glo.sin gul.in.l.omnes.la primera.C.de annonis & tribu.lib.10.& tex.in.l.si peruenire. ff.de verbo. si gnifi. ¶ Quia supradixi, ꝙ paupertas non excusat ab oneribus personalibus, fallit quando munus personale est honor, quia ab oneribus excusat paupertas: quia licet sint munera personalia, oportet plus aliquid expendi ratione dignitatis, & officij.vt dicit glo.in.l.rescripto.ff.de muner. & honor. & oportet ꝙ quis sit magnificentior, & liberalior. vt in.l.decurionibus.ff.de decurio. ¶ Et in tantum est verum, ꝙ paupertas excusat, ꝙ etiam paupertas superueniens, seu causata etiam ex facto excipientis, vt quia donauit omnia bona sua alteri, non tamen in fraudem prodest sibi quo ad euitationem munerum patrimonialium, & etiam personalium. vt tenet dict. Iohan.de Plat.in dicta.l.cum facultas. C. de his qui muner.libe.lib.10. tamen secundum eum talis excusatio, seu exceptio, non est perpetua, sed temporalis, quia cessat auctis facultatibus. vt in dicta.l.cura.§.deficientium.ff.de muneri.& hono. ¶ Et quis dicatur pauper, arbitrio iudicis relinquitur.gloss. in authen.præterea.C.vnd. vir & vxo.& Iaf.in.l.si constante.ff.solut.matri.col. 25.& Plat. in.l. ad scribenda. C.de decurio. lib. 10. ¶ Non solũ paupertas excusat à publicis mu

5 neribus, sed etiam à pluribus † aliis. Nam excusat fideiussorem iniustè condẽnatum, si non appellat, vt nihilominus agat mandati contra principalem procuratorem.l.si fideiussor. §. si ignorans.ff.manda. ¶ Excusat partem, si diminuit dotem filiæ secundo nubẽti.vt in authẽ.sed quamuis.C.de rei.vxo. actio. ¶ Excusat dominũ non defendẽtem seruum in causa criminali.l. si quis seruus.ff.de custo.reo. ¶ Excusat eum, qui necessitate famis furatus est cibaria, vel vestem.c. qui cum fure.cum sua gl.de furtis. ¶ Et in quibus casibus prodest paupertas, & in quibus nocet, dic vt per Bar.in.l.illicitas.§.si.ff.de offi.præse.& vide.44.priuilegia paupertatis per Lucam de Pẽna in dicta.l.eos qui.vbi ponit quoq;.17. incommoda paupertatis.quæ per te vide. Tamen in fine dicit, obtentu paupertatis non debet quis agere turpem vitam.vt in.c.quoniam simoniaca.de simoni. & in.l.palã. ff.de ritu nupti. ¶ Nec pro fauore paupertatis est iustitia relaxanda. Vnde Exo.23.in principio, Pauperis quoq; non misereberis in iuditio.& Leuit.c.14. ¶ Et an cæcitas excuset à muneribus personalibus? Dic ꝙ sic.vt in.l.prima. C. qui morb. se excus. lib.10. & ibi Plat.& in.c.licet.de censi.secus autem à patrimonialibus.vt Plat.in.l.infamia. C. de decurio.lib. 10. ¶ Et quoq; grauis infirmitas præbet excusationem à muneribus personalibus, non autem à patrimonialibus, vel aliis, quæ pudenti viris consilium requirunt.l.3.§. corporis debilitas.ff. de iure immunit. tenet Plat. in. l. à muneribus.

6 C.de decurio.eo lib.10. ¶ Sed quis † debet probare paupertatem, an excusans, an nominans diuitias, & qualiter probetur paupertas? Dic vt per glo.& Bar.in.l.si verò pro condẽnato.§. qui pro rei qualitate.ff.qui satisdar.cogã. & per Bar. in.l.si constante.ff.solut.matri. Et dic ꝙ fundanti intentionem suam in paupertate, vel diuitiis, siue sit actor, siue reus, illam probare debet.vt in dicto.§. sed & propter paupertatem. Institu. de excusa.tuto.& in dicto.§.qui pro rei qualitate.

7 ¶ An si quis † est appellatus pauper. aget iniuriarum. Videtur ꝙ sic, vt in.l.si creditores. in fine.ff.de priui.credi. Aliqui tamen in hoc distinctionem faciunt, scilicet, quando est pauper à natura, & agit actione iniuriarum: quia sunt enim quidam, quos pauperes natiuitas fecit.prima.q. prima. c. sacerdos & quilibet nascitur nudus. 47.distin.c.sicut hic.& dicitur fieri iniuria, cùm pauper vocatur aliquis, iuxta illud Prouerbiorum.14.Qui calũniatur egentem, exprobrat factori suo.paupertas enim, & honestas à deo sunt. Ecclesiast.19.& ita facilè est in oculis Dei subitò honestare pauperem. ¶ Sed quando est pauper ex scelere vt.C.de boni.proscr.&.ff.de bonis damnat.& Prouerbi.3. Egestas à domino in domo impij. vel quia prodigaliter, & luxuriose dissipauit substantiam suam. Luc.15. tunc non agit iniuriarum. vt in l.cum qui nocentem.ff.de iniuri.quam distinctionem ponit Lucas de Pen. in l.meminimus.C.quand.& quib. quart. pars debe.lib.10.col.5.versi.de facto.& dicit, ꝙ hæc distinctio sit in eo, qui aliquẽ vocauit cæcum, vel claudum. vt per Andre.de Iserni. in libro feud. tit.de pace iura.firma.§.iniuria. ¶ Sed ꝙ indistinctè de iniuria teneatur, qui vocat aliquem pauperem, cæcum, vel claudum à natura, fortuna, vel vitio, dicit Lucas de Penna. vbi suprà. ꝙ est argu.in authen.quibus modi.natura. effi. sui post principium.colla.6.ibi, non enim vltio & interdicto.& tex.in.c.omnis qui.in fine.24.q.prima. & vi.eund. Lucam.de Pen.in.l. errat qui. C. de castren.pecul.lib.12.col.3.versi, vndecimò quæritur. ¶ Et non solùm pauperes sunt immunes à

8 collectis, sed plures † alij excusantur, putà chartularij, qui census scribunt. Itẽ illustres comites consistorij imperialis cubicularij, & similes quędam patrimonialia non subeunt. vt in.l.si. C.de excusa. muner.lib.10.& prætores.eod. tit.l.2.& negotiatores

negotiatores purpuræ imperialis, & præpositi epistolis imperialibus faciendis, libellis ordinandis, & signatores Imperialium responsorum personalia munera non subeunt. eod. titu. l. eos pater pro bonis, qui filio contulit, non tenetur. Et milites extraordinaria munera patrimonialia quoq; non subeunt, vt tenet omnia dicta Luc. de Pen. in d. l. ciuilia munera. C. de muneri. & hono. lib. 10. ⁋ Itē excusatur quis ex longissima cōsuetudine per tantū tempus, cuius nō extat memoria nō soluit collectas, ꝙ possit se tueri ne grauetur ad soluēdum in futurum, contra antiquā cōsuetudinē. vt Pla. in l. 1. C. de exco. ctione & trāslatio sie militā. lib. 12. licet ibi dicat, quòd doctores tenent contrarium: quia non debetur collecta, nisi à tempore, quo fuit inducta. Et ita aduersus futuram præstationem, quę nondum erat inducta, non potest præscribere. vi. ibi. & in. l. a. eius titu. ⁋ Item sunt immunes camerarii, & magistri, iurati, iudices, & baulij ciuitatū durantibus eorum officiis: nam regulariter honorem sustinenti, munus imponi non potest. vt in. l. honori. ff. de mune. & hono. & ibi glo. & tenet Luc. de Pen. in. l. præcepit. C. de cano. largi. titu. lib. 10. in princ. Item excusantur doctores. l. medicos. C. de professo. & medi. lib. 10. & consules. vt Plat. in. d. l. indictiones. C. de annouis & tribut. lib. 10. nu. 8. vbi quoque dicit, ꝙ nullus excusatur, nec masculus, nec fœmina, præter supradicti. ⁋ Vide tu Franeis. Luc. in tracta. de fisco. nu. 38. tomo. 6. tracta. fol. 7. vbi est immunis, qui portat res principis. vt in. l. licitatio. §. res. ff. de publi. & vectigal. & Baldus in lege vniuersa. C. de vectigali. & commis. & Guido. papa. singulari. 8. 48. ⁋ Et idem dicit Luca. vbi suprà, ꝙ potestates, & officiales pro rebus, quas ducunt in officio, non tenentur soluere vectigal. vt in. d. l. vniuersa. ⁋ Et scholares ꝓ libris, vel rebus, quas deferunt, non tenentur soluere vectigal, nec pedagium: quia deferunt causa vsui. vt Alberi. in autheu. habita. C. ne filius pro patre. & Pla. in. d. l. medicos. versi. habent etiam doctores. & vid. l. 22. tit. 4. lib. 4. in ordi. regali. ⁋ Quoq; licenciatus excusatur à muneribus. tenet latè petrus Antibolinus in tracta. de muneribus. in. 3. parte. nu. 56. tomo. 6. tracta. vide per Pala. Rubi. in repeti. rubricę de donatio. §. 38. per totum. fol. 20.

guen a vnos, y alinien, y escusen a otros, y se faga ď guisa, que se pueda todo bien saber, para que se castigue lo que mal se hiziere, y se pueda dar de todo buena cuēta, so las penas cōtenidas en las leyes de nr̄os reynos, q̄ defiendē, q̄ no fagan repartimientos.

Summarium.

1 Collecta imponenda est per ordinem, ita ꝙ nullus releuetur, & debet fieri pro rebus, quas quis habet minores collectas tenentur.

2 Collecta imponitur per solidum & libram magnis & paruis, hoc est (por millares) vt q plus habet, plus soluat. Fallit vt hic.

3 Propter augmentum & diminutionem bonorum fit compensatio, & collecta imponitur.

[f] Alieuen. [f] Idē tenet Luc. de Penna. in d. l. ciuilia munera. C. ď muneri. & hono. lib. 10. dicendo, ꝙ talis collecta † imponenda est per ordinem, idest, ꝙ nullus releuetur, sed omnibus ciuibus, & incolis fiat pro rebus, quas habet, & pro modo fortunarū, & possessionum, quas alienigenæ habent in loco illo, est talis collecta ipsis possessoribus indicenda. vt ibi per eum, & dixi suprà in glo. proxima, in principio. ⁋ Et idem tenet Bal. in rubrica de syndico. in Decret. nu. 2. vbi dicit, ꝙ collecta est imponenda, distribuendo eam secundum æstimū, quod dicit verum, quando imponitur pro munere patrimoniali, sed quādo imponitur pro munere capitum, tunc debet distribui in capita. vt Bar. in. l. 4. §. actor. ff. de re iudi. ⁋ Talis enim collecta, quæ imponitur pro rebus, quas quis possidet, non solùm imponitur possessori bonorum immobilium, sed etiam possessori mobilium. vt tex. & ibi Plat. in. l. patrimoniorum. §. quantum. C. de muneri. patrimo. lib. 10. nam equos tenere, & pascere pro communi, est munus patrimoniale. vt in. l. non videtur. C. eod. & similiter habens pecunias solas ad fœnerandum, vel tractandum, subit onera patrimonialia, sicut habens bona immobilia, vt in. l. fi. §. patrimoniorū. ff. de muner. & honori. secūdùm Plat. in. d. §. quantum. ⁋ Minores quoq; ad dictas collectas tenentur. vt in. l. etiam minores. C. eod. de muneri. patrimo. quo ad patrimonialia, sed non personalia. vt ibi. & tenet glo. in l. ge non tantum. ff. de decurio. & glo. in. l. 2.

in.l.2.C.de fund.patri.& eorum conducto.lib. 11. Dumtamen pro modo fortunarum, vt dictū est, talia munera ab omnibus subeātur, quia æqua esse debet inspectio in istis publicis functionibus persoluendis, & priuilegium contra hoc impetratum nullius momenti est. tenet Petrus Antiboli.in tractatu de muneri. in.3. parte. nu.26.tomo.6.tracta.folio.23. per.l.fi. C. de vectigali.& commiss.& per alia iura. & ibi quoq;
2 in nu.126.per eum. Et talis collecta † imponitur per solidum,& librā, magnis,& paruis (hoc est, por millares) vt qui plus habet, plus soluat. vt glo.in.l.prima C.de apoch.publ.lib.10.& ibi Bar.singulariter,& tenet Iohannes de Plat.in dicta lege indictiones. C.de annonis & tribu.cod. lib.10.nu.4 Quod dicit fallere in tribus casib⁹ in quibus nō imponitur per solidū, nec libram, sed per capita. Primus, quādo imponitur pro satisdando ei, qui mutuauit pro soluēdo salario rectoris quod soluitur per capita. C.de anno.& capit.lib.10.l.prima.cum enim succedat loco illius salarij, & ideō illius impositionis naturam immutatur. vt per Bart.in.l.prima. C. de apochis pub.lib.10. Et idem crederem in salario medicorum, quādo in aliquibus villis soluitur per collectā, quia debet solui per capita. Secūdus, quando imponitur pro euitando aliquo munere sordido, imposito pro euacuandis aliquibus locis fœtidis. Licet enim munera non debeant redimi pecunia.l.illud.C.de excusa.muner.lib. 10.tamen si propter aliquod sordidum redimendū ex permissione superioris imponatur collecta, non fiet per solidum, & libram, sed per capita illorum, qui tenentur ad munera sordida, ad quæ nō tenentur nobiles. vt Plat.in dicta rubri. C.de annnonis & tribu.ideo non debent grauari per collectā iuxta vires patrimonij imponendam.de quo per Bar.in.l.vnica.C.de muneri. in quo loco.versic.quæro qualiter imponatur. lib. 10.& Platea.in dicta.l. indictiones.vbi per eum.
3 Et tene, ꝙ propter augmentum, † & diminutionem bonorum iam diu ęstimatorum reficiendum est æstimum omnium, in quo debet fieri compensatio sterilium cum fertilibus, tam in singulari, quam in communi. vt est text. secundum vtranq; lecturam in.l.omne territoriū.C.de cēsi. & censito.lib.11. Et Plat.ibi dicit ita seruari, & ꝙ propter homines ditatos & depauperatos, & propter prædia facta sterilia, vel caumate, vel alio modo perempta, debent refici æstimi, & grauati, & depauperati releuentur, & ditati in pl⁹ æstimentur: quia secundum augmentum, & diminutionem rerum, fit augmentum, & diminutio tributi.l.forma.§.illam.ff.de censibus, & l.3. C.de iur.emphit. Et in hac renouatione æstimorum debet haberi consideratio, quanto plus vel minus valent, nunc bona vniuscuiusq;, quā primò fuerunt ęstimata secundùm Plat.ibi.& in.l.1.eius tit. Vbi quoq; dicit, ꝙ vnusquisq; prouincialium debet sua bona profiteri, vt ęstimentur secundum ęquam æstimationem soluat tributum, vt prædia meliora plus soluant, ꝗ sterilia: & si vnus est grauatus, quia bona sua caumate perierunt, releuetur à censitore, vt in.d.l. forma. Et isti sic grauati à perequatorib⁹, seu ęstimatoribus infra annum habent facultatem conquerendi, quo elapso, non audiuntur, exceptis minoribus & absentibus causa reipublicę. tex.in.l.qui priuatos.C.eod.tit.de cens.& censito. Quod grauamen potest reparari dupliciter, scilicet, per apellationem, vel per accusationem criminalem, petendo perequatorem puniri pœna.l.peræquatores.eius tit. Item potest reuocari grauamen per viam principalis petitionis, implorando officium iudicis, vt tenet glo.& Plat.ibi.& ita vtitur. Et vide Bald.in.c.clerici, de pactis. vbi tenet, ꝙ augmētatis facultatibus, augmentātur æstimi in communi, & econtra propter paupertatem fit nouum ęstimum.

Prætorum caput.34.finis.

Sequitur caput.35.

Summarium.

1 Correctores ciuitatum, & villarum, secū non teneant alium tabellionē, præterquàm tabelliones numeri dictarum ciuitatum, coram quibus omnia documenta publica transeant. Tamen ad faciendas informationes criminales, & alia acta secreta possunt habere aliū, dummodo post publicationem reintegrentur tabellionibus publicis numeri.
2 An tabelliones creati à principe, vel à papa possint sedere in iudicio cum iudice, & colligere instrumenta, & contractus laicorum.
3 Instrumenta collecta à tabellionibus principis, vel papæ, debent publicari.
4 Ex publicatione testamenti confecti à notario principis, vel papę mittitur hęres in possessione hęreditatis.
5 Si testamentum nuncupatiuum non fuit in scriptis redactum, & solennis numerus testiū ante coram

te competentem iudicem deponat.& in scriptis redigatur vigore talis scripturæ potest hęres mitti in possessione hęreditatis.

6 Testamentum per testes probari potest.

Prætorū caput.35.

OTrosi, que las audiencias,& otros autos de justicia los fagan todos ante los escriuanos del numero[a] dela ciudad, o villa, dōde ouiere de conocer si alli ouiere escriuanos del numero. Saluo si ouiere escriuano nombrado por nos para las causas criminales: y no tome otro ninguno escriuano, saluo vno, si quisiere para rece

DEl numero. [a] Idē tenet
tex. quem vide in
l.9.titu.16.lib.2.in
ordina.regali. vbi
ait, ꝙ correctores
1 † ciuitatum,& vil
larum,secus ad of
ficia non ducant,
nec teneant alium
tabellionem,prę-
ter tabelliones nu
meri dictarum ci-
uitatum, & locorum, vbi sic deputatur, coram
quibus omnes processus,& publica instrumen
ta,seu documenta transeant,vt sua priuilegia fo-
ri,& consuetudines disponunt:tamen dicti cor-
rectores possunt secum habere alium quemcun-
que tabellionem, etiā extra locū, coram quo in-
quisitiones, & actus secreti fiant in causis dumta
xat criminalibꝰ,sed post publicationem talium
inquisitionum,seu actuum reintegrētur,& den-
tur tabellionibus publicis numeri dicti loci,vt
coram illis dicti actus& inquisitiones sequātur.
vt in dicta.l. regia canetur,& hic in nostro text.
¶ Et facit tex.in.l.4.tit.18.lib.2.in ordina.regali.
vbi publici tabelliones đ numero illius loci de
his qui sedent in auditorio, vel in curia publica
&colliguntacta iudicij, debent facere cōtractus
& testamenta, & sedere cum indice:alij autem ta
belliones † publici creati à principe,vel à papa,
vel ab eo,qui habet potestatem creandi tabellio
nes,vt sunt multi domini temporales in suis lo-
cis.vt tenet Innoc.&alij in cap.cùm.p.tabellio.
de fide instru.Abb.& docto.in.c. accedentibus
de prę́scriptio. Isti enim tabelliones, & notarij
non possunt sedere cum iudice, nec colligere in
strumenta, nec contractus laicorum. vt in dicta
l.4.ordi.& in.l.8.eius tit. & tenet doctor del Ca
stillo in.l.3. de Toro.in gl. Escriuano.¶ Tamen
si non inuenitur tabellio de numero , alius Im-
peratoris,vel regis notarius,potest colligere te-
stamenta laicorum. vt in dicta. l. 4. ꝙ in notario
papæ,ego non credo per dictam.l.8.ordinamen
ti.secus in tabellione regali per dictam. l. 4. ibi.
En las ciudades y villas dōde ay escriuanos pu
blicos de numero,o de cōcejo.quia illis deficien
tibus, tabellionis regis datur fides. & hoc teneo,
licet doctor del Castillo in dicta.l.3. indistinctè
tenet , ꝙ notario
papæ,& Impera-
toris non detur fi-
des deficientibus
tabellionibus de
numero , quia di-
ctum suum solum
habet locū in no-
tariis papæ , secus
in tabellionibus
principis, qa istis
datur fides in cu-
ria, & deficiēti de
numero in aliis
partibus. vt in di-
cta.l.4. ¶ Et sic ꝙ
si isti tabelliones
principis in loco vbi sunt tabelliones de nume-
ro,vel si tabelliones papæ aliqua testamenta col-
3 ligunt,debent publicari † coram judice seculari,
ac si collecta essent à priuatis personis. vt ibi per
docto.del Castillo vbi suprà. ¶ Et ex ista publi-
4 catione mittitur hæres in possessione † hæredita
tis. vt tenet Rodericus Suarez in repetitione le-
gis si post rem.ff.de re iudica.col.110.in fine.vbi
tenet, ꝙ si testamentū nuncupatiuum nō fuit in
5 † scriptis redactū,sed solennis numerus testium
ante competentem iudicem testes deponant , &
in scriptis redigantur , ꝙ vigore tales scripturæ
potest hæres mitti in possessione ex edicto diui.
vt ibi per eum.& vi.tex.in.l.4.titul.2. Partita.6.
& Ias.in.l.2.C.de bonorum possess.secundùm ta
bula.nu.4.& .5.& Baldus in sua practica. in par-
te nono quæritur. folio. 62. ¶ Facit quod tenet
Abb.in cap.fi.de fide instrument.in fine.& Hip
polyt. de Marsi.in l.prima.§ præterea.ff.de quæ
stio.nu.123.& Ias.in.l.prima.C.de procur.nu.13.
6 vbi tenent †, quòd testamentum potest probari
per testes& Ias.in.l.publicati.C.de testamen.sci
licet,per quinque testes.vt in lege prima, titulo.
De los testamentos. in ordination. reg. ¶ Et no
ta,quòd si isti testes deponant de testamento, &
sint contestes,tamen nullus eorum deponat nisi
de presentia suæquia interrogati de aliis dicunt
non recordari, tales testes faciunt probationem.
vt tenet Paulus de Castro in lege finali. C.de bo
norum possessio. secundùm tabula. ¶ Sed an-
tea quam tales testes recipiantur , requiritur,
quòd

quòd pars, cui tangit, citetur vt Baldus in dicta lege publicati. & non est necesse, quòd agat ordinariè petitione hæreditatis. Sed solummodo ad receptionem testium. vt Baldus ibi. & Alexander numero septimo dicit, quòd est communis opi. & in hoc non attenditur quod non sint senes, vel validi testes, vt Baldus in consilio 52. in secundo volu. ¶ Et an in defectũ tabellionis judex potest scribere actu vide quę dicã infra in glos. in escripto. ĩ cap. 36. infra nu. 3.

bir quexas, [b] y tomarlas primeras informaciones delos crimines, para prẽder alos que por informacion hallarẽ culpados, por se guardar mas el secreto, Y esto hecho se remita [c] ante el escriuano del numero, o de la carcel, si le ouiere. Y que los
2 processos crimina-

Summarium.

1 ACcusatio nõ debet porrigi notario, sine præsentia iudicis.

b Quexas. [b] Iste tex. est pro dicto Paul. de Castro in. l. hac consultissima. §. fi. in fine. C. de testamen. vbi tenet, quod accusatio
1 non debet porrigi coram † notario sine præsentia iudicis. Et ideò intellige istũ text. vt tabellio accusationes recipiat, scilicet, in præsentia iudicis. vt in. l. si quis se. C. de accus. & quod notatur per Bar. in. l. si finita. §. Iulianus. ff. de dãno infecto. ¶ Vide tu casum in quo corã tabellione potest quærellare in. c. iudicum syndicatus. in cap. 3. in glo. Escriuano.

Summarium.

1 POstquam iudex elegerit notarium, non potest eum mutare vsq; in finem causæ.

2 Si notarius, qui incepit scribere actu se absentauit, alius ex mandato iudicis potest redagere scripturas in publicam formam.

3 Iudex ordinarius nõ põt mutare notariũ, etiã de consensu partiũ, secus est in iudice delegato.

4 Si notarius est suspectus, non remouetur, licet recusetur, sed alius sibi adiungitur.

5 Suspicio notarij potest probari per iuramẽtum partis, sicut probatur suspicio iudicis.

6 Facta recusatione, ligatæ sunt manus notarij, & quidquid ab eo gestum est, non tenet, sicut dicitur de iudice recusato.

c Remita. [c] Nota casum, in quo, fit remissio, processus de vno tabellione in alium, & exceptis istis casibus contrarium
1 est de iure cõmuni: quia postquã † iudex elegerit notariũ, non põt eum mutare vsq; in fine causæ. Ita dicit Bal. in l. 2. C. quomo. & quã iudex circa finem. versi. sed nũquid possit vti. nu. 9. Idem tenet Bal. in. l. fi. colũ. 2. versi. quæro si notari9. C. de re iudicata. vbi dicit quod si notarius, † qui cepit scribere acta, se absentauit, ali9 potest mandato iudicis redigere scripturas in publicam formã. Secus si primus notarius est præsens. arg. in. l. si lõgius. ff. de iudiciis. & ibi Paul. de Cast. nu. 3. & Ang. Idẽ tenet Iohã. de Plat. in l. monetæ. C. de dilatori. lib. 10. & vide docto. del Cast. in. l. 38. de Toro in glos. no qsierẽ. Facit gl. in authẽ. de hæredi. & falci. §. si verò absunt. colla. 1. vbi ait, quod ille notari9, qui cepit scribere acta, debet perficere vsq; in finẽ causæ, & nõ alius. et idẽ tenet. Bal. in. l. 1. C. de sportu. & Bal. & docto. in. l. cũm sententiã. C. de senten. & interlo. om. iudi. idem Bal. in authẽ. si iudex. C. de epis. & cleri. Paul. de Cast. in. l. testamenta. C. de testamẽ. vbi etiam dicit idem de nuntio, allegando. l. in fraudem. §. quotiens in verbo, manu cõmentariensi. ff. de iure fisci. Et idem tenet Baldus in cap. quoniam contra, de probatio. numer. 54. dicendo, quod quando notarius est solenniter deputatus per superiorem, alius non potest se intromittere in officio suo. vt. C. de execut. & exacto. lib. 12. l. quicumque. & ibi bona glo. nisi necessitas vrgeat propter absentiam alterius, nam tunc de mandato iudicis potest supplere vices absentis. argum. in lege prima. ff. de offi. consul. & de ista absentia debet fieri mentio in commissionem iudicis, secundùm Baldum ibi argum. eorum. quæ nota in lege actor. ff. rem rat. hab. Tamen dicit ibi. Baldus in dicto cap. quoniam cõtra. in nu. 55. quòd si iudex non confidit plenè de vno notario, potest adhibere duos, Et quòd notarius eorum, qui est senior, vel dignior, tenebit apud se originale, sed in hoc bonæ famę præfertur omnibus secundum eundem ibi. ¶ Et an si iudex potest mutare
3 † notarium. vide Bartolum in dicta lege, cum sententiam. per Innocen. in capitul. cùm in iure

prope

les se fagan [d] en la carcel, adonde este vn arca en q̃ guarden los dichos processos, losquales esten a buen recaudo. Y aya libro de todos los pressos que vinieren a la carcel, declarando cada vno por que fue preso, y por cu

prope finem. de officio delega. vbi videtur sentire q̃ sic, tamen semel electus non potest, nec debet remoueri, nisi ex causa superuenienti. propter quā remoueatur. vt per Spec. in tit. de citatione. §. 1. versi. sed nunquid. & habetur p Bar. & Bald. & Ang. & Saly. in. l. tres denuntiationes. C. quomodo & q̃n. iud. & p Anto. Frā. & alios ad ditio. in additio. ad Abb. in. c. quoniā contra. de probatio. in additio. quę est, in. 1. colū. in. 3. notabil. nu. 3. quæ incipit, Adde in quartum. ❡ Sed tu intellige verum, q̃ nō potest notarius remoueri, scilicet, per iudicem ordinarium, secus in delegato, quia iudex delegatus potest mutare tabellionē. & alium subrrogare loco sui ad liberum arbitriū, vt tenet Ang. in dicta. l. cùm sententiam. & dicit esse notabile allegando Innoc. in. d. c. 1. & dicit esse casus coniuncta gl. in. c. statutū §. notarius. de rescript. in. 6. ❡ In tātū ordinari⁹ nō pōt mutare notariū. q̃ extende, etiā si fit de consensu partiū, non potest mutare. Ita Bal. in. l. testamenta. 1. col. C. de testamē. & idem Bal. & Ang. in. l. 1. de sponsalibus & Bart. in. l. 1. §. 1. C. de iure delibe. Iacob. Butri. in. l. prima. ff. de officio consul. ❡ In tantum notarius non remouetur, quòd etiam si notarius sit suspectus alicui partium in causa, nō remouetur

4 † sed alius sibi adiungitur, sicut fit de iudice ordinario. vt in. l. apertissimi. C. de iudi. & hoc tene. licet Iohā. de Plat. in. l. nulli. C. de munera. & auctua. lib 12. teneat, q̃ in totum remoueatur. & ita tenet Montal. in glo. ordi. rega. in parte, tabellin. f. ❡ Adde quoq;, q̃ talis suspicio notarii po

5 test probari † per iuramentū partis, sicut probatur suspicio iudicis. vt tenet Hyppol. de Marsi. in repeti. rubricæ. C. de probatio. no. 146. & Alexand. in consilio. 104. in volu. 5. num. 2. & 3. & 4. vbi ait, q̃ ad recusandum notarium ratione suspicionis, sufficit solùm iuramentum, quia ex hac recusatione non infertur magnum pręiudititium. Ita dicit q̃ in specie consuluit Petrus de Anchara. in consilio. 251. incipiente. In Christi nomine amen. & allegat in arg. in. l. thesaurus. ff. ad exhiben. & cap. ex literis. de in integ. resti. & plùs dicit Petrus de Anchara. prout refert dictus Alex. in dicto consilio. q̃ licet in recusatione iudicum sit differētia inter ius ciuile, & canonicum, quia de iure canonico oportet plenè probare causas suspicionis, sed de iure ciuili hoc non requiritur vt legitur in dicta. l. apertissimi. C. de iudi. & in. c. cùm speciali. de apella. & cap. suspicionis. de off. delega. tamen in recusatione notarij, & consultoris, & procuratoris, quia de iure canonico re-pitur immutatū, militabit adhuc ratio posita in dicta. l. apertissimi. & non requiritur expressio causæ, & plena probatio & lites sine suspitione procedent. Facta ergo recusatione prædicta † li

6 gatæ sunt manus notarij, & quidquid ab eo gestum est, non tenet, sicut dicimus in iudice recusato. vt in. l. prima. C. si qua prædi. potesta. Bart. in lege quia poterat. ff. ad Trebellia. glo. in capit. quotiens. el primero. secunda quæst. 6. & capit. quia suspecti. tertia quæst. quinta. & tenent Hostien. & Iohā. Andr. in dicto cap. cum speciali. Saly. in dicta lege apertissimi. Petrus de Anchara. in cap. iudex ab apostolica. de offi. delega. in. 6. per illum tex. qui hoc prouare videtur, saltem in verbo, non potest. prout tenet Alexand. in dicto consilio. magis latè.

Summarium.

1 CArceratorum causæ debent dici, & tractari in carcere, & ibi corā iudice debent comparere carcerati.

2 Carceratio, an sit de processu.

[d] Se fagan. [d] Quia causæ carceratorum in

1 carcere † debent dici & tractari, & ibi debēt duci carcerati, & comparere coram iudice. vt in lege si quis seruus. ff. de exhibē. reis. & in lege prima. ff. de quæstio. tenet Specul. in tit. de accusa. §. primo. versic. præmissa. nu. 29. vbi hoc vult intelligere in seruis. secus in liberis. Sed tu per istum tex. non teneas illam differentiam, sed omnino tales causæ & processus carceratorum fiant, & debent fieri in carcere. nulla data differentia personarum, & attenta qualitate delictorum, cùm carcer ducatur durus arbitrio iudicis, inspecta qualitate causæ & conditione personæ, ex quo in iure aliter non determinatur. tenet Cardi. in Cle. prima. vers. duro. de hereti. nu.

a 12. ¶ Et quia † carceratio est de processu causæ,
& de actis. vt in Cle.prima.d hęreti. vt tenet Car
di.in Cle.prim. de excessi.prælа.& Paris de Pu
teo.in tracta.syndica.in parte, pone q carceratus.
nu.secundo.folio.76.

Summarium.

1 ALgazellus non potest capere aliquem sine licentia iudicis.
2 Licentia capiendi, debet esse in scriptis.
3 Missio in possessionem non potest probari, nisi per scripturam.
4 Algazellus potest capere delinquentem in fragranti delicto sine licentia iudicis.
5 Licet capiatur delinquẽs post delictum in fuga dicitur capi in continenti, & in crimine.
6 Delinquens potest capi à priuato in fragrãti delicto, & impunè ad iudicem duci.
7 Resistens ne capiatur, si inpugna occiditur, impugnè fit, cùm capiens sit executor iustitiæ.
8 Algazellus, qui capit, vel pignosauit sine licentia iudicis in casibus sibi non permissis, licitum est ei resistere.

c Mandado. a Idẽ tenet text.in.l.8.tit.
priū dęmonis est tentare creaturā, vt habetur in Euangelio, Et accedens tentator. & c. vt patet in. c. visis. 26. q. 2. vi. glo. in. d. c. arcusatus. & sanctus Thom. secunda secundæ. q. 92. c. de superstitionibus. & idem tenet Ias. in. l. huiusmodi. §. fi. qui. incipit. si is cui. ff. de lega. primo. vbi ait, φ sortilegia simplicia, & imagines, quę fiunt ad prouocandum amorem mulierū, & similia, licet sunt illicita, & ab eis sit abstinendū, non tñ sapiūt hęresim manifestā, & sunt magis superstitiosa, quam hæretica, allegando Augusti. & S. Tho. & ideò inqsitor nó debet se intromittere circa ea vt ibi Ias. in. 1. 1. & sic inquisitor non pōt se intromittere, etiam si sapiat hæresim nó manifestā, nec potest cognoscere an sapiat hæresim, qa iurisdictio est sibi tributa, existente illa qualitate notorietatis, scdm glo. in. d. c. accusatus. §. sanè & bene secundū Abb. in. d. c. primo. Secus dicit, si vellet cognoscere an sapiat manifestā hæresim. & ita dicit intelligendū. c. fi. de officio delega. in. 6. quæ iura sunt contraria illi glo. in dict. c. accusatus. de quo per Abb. in. c. si clericus laicū. de foro cōpeten. 7. col. & Fel. in. c. sup literis. col. 13. d rescrip.

3 ¶ Sed qua pœna sunt puniēdi † isti diuinatores & sortilegii, qa tex. hic dicit. Castiguen los. Dic φ de iure Canonico si est peccatum occultū, imponitur pœnitētia. 40. dierū. vt in. d. c. 1. d sortili. si vero sit notoriū, & eucharistia negatur. vt in. c. p̄ deletiōe. de cōsecra. dist. 2. & infames sunt, & etiā qui ad eos cōcurrūt. vt in c. quisquis. 2. q. 8. & c. testimoniū. de testi. & si sit cleric⁹, deponēdus est, & in monasterio detrudēdus: si laic⁹, excōmunicādus, si renuit agere pœnitētiā, vt in. c. nō oportet. 26. q. 5. & c. si quis eps. & vltra istas pœnas potest eps, vel iudex istos falsos sortilegos, & diuinatores dehonestare, vt putā mitrando, vt fit in quibusdā locis, vel ponendo ad scalam cū vituperio, & eiicere eos extra diœcesim. Vi. bonū tex. in. c. epi. 26. q. 5. & qd notatur in. c. d beneficio. 32. q. 1. put tenet Abb. in. d. c. 1. d sortilegiis. nu. 2. & tenet Lodo. Roma. in sing. 660. incipiente. tu scis, vbi quoq; dicit, φ possūt fustigari, cū ista pœna sit iuris ciuilis, & canonici, & de iure canonico puniātur, dūmodo nō sint hæretici, pœna fustigationis, si est vilis psona: si aūt est nobilis, debet dānari persona perpetui carceris, & dicit esse tex. singula. & non alibi in. c. cōtra sortilegos. aliās incipit. contra idolorū. 26. q. 5. Et sic ego video, & ego aliquando iussi mulieres verberari cum matris, quia erant venefięs, i. hechizeras. ¶ Sed

que los castiguen [d].

secundū leges tales malefici, & diuinatores capite plecti debent. Et si ad domū alterius accedat, debent cremari. l. nullus. & l. nemo. & l. culpa. C. de maledi. ¶ De iure huius regni Hispaniæ dicit lex. 1. tit. 4. lib. 8. in ordi. reg. φ isti diuinatores, & malefici, puniantur pœnis legum Partitarū, quę leges sunt in. 7. Partit. tit. 23 & ibi in. l. si dicitur, φ isti malefici mori debent. & sic concordat cum legibus iuris cōis. & ibi Montal. dicit, φ est pœna decapitationis, & publicationis bonorum. ¶ Sed crederem, φ quādo ex istis sortilegiis, & diuinationibus aliquis moritur, φ talis maleficus moriatur, vt dictum est in. ll. Partit. & in dictis iuribus. Secus autem si non moritur, quia tunc debet verberari, & mitrari, & exulari. quod colligitur ex tex. notabili in. l. si quis aliquid. § qui abortionis. ff. de pœnis. probat tex. in. l. 2. tit. 35. Parti. 7. & facit tex. & ibi glo. in constitutio. Neapol. lib. 3. tit. 70. cōstitutione vnica, quę incipit, poculū amatoriū.

4 ¶ Sed nunquid sit licitū recipere † aliquid pro istis incantationibus? Vi. Bal. in. c. primo de officio iudicis. in finalibus verbis. vbi remittit se ad notata in. l. prima. ff. de variis cogni. sed theologi dicunt, φ nulla incantatio est licita. Tu vi. Iohan. de Anna. in rub de magistris. colū. 2. versic. vtrum autē. vbi indistinctè tenet, φ incantator non dicitur magister, seu medicus, ideo mercedem pro labore petere non possit. per dictam legem primam & ibi Bartol. ff. de variis extraor. cogni.

Summarium.

1 Clericus coram suo iudice debet conueniri.
2 Iudex laicus potest capere clericum delinquentem, & ducere ad episcopum.

d Castiguē. [d] Quia clericus coram suo iudice, & sic coram suo episcopo † debet conueniri. vt in. c. primo. de foro compet. quia iudex secularis ecclesiasticas personas iudicare, vel cōdemnare nō debet. vt in. c. nullus. eod. tit. & in. c. fi. & i. c. significasti. eod. tit. & vtrobiq; docto. etiā si clericus consentiat,

 vt ibi

vt ibi & tex. singula. in. c. clericum. 11. q. 1. quę est
2 palea. ¶ Sed bene potest iudex laic⁹ rapere † clericum delinquentē, & ducere, vel duci facere ad episcopū. vt Bar. in. l. si quis seruitute. ff. de furt. allegat. Innoc. in. c. vt famæ. de sent. excō. & tenet Paris de Put. in tracta. syndica. in parte cleri eus officialis. folio. 110. num. 4. & vide quæ dixi suprà. in cap. 47. in glo. O clerigo. in fine.

Prætorum caput. 53. finis.

Sequitur caput. 54.

Summarium.

1 NVntius à ciuitate est mittendus, vel à maiori parte illorum de concilio, & solus potestas mittere non potest.

2 Ad ambasiatam, & procurationem potest quis compelli.

3 Ad consulendum pro ciuitate quis cōpellitur.

4 Ambasiatam quis non cogitur recipere, si est locus sibi suspectus, vel paratur sibi inimicitia:

5 A legatione nemo potest se excusare, etiā si sint alij, ad quos primò tangit.

6 Officialis de nouo electus pro acceptando officio, potest cogi, & inuitus de domo extrahi.

7 Ambasiatam, vel procurationem recipiens pro republica, habet vacationem ab oneribus, si illam non procurauit.

a MEnsajero. [a] Qui est mittēdus à ciuitate,
1 † vel à maiori parte illorum de concilio, & potestas, seu rector ciuitatis vel loci non potest solus sua authoritate talē nunntiū mittere sine expressa deliberatione consilij, vel maioris partis. vt tenet Iohā. de Plat. in. l. qoid extraordinariū. C. de legatio. li. 10. in fine. ¶ Et qui nominatur, inuitus † cōpellitur ad istā ambasiatā, si spōte nō vult eā facere. vt tenet Bal. in. l. veluti. nu. 2. ff. de iusti. & iur. dicēdo, ꝙ si patria mādat alicui ambasiatā, tenetur eā facere. vt in. l. si quis. C. de decurio. li. 10. & in. l. 2. C. de præposi. agenti. in reb⁹ lib. 12. vbi de hoc & idē tenet Bal. in. d. l. veluti. esse, si † mādat alicui, ꝙ consulat, quia tenetur consulere per dicta iura, nā est publicū munus secundū eundē. ¶ E. ꝙ ambasiator potest cogi ad recipiendā ambasiatam, tenet in expresso gl. cōmuniter ibi approbata per Bar. Plat. & Luca. de Pē. & Bal. & Ang. in. d. l. si quis decurio. & est text. in. l. sciendū. §. si accusatio. et. §. ordine. ff. de legatio. licet contra riom teneat tex. in lege curiales. C. eod. tit. de decurio. vbi dicit, ꝙ potestas non potest cogere aliquem ciuem exire territorium ciuitatis. quia fallit, nisi ratione publicę vtilitatis secundū Iohā. de Plat. ibi. ¶ Sed si propter hoc paratur sibi ini-
4 micitia †, vel est sibi locus suspectus non cogitur recipere. vt in. d. l. sciēdū. §. accusatio. & Iohā. de Plat. i. d. l. si qs decurio. nu. 1 ¶ Et i tātū ab ista legatiōe, seu ambasiata, & procuratione nemo pōt se excusare, etiā si sint
5 † alij, ad quos primò tangit, quia si legatio virum talem requirit, tunc ordo non erit seruandus, aliàs sic secundùm Plat. ibi nu. 2 per tex. in. d. l. sciendū. §. ordine. versi. sed si legatio. & est glo. singula. in. c. quid ergo mirum. 11. q. 3. vbi ait, ꝙ si episcopus præcepit alicui, vt eat Romā, & iste se excusat, ideo, quia alij inueniuntur meliores, hæc excusatio nō valet, quia in legationibns ordo non est seruandus. & facit glo. in. c. si. 23. q. 2. vbi quoq; dicit, ꝙ si episcopus præcipit clerico Romā ire, p vtilitate suę ecclesiæ, ꝙ tenetur obedire: & si se excusat, dicendo, ꝙ mittat illum, qui ditior est illo, respondet ei episcopos, sicut Christus respondit Petro, Tu me seqoere, & respondit Petrus. Domine, hic autē quid? (demostrato Iohāne.) & dixit ei dominus. Quid ad te? sic eū volo manere, tu sequere me. ¶ Et sic infert Ang.
6 in dicta lege si qois decurio. ꝙ † quilibet officialis de nouo electus pro acceptando officio pōt cogi, & inuitus de domo extrahi, vt in. l. ex domibus. C. eod. & vide. l. 8. tit. 23. Parti. 3. & . l. si ad magistratum. C. de decuri. lib. 10. & Roma. sing. 185. & Bal. in. l. præsens. C. de suspe. tuto. & gl. in l. quamquā. C. de excusa. tuto. Ang. de Aretio. in l. 1. §. si quis tutor. ff. quando appellā. sit. 1. col. vbi cōpellitur acceptare per multā, & bānū, & incarceratione. ¶ Item nota, ꝙ ille, qui recepit procu-
7 rationē †, vel ambsiatā pro republica, habet vacationē ab oneribus, nisi ille procurauerit illam ambasiatam, vt in. l. qui data opera. ff. ex quibus caus. maio. & est tex. & ibi Aug. in. §. itē tria. Insti. de satisda. tut. & tenet Roma. singula. 591.

Prætorū Cap. 54.

ITem mādamos, q̄ quando la tal ciudad villa, o lugar ouiere de embiar algun mensajero [a], o procurador a nos, o al nr̄o cōsejo, que traya por escripto, y peticiōlo q̄

¶ Quinimo

Quinimo si aliquis casus acciderit in itinere, non cogitur respublica ei reficere damna, quia si bi dbet imputari, ex quo procurauit. vt Bar. in. l. inter causas. §. non omnia ff. mādati. & vi. Plat. in. l. 1. C. de re mili. lib. 12. vbi si quis cū licentia proficiscitur, & capitur à latronib⁹, vel inimicis sua culpa, vel negligētia, q̄ tēpore captiuitatis non debet habere salariū, nec damna refici vide Abb. in. c. cui pro causa. de procura. Es præsumitur affectanter & data opera causa reipublicæ abesse, si est in officio pauci valoris. tenet Lodoui. Roma. in dicto singula. 591. per text. in lege spadonem. §. fi. ff. de excusatio. tuto. quod dicit esse notādum & menti tenendum.

ha de hazer [b], o procurar firmado del escriuano de concejo de la ciudad, o villa, o lugar. Y que el dicho escriuano de concejo afsiente en el libro de concejo el dia, que el tal procurador, o mensajero partiere [c]. Y que el dicho mensajero, o procurador el dia que llegare a nue-
3 stra corte presen-

Summarium.

1 Ab instructione, seu mandato quis non debet recedere, aliàs si aliquid agat vltra, etiam si bene gerat, est puniendus.
2 Ambasiator, seu procurator, qui vnà cū negotiis ciuitatis sua negotia tractat, an habeat salariū.
3 Recipiens mādatum, potest repetere expensas, quas fecit pro negotio sibi iniuncto.
4 An valeat statutum; q̄ quilibet teneatur ire in legatione suis sumptibus.

b Ha de hazer. [b] Idem tenet Bart. in. l. si quis. C. d̄ decurio. lib. 10. dicendo, q̄ ambasiatores debent portare literas, per quas appareat, q̄ de licētia, & mandato suæ ciuitatis vadant. & idem tenet Bart. in. l. quotiens. C. de legatio. eod. lib. in fine. à qua instructione, & mandato talis nuntius, vel procu
1 rator nō debet recedere†, aliàs si aliquid agit vltra quā in mādatis, etiā si bene gerat, est puniendus, vt est tex. in. l. 3. §. in bello. ff. de re milita. & tenet Iohā. de Plat. in. l. seruum. C. de delato. lib. 10. nu. 1. versi. secūdò nota. & tenet Barb. in. c. prudentiā. de officio deleg. 6. col. Sed quid si talis
2 ambasiator, vel procurator tractat negotia † sua in curia, vel in chancellaria, vel in alia parte, vbi mittitur, an repetat expēsas, q̄ habebit salarium, licet in consequentiā negotia dñi, vel ciuitatis agat? Dic q̄ solū repetet salariū, & expēsas. quatenus fecisset pro negotio dūtaxat sibi iniūcto, & nō amplius. vt tenet Abb. in. c. cū pro causa. d̄ procura. nu. 2. contrariū vult tenere Bal. in. l. nō vere. ff. ex quib⁹ cauf. malo. dicēdo, q̄ pōt in ambasiata etiā suā priuatā vtilitatē, procurare, cuius contrariū tenet ibi additio. Bal. dicēdo, q̄ ambasiator dbet vacare solū circa expeditionē ambasiatę, non circa alia sed gl. ibi tenet, q̄ inspici, & iudicari dbet sed; q̄ principali⁹ intē debat & sic vult tenere idē qđ Abb. vbi sup. Vbi īquę nu. 1. tenet, q̄ susci
3 piēs spōte † mādatum, licet nil fuerit dictum de expensis, pōt postmodū repetere expensas, quas fecit, p negotio sibi iniūcto. & ibi in nu. 5. vi. an si aliquis gessit negotia alicuius, habeat actionē mādati. Et idē dicit de rectore ciuitatis, vel de alio, qui expēdit de pprio patrimonio ad vtilitatē ciuitatis, vel ecclesiæ, q̄ pōt illud repetere. fa cit. c. quicūq; 12. q. 4. & vi. ibi Bal. in. d. c. cūm, p causa. vbi facit quatuor casus in hoc. s. de mandato, iuxta mandatū, cōtra mandatū, absq; mādato.
4 vi. ibi per eū. Attamen valet statutū†, ordinatio, seu, pbi sio, q̄ quilibet teneatur ire in legatio ne suis sumptibus, & nō cōmunis, seu populi, & sic pōt esse munus personale, & etiā patrimonia le, siue mistū. glo. est notabilis in. l. honor. §. 1. ff. d̄ muneri. & honor. & tenet Iohā. de Plat. in. d. l. si quis decurio. C. de decurio. lib. 10. num. 2.

Summarium.

1 Ambasiatores, & procuratores debent portare literas, per quas appareat, q̄ de licentia, & mandato ciuitatis vadunt.
2 Decurio, seu rector non debet patriam exire, etiam si pro ambasiata ad principē mittatur, nisi de licentia iudicis.
3 Decurio, seu rector nō potest acceptare rectoriā extra ciuitatem, sine licentia.
4 Medici salariati non debent recedere de ciuitate absq; licentia priorum.

c Partiere. [c] Nota tex. q̄ ambasiatores, & procuratores, seu nuntij debēt
1 portare † literas, per quas appareat q̄ de licentia & mandato suę ciuitatis vadant. vt est tex. & ibi Bar. Bal. & Ang. & Plat. in. d. l. si quis decurio. C. de decurio. lib. 10. & Iohā. de Plat. in. l. palatinos.

C. de colla. fundo. fiscali. lib. 11. ait, per tex. ibi, quod ambasiatori non creditur sine literis suæ ambasiæ, nisi sit vir nobilissimus. ¶ Et vi. Bal. in. d. l. si quis decurio, vbi dicit, quod procuratores, & ambasiatores ex tunc computant tempus ad habendū salarium, cū sit eis preceptum de eūdo, & quod stare debent in curia donec rex, vel papa det eis responsum et licentiā remeandi, & sic non debet quis patriā reuerti, nisi licentiatus ab eo, ad quem mittitur. i. finita ambasiata, respōsione recepta, alioquim punitur, vt ibi. ¶ Quinimo decurio. i. rector ciuitatis † non debet patriam exire, etiam si mittatur pro ambasiata ad principē siue destinetur causa rei publicæ propriç. s. illius ciuitatis, vnde mittitur, nisi de licētia sui iudicis. & dbet portare scripturā, qua contineatur eum licentiatū, & eū decurionem esse secundūm Bal. ibi per. l. si qua per calumniam. in fine. C. de epis & cleri. ¶ Et Angel in. d. l. si quis decurio tenet, quod similiter talis decurio (qui regidor vocatur) non potest acceptare rectoriam extra ciuitatem sine licentia. vt tex. & ibi gl. in. l. dū virū. C. eod. de decurio. Quod facit contra istos regidores Hispaniç, qui acceptāt rectorias. i. corregimenta, sine licentia ciuitatis, quia non possunt acceptare officium extra terminum suç ciuitatis, ne publica vacillet vtilitas. vt dicit text. in. l. humilioribus. C. de suscep. & arca. lib. 10. idē tenet Bart. & Plat. in. d. l. dū in virum, vbi infert, quod priores, seu anciani ciuitatis non possunt acceptare aliquā signoriam. seu rectoriā extra suā ciuitatem. & idem dicit de omnibus cōsiliariis curiæ. vt in. l. oēs. C. eod. tit. nec debent acceptare, seu ire sine licentia superioris vt in dicta. l. si quis decurio. quod dicit Bar. esse menti tenendum. Idem tenet tex. & ibi Iohā. de Plat. in lege omnes omnino. C. eod. tit. Ex quo potest sumi cautela secundūm Iohan. de Platea in dicta lege dum in virum, quod quādo quis est electus in potestatem alicuius loci inimici, vel exsi terræ electi, de quo est suspicio ne capiat ibi domesticitatem in damnum suæ terræ, nam vt non valeat ad dictum officium accedere est cautela, vt eligatur de prioribus ancianis, vel consiliariis, & tunc non poterit per dictam legem. Quinimo sine hac cautela potest sibi interdici secūdūm Plat. ibi, ne vadat ad dictum officium ex hac causa: quia iste locus non est amicus, nec conformis loco electi. & sic interest reipublicæ ipsius electi, quòd non acceptet, sicut & aliàs ex iuxta causa potest interdici ciuibus, ne ad certam aliam terram accedant, ne suæ patriæ propalentur arcana. vt per Bar. in. l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interdi. & relega. ¶ Idē dic de medicis, † quia medici salariati nō debēt recedere de ciuitate absque licentia priorum. secundū Baldum in dicta lege si quis decurio.

te ͨ en el nr̃o cōsejo ante vno d̃ los nr̃os escriuanos d̃ camara que en el reside el tal memorial. Y saque se del dia que lo presentare. 4 Y del dia q̃ fue despachado ͤ porq̃ por aquella le paguen

d Se presente. ᵈ Idem tenet tex. in leg. nemo. C. de re milita. libro. 12. vbi quando aliquis miles mittitur ambasiator ad principē à suis numeris, vel tribunis, debet in continenti se præsentare viris illustribus, sub quorum regimine est, qui exposita causa legationis, faciant eū habere responsum principis, & citum, idest, velocem remeandi licentiam. vi. ibi Plat. & Bar.

Summarium.

1 Nuntij, qui ad principem mittuntur, an debeant recedere absque eius licentia.

e Despachado. ᵉ Consiliarij, vel nūtij, vel procuratores ciuitatis, qui mittuntur ad principem, non debent redire, nec recedere absque licentia principis. vt in dicta lege si quis decurio. C. de decurio. lib. decimo. & dixi suprà in glo. quod intelligo, quando tendunt ad curiam ex mandato regis: quia si ex mandato ciuitatis mittuntur, non debent ad ciuitatem redire sine ipsius ciuitatis licentia. vt in lege nullus. & ibi per Bartolum. C. de officio. recto. prouinci. secundūm Platea. in dicta lege si quis decurio.

Summarium.

1 Si nuntius, vel procurator stat plus in negotiis, quam expedit, non debet ei solui illud plus, imò si recipit, tenetur restituere.

Si nuntij

2 Si nuntij,& ambaſſatores infirmentur, debetur eis ſalarium. Et quid ſi derrobatur in via; an mittens teneatur ad emendationem damni.

3 Si procurator,nuntius,& ambaſiator vadit ꝑ viã tranſuerſam,& magis longã, vt maius ſalariũ habeat,non poteſt conſequi illud. Et quid ſi vna die expediuit, quod erat expediendum duobus an ſalarium duplicetur.

4 Donatio facta nuntio,procuratori, vel accuſatori,an adquiratur ſibi,vel ciuitati.

ſu ſalario[f]. Y que ſi aſsi no lo lleuare,q̃ no le paguen ſalario algũo,ſopena q̃ los que lo libraren el dicho ſalario paguen el dicho ſalario de ſus caſas con el doblo para nueſtra camara. Y que ſi de otra manera truxere las peticiones,que no ſean recebidas,y que el dicho corregidor pague d ſus bienes la coſta,que el dicho mẽſagero o procurador hiziere.

[f] Salario[f] Quando iſti nuntij, ſeu procuratores ſtant in negotiis, illud, quod expedit. Secus ſi ſtant pluſquam expediat
5 doloſe,& voluntate ſua,quia tunc nõ debet † eis ſolui illud plus,imò ſi receperunt,tenentur reſtituere expenſas ciuitati. tex. eſt in.l.& qui data opera.ff.ex quibus cauſ.maio.& ibi glo.& tenet ſumma Syluestri.in parte,abſens.vbi quoq; dicit,ꝙ qui in officio modici valoris eſt abſens cauſa reipublicę,præſumitur abſens affectatè,& data opera.arg.tex.ſingula.in.l.ſpadonẽ.§.ſi. ff. de excuſatio tutor. ¶ Sed ſi iſti nuntij,vel procu-
2 ratores infirmantur †,debetur eis ſalariũ & quo ad reddire poſſunt.tenet Bar.t& dicit eſſe notãdum,quia ſępiſsimè occurrit.in.l.hic qui.§.tandiu.ff.ex quibus cauſ.maio.& vi. Parid.de Puteo.in tracta.ſyndica.in parte,iudex in officio. folio.183.numero quinto,vbi ait,ꝙ ſi ambaſiator infirmatur in itinere, debet curari expenſis reipublicæ. Vide tu Abb.in dicto capit.cum ꝑ cauſa.numero quarto.de procurato.vbi tenet cõtrarium,dicendo, ꝙ procurator non recuperat extrinſecas expenſas factas in itinere,dum iret pro domino,vt putà expẽſas in infirmitate,vel ſi incidit in latrones,& fuit derrobatus.& dicit eſſe tex.in.l.inter cauſas.§.non omnia. ff. manda.& ibi Bart.quia hæc ſunt extrinſeca mandato,& potius ſunt imputanda caſu fortuito.quod dicit ſecus in duobus ſociis. ¶ Sed pro concordia die,quia licet non debeantur expenſæ infirmitatis,vt Abb.dicit maximè ſi ſũt magnę.vt Bartolus in.leg.ſi cùm dotem.§.ſint autem.ff. ſolut.matrimo. & in.l.in rebus.ff.commodati. & docto.in capit primo.de cleri.ęgrotant. tamen ſalarium bene debetur,quia infirmus ſeruire intelligitur.gloſ. in dicto capit.primo de cleri. ægrotan.alia in capit.ad audientiam. de cleri. non reſi. Et ꝙ debeat habere ſalarium. tenet Iaſ.in.l.diem furto.ff.de offi.aſſeſſo.numero.38 & Barb.in capit.ſi propter ſterilitatem.de loca. to.columna nona.& idem tenet Iohan.de Anna,in capit.quàm ſit.de Iudęis.vbi quoq; ponit quid ſi duo ambaſiatores erant pro ſua ciuitate, vnus infirmatur,alius expectat eum in itinere, vtrum iſte expectans debet habere ſalarium. ¶ Et ꝙ talis procurator,ſeu nuntius,vel ambaſiator tempore infirmitatis habeat ſalarium, intellige, niſi iſte ambaſiator dederit cauſam ſuæ infirmitati.vide deciſsionem capellæ Toloſæ. 360. vel ſi fuit infirm⁹ magno tempore, ſi verò modico, Secus, & hoc ſi magnam percipiebat pẽſionem, vel ſalarium,Sec⁹ ſi modicam.vt per Innocen. in cap. ſępe.de locato.ꝑut tenet.d.decimo Tolo.360. quam vide. ¶ Sed quid ſi ambaſiator, ſeu nuntius derrobatur,an mittens teneatur ad emendam? vide Bart.in lege inter cauſas. §.non omnia. ff. manda.& melius, vbi ſingulariter diſtinguit in.l.ſi ſeruus cõmunis. §.quod verò ad mandati.ff.de furtis.& vide ſingulariter diſtinctionem Petri Antiboli.In tracta.de muneribus.in.3.parte §.primo. numero. 40.tomo ſexto tra.folio.30. ¶ Sed quid ſi iſte nuntius, vel ambaſiator vadit per viam tran-
3 ſuerſam, & magis † longam, vt habeat maius ſalarium? Dic ꝙ illud plus non poteſt conſequi.ſecundùm Pari.de Puteo.vbi ſupra.& facit quod tenet Bartolus in.lege qui fiſcales. C. de nauicula.libro vndecimo.& idem dicit ſi vadit per viam non rectam propter timorem,quia non debet habere ſalariũ pro via,quã fecit,ſed ꝑ ea,quam facere debet.facit.l.fin.C.eod.de nauicul.&.l.ſecunda.§.pẽ.ff.ſi quis cautio. ¶ Et ſi pro quolibet miliari debet habere decem,tàm pro eundo quàm redeundo, ſi in vna die expediuit quod erat expediendum in duobus, duplicatur ſalarium ſecundum gloſſam.& Dy.

in.l.

in.l.eos.ff.de falsis.secundùm Parid.de Put.vbi
4 suprà.¶ Sed quid si donatio est facta † ambasiatori, vel procuratori, an acquiratur sibi, vel ciuitati? Bart.in.l. socium qui in eo.§. socius. ff. pro socio. tenet quod ambasiatori adquiratur. de quo ibi per Alex.in additio. latè distinguentè. s. an talis donatio fuit facta contemplatione mittentium. vel ipsius ambasiatoris, quod potest percipi ex

Sequitur caput.55.

Otrosi, que estos capitulos fagan leer^a en concejo al tiempo que fueren recebidos enel officio, y que fagan poner el traslado dellos enel librode

qualitate doni. & vide Paul.de Castro. in.l. qui proprio nomine.§.procurator.ff.de procura.nu. 4.& Pla.Rub.in repeti.rubr.de dona..§.45.folio.25.num.6.vbi indistinctè tenet, quod cedit ambasiatori allegando Abb.in.c.postulatis.de concessi.præben.& Bart.in.l.si verò.§. Item quid. ff.solut.matr.& tu vi.Bal.in.l. manifestissimi.§. secundum in secunda.num.5.C.de furtis.vbi indistinctè tenet, quod in dubio nõ tenetur redere ciuitati.& facit ratio Bar.in.d.§. Item quidquid. quia donationes, quæ fiunt ab imperatore, vidẽtur fieri contemplatione eius, cui dantur. vt in l.cùm nulla.C. de bonis quælibe.& inducit pro hoc.l.diuus.ff.de bonis damna.vbi patet quod tales ambasiatores consueuerunt remunerari, & sic quod nullomodo debent restitui communi. nisi expressè fuerit eis datum, vt communi redderent.secundùm Bar.vbi suprà.& hanc opinionem Bart.reperio sequi & tenere Bald.in consilio.57.in primo libro.reiecta distinctione communi, an fuerit donatum contemplatione ciuitatis, vel ipsorũ, vel habeat eos notos, vel ignotos, aut sint congruentia eis, vel non. & dicit, quod pro opinione Bar.est casus in.d.l. socium qui in eo §.fi.& per illa iura, vt ibi per eum. & quia consuetum est sic fieri, & hoc potissimum inspiciendum est. vt in.l.iuris gentium.§.pactorum. ff.de pactis.& quia etiam in honorem alterius datur alteri. vt in.l.cùm filius. §. pater. ff.delega. secundo.& quia illud, quod donatur bene merito, non censetur contemplatione officij donatũ sed tanquam extraneo. vt notatur in authen. vnde si parens.C.de inoffi. testa.& in.l.si donatione.C.de colla.de hoc putat Bal.in.d.cõsilio. nõ debeat fieri quæstio inspecto iure cõmuni, nec etiam inspecta ęquitate naturali, quia boni sunt pręmiandi. vt C.de statuis & imag.l.& virtutẽ. & in.l.prima.post principium.ff.de iusti.& iure.maximè à regibus, & nobilibus. vt. ff. de dona.l.Aquilius. & in hoc Bal.nil aliud dicit, nisi quia ita dicit se tenere. quem vide. & licet Bal. non dicat, ilta minet opinionem tenet. Cyn. in d.l.manifestissimi.fin. colũ. versi.5. colligitur hic arg. quia secundùm epm ambasiatores fuerunt liberæ personæ, & poterant sibi acquirere & nunquam intelligitur alia persona in huiusmodi donatione nisi fuerit expressa. arg. tex.in.l.ita stipulatus.§. Grisogonus.in fine. ff.de verbo.obliga.& quia, vt dictum est, sic fieri solet. Et ista ratio magis mouet secũdũ eum, quia præsumendum est ex eo, quod fieri solet.per.d.l. iuris gentium.§.pactorum.& quod ambasiatores non teneantur restituere sibi donata illis, qui eos miserunt, & dicuntur propria ipsorum ambasiatorum, est communis opinio secundùm Alex. in d.l.si verò.in.d.§. Item quidquid.licet de Bal.in d.consilio, nullam faciat mentionem. & quia secundu n eundem non videtur recipere tanquã ambasiatorem, cùm mandatum suum ad hoc nõ extendatur. de quo per Angel.& Imol. in. l. si plures.§.in arrogato.ff.de vulgar.& pupil. quod est notandum pro istis procuratoribus, qui à ciuitatibus mittuntur ad curiam regis, quãdo vocantur ad dictas curias, quia cotidiè rex eis donat iura, seu habita sancti Iacobi, vel similia. qa sunt sua, & non ciuitatum. ¶ Imò si isti nũtij prolixo tempore pro republica laborem sustulerũt remuneratio est tribuenda eis vt fructus laborũ præteritorum consequantur. vt tenet Iohan. de Plat.in.l.finali.C.de decuri.lib.10.in fine.

Prætorum caput.54.finis.

Sequitur caput . 55.

a LEer. In quãtũ iste tex.dicit, quod iudex dũ in officio recipitur, debet facere legere capitula ista, & copia ipsorum in libro concilij remanere, idem cauetur in prouisionibus officiorum, non seruatur, quia iam capitula ista sicut notoria, & scripta in corpore iuris, & quis non debet ignorare. vt per totum titulum. C. &. ff. de iuris & facti ignoran.& Ias.& docto.in.l.iuris. C.qui admitti.

Guarda

[b] Guardar[b]. Vide tex. in c. 1. supra eod. & ibi dixi in glo. Y cūplir todo lo dicho.

Summarium.

1 IVdices, & officiales, qui in principio suorum officiorum iurauerūt iustitiam administrare, & vtilia ciuitatis facere, non requiritur q̄ iterato iurent.

2 Iuramentum de preterito obligat in rebus in futurum faciendis sub virtute iuramenti de præterito.

[c] Que se juren[c]. Vide tex. in c. 1. supra eod. & ibi dixi in glo. Fagan juramento. & in gl. Cumplir. & in proœmio istorum capitulorum in fine. & ibi dixi in glo. Fagan juramento. vbi latius. ¶ Et vltra ibi dicta dic, q̄ quādo rectores, iudices, & decuriones †, & alij habētes iurisdictionem, & administrationem, qui in principio suorum officiorum iurauerūt iustitiam administrare, & vtilia ciuitatis facere, nō requiritur iterato q̄ iurent, sed sufficit sola præpositio scripturarū ad memoriam precedentis iuramenti, sicut in epo. vt in authen. sed iudex. C. de episcopis & cleri. & hoc modo potest saluari glo. in l. 1. ff. de ventre inspicien. & c. fraternitatis. de frigi. ¶ Ex quo infertur, q̄ iuramentum † de præterito obligat in rebus in futurum faciendis sub virtute iuramenti de præterito præstiti secundū Iohā. de Plat. in l. si quæ hereditatis. C. de venden. rebus ciuita. lib. 11. nu. 3. quod dicit esse verū, quādo iuramentum fuit generale. vt ad futura extēdi possit. Secus si sit speciale, super obseruantia vnius statuti, quia tunc non extenditur ad futura statuta. vt in c. 1. de iure iuran.

Prætorum caput. 55. finis.

Sequitur caput. 56.

Summarium.

1 IVdex non tenetur recipere successorē in officio, si ante suū tēporis finitū successor fuit de illo prouisus.

[a] DEl dia[a] concejo al pie del auto d' su recibimiē to, para que mejor se acuerdē de todo lo q̄ ouierē de proueer. Y alli en consejo prometan de guardar, y hazer guardar[b] los capitulos, y ordenāças de suso contenidas, q̄ por ellas se les mā da q̄ prometan. O trosi jure ansi mismo de guardar las otras q̄ disponen q̄ se juren[c].

Prætorū caput. 56.

OTrosi que embien la fe del dia[a] que fueren recebidos al officio de asistente, o gouernador o corregidor.

[a] Iudex debet mittere ad consilium regis fidem diei, in qua fuit receptus ad officium prętoriæ. Et rationem credo esse, vt ista fide rex, seu senatores consilij sciant in quo tēpore expirat officiū, vt de illo alteri probideant. vt tenet Amode. Iusti. in tracta. syndi. in parte īchoata & formata fuit dicta inquisitio. ¶ Quia ante † tēpus finitum non debet rex prouideri alij de illo officio: & si ante finitum rex prouideat de illo officio alteri, non tenetur recipere successorē ad officiū, quia talis prouisio, vel creatio ante dictū suum tēpus finitum ipso iure non valet. vt tenet Bald. in l. scire oportet. §. consequens. in fine. ff. de excusa. tuto. vbi ad literā ait, q̄ si officialis est creatus in aliquo officio, & ante eum dimissum vel remotū, alius est creatus loco eius ipso iure no valet eius creatio. vide quę dixi in capit. quinto. supra eod. in gl. prima. & sic ad laudem Dei in Arce del Adrada illustris Antonij de la Cueba Abulensis diœcesis finiui, vigesima secunda die Nouēbris. Anno. 1542. & ideo capita iudicum syndicatus sequitur.

Finis capituum Prætorum.

Lo que mandamos que guarden los que van a recebir la residencia.

Iudicum syndicatus. Caput. I.

Summarium.

1 IVdices syndicatus ad omnia contenta in literis, quas portat, debent attendere, & eas implere, & executioni mandare.
2 Iudex syndicatus vocatur ratiocinator, qa rationem gestæ administrationis cognoscit.
3 Syndicatores rei syndicantur.
4 Syndicus ad reuidẽdum gestionis rationem, & iudicandum officiales, eligitur & deputatur.
5 Syndicatio est experimentum totius iustitiæ.
6 Iudex debet syndicari, licèt officium exerceat gratis.
7 Iudex debet syndicari, licèt rex decreuerit ꝙ nõ debeat syndicari.
8 Si liberatio redditionis rationum est alicui remissa, & onus alicuius administrationis, dolus non videtur remissus.
9 Officialis non debet syndicari de negligentia si est leuis. Secus si sit dissoluta, & proxima dolo.
10 Officialis electus cum pacto, ꝙ non teneatur stare ad syndicatum, nisi de furtis, & barateriis, & illicitis extorsionibus, syndicatur de omnibus iniustis sententiis. Et contra obligatum stare ad syndicatum non currit præscriptio.
11 Dolus non præsumitur contra iudicem, sed imperitia, & iniustitiam non præsumitur facere.
12 Fauendum est iudicibus, & officialibus in syndicatu, & non sunt calumniandi, nec contra eos facienda est scrupulosa inquisitio.
13 In iudice, seu decurione amoto de officio sine turpitudine durant reliquię prioris dignitatis.
14 Offendens iudicem officio finito, punitur, ac si offendisset ipsum tempore officij.
15 Iudex, qui in officio bene se habuit, laudandus est.
16 An iudice defuncto suus hæres teneatur stare in syndicatu.

1 MAndamos. a Iudices syndicatus † ad omnia contenta in literis, quas portant, attendere debent, & eas ad implere, & executioni mandare, sicut in dictis literis continentur. Idem tenet. Amodeus. Iusti. in tracta. syndica. in parte. Itẽ in eo ꝙ dictus potestas, & officiales non fuerunt continuam residẽtiam, dicendo, ꝙ de residẽtia facienda durante officio, & tẽpore syndicatus communiter prouidetur per statuta, & per formam electionis, à qua non est recedẽdũ. dicit esse arg. in. l. eum ij. §. si prætor. ff. de transa. & in. l. diligẽter. ff. mandati. quia superiorẽ debent syndicari officiales. vt tenet Bal. in. c. quoniam cõtra. de probatio. uum. 25. per tex. ibi in quantum dicit per superiorem iudicem animaduersione debita castigetur.

Iudicũ syndicatus.

Caput. I.

PRimeramente mandamos, q̃ miren todas los cosas que les mandamos enlas cartas q̃ lieuan, y aquellas

2 ¶ Et talis iudex syndicatus † vocatur ratiocinator, quia rationem gestę administrationis cognoscit, vt in lege secunda. C. vbi de ratio. agi opor. & si iniustè condemnat, debet puniri, & processus per superiorem reuideri. vt in c. ea quæ. §. sequentes. de statu. mona. facit. l. tutor. §. si. ff. de fideiusso. ideo in multis locis syn-
3 dicatores † resyndicantur secundùm Amode Iusti. in d. tracta. octaua columna. vers. syndicos, & syndicatores. & est tex. in capit. 22. infra eod. ¶ Quoq; dicitur syndicus, qa iudicat & cognoscit de causis officialiũ quasi singulorum, dicens causam secũdũ Bal. in. d. l. 2. C. vbi de ratio. agi oportet. & sunt syndicus ad agẽdũ & defendendũ causas vniuersitatis constituitur ab vniuersi

tate

4 tate & consilio,ita syndicus ad reuidendum† rationem gestionis,& iudicandum officiales eligitur,& deputatur. ¶ Et Paris de Put.in tracta. syndica.in parte dicitur.folio.27.in principio. dicit,q syndicatus dicitur quasi de quetelis singulorum sermo.secundum docto.antiquos.arg. glossæ in.l.1 §.1.ff.quod cuius vniuer.nomi.vel syn
5 dicatio† est experimentum totius iustitiæ.secundum.d.Paride de Put.in.d.tracta.fol.1.in parte syndicatui.nam æquum visum fuit,vt,q officialis in officio comedit,tpe syndicatus ad instar cibi digerat.vt gl.in.l.2.C.de cohartali.lib.12.& tenet Ias.in.l.1.C.vt omnes iudici tā ciui.quàm crimina.nu.5.& quia arctandus est vbi administrauit.secūdū Parid.d Put.vbi supr.& quia sicut homo post sumptū pastum habet necesse illū digerere,ita post assurptū & cōpletū officiū oportet officialē illud digerere,& rationem reddere.vt si malè gessit,luat pœnas,stando ad syndicatum.prout tenet Plat.in.l.priuilegia.C. de coharta.princip.lib.12. ¶ In tātū iudex dbēt
6 syndicari q syndicatur† licet exerceat officium gratis & sine salario prout tenet Amode.Iusti. vbi supra.versi.ad syndicandum.per.l.licet.§.1. ff.nau.caupo stabula.Et ibi idem tenet q debet
7 syndicari licet rex,vel priores† decreuerūt,q nō debeat potestas syndicari allegando Bal.in.legē mancipia.C.de seruis fugiti.& vi,Alex.in.l.si mora.ff.solut.matri.numero secundo.vbi tenet q licet concessum est arbitrium potestati cum hoc,q non teneatur stare in syndicatu, q per hoc solū intelligitur remissa leuis,& leuissima culpa.de qua tenebatur.vt in.l.non aliter.& in l.magistratibus.& vtrobiq; notant docto.ff.de magis.conueni.dolus vero,& lata culpa, non remittitur.ad quod benefacit,quod notat Bal.per illum tex.in.l.1 vēditione,§.1.in versi.de tpe.ff. de bonis auto.iudi.possi.vbi vult,q ille,cui conceditur arbitrium,videtur indistinctè culpa leuis remissa,non dolus.de quo latè per Paridē de Put.in.d.tracta.syndica.in parte electio officia
8 lium.fol.107.vbi in nu.6.dicit†,q facit,q si alicui est remissa liberatio à redditione rationum, & omnis alicuius administrationis,non videtur remissus dolus.vt in.l.Aurelio.§.Gaio.ff.de liteatio.lega.cum multis legibus eius.tit.& vide doctorem del Castillo in.l.27.de Toro.in tractatu de ratione reddenda.in.5.parte.& per Alexan.in consilio.74.num.2.libro septimo.vbi latè.& Philippus Decius.consilio.343.in fine.Saly.in.l.necessitatem.C.de fideicommiss.Bal.consilio.48.primo volu.versi.tertio. ¶ Facit quod tenet Ange.in.l.si seruus vetitus.ff.de lega.1.vbi

9 ait†,q officialis non debet syndicari de negligētia,quando est leuis,secus si sit dissoluta,& proxima dolo. ¶ Et facit quod tenet idē Angel.in.l.
10 si seruo.ff.de hęredi.institu.vbi ait†, q si officialis est electus cum pacto,q nō teneatur stare ad syndicatū nisi de furtis,& baratteriis, & illicitis extorsionibus, q propter prægnantiam istius verbi extorsionis,syndicatur de omnibus iniustis sententiis,quarum vigore aliquid erat exactum iniustum. Tamen Iohā.de Imol.ibi sub dubio fortè tenet contrarium,prout tenet Alex. in.d.l.si mora,nu.2.de qua quæstione an possit fieri pactū cū aliquo officiali,nec teneatur stare ad syndicatū, vide Cataldi.in tracta.syndica q. 15.vbi idē videtur cōcludere,q ex gestis ex dolo teneatur quinimo cōtra obligatū stare,ad syndicatū ratione administrationis officij nulla currit præscriptio,etiā si steterit.40.annis,post finitū officiū. Facit tex.& ibi Plat.in.l.ordinariorū. C.de cohartalibus.lib.12.nu.3. ¶ Sed tene, q in
11 dubio non præsumitur† dolus contra iudicem, sed imperitia.vt in.l.1.in principio.ff.de appel la.& non præsumitur iudicem facere iniustitiā. vt notatur in.l.non cogēdū.§.1.ff.de procurato. secūdū Bal.ibi.quia est legis minister,qui debet sequi formā legis, & ab illa non discedere.secūdū Bal.in.l.quę sub conditione.ff.de cōdi.institu.& præsumitur in eo cessare omnis fraus. vt in.l.1.C.de prędiis curiali.li.10.& p gestis in officio habet præsumptionē iuris p se,& p ipso semper præsumitur.vt est tex.singul.in.l.2.d officio ciuil.iudi.aā in subditis paternè agit. vt Bal.in.l.pacta nouissima.C.de pactis.& ipse iuste præsumitur facere omnia,quæ facit.vt i.c.bonæ memorię.de elec.& Bal.in.l.generaliter.C.de ēpis.& cleri.qa lex ęquiparet factū iudicis,& dispositionē legalē.vt Bal.i.l.qd ergo.§.pœna gra uior.ff.de his q not.infami.& ideo dixit Bal.in l.si filius.ff.de iudi.q pro iudice præsumitur, vt non videatur dolo pronuntiare,nisi euidenter probetur contrarium,& quia est verisimile, q iudex subiecta veritate partium faciat, qd iuris est,vt in.l.1.& ibi Bal.C.vbi pupillus educat.debet,& facit tex.in.c.super literis.de in in
12 tegr.restitu. ¶ Et ideo iudici† & officialibus in fine officij in syndicatu fauēdum est per syndicatores,& in dubio non sunt calumniādi,nec contra ipsos facienda scrupulosa inquisitio in reuerentiam prioris officij. arg. tex. in lege diuo Marco. C. de quæstio. & tenet Paris de Puteo. in tracta. syndi. in parte,per syndicatores.folio.18.& dicit allegando Angel.in authē. vt iudices sine quoquo suffrag.§.oportet.coll.2.

per illum tex.q̃ si iudices puras manus habuerunt, magna fulgebunt gloria, econtrà si furta cõmiserunt, punietur. Is ergo qui mundas habuit manus in officio, & qui non diffamatur de corruptione, & barateria, non debet pati scrupulosam inquisitionem. per.d.§.oportet. nam magistratus datur propter vtilitatem publicam. & nõ ita protinus contra ipsum subuenitur

executen y cumplan[b], segun que en ellas fuere contenido.

vt in lege prima.in fine.ff.de magi.conueni. Dicit ergo de Paris Pute. vbi suprà.numero sexto.q̃ si permittatur contra officiales in fine officij & in syndicatu fieri scrupulosas inquisitiones, & in iniuriari, & ipsos calumniari, & insolentias fieri frangetur nerbus iustitiæ, & authoritas iudicium deprimetur, & vilescent, malefiei vires audacia assumet, & successores in officio lenta calle procedunt. Igitur iudicibus ficientibus residentiam semper est eis fauor præstãdus, quia pro iudicibus etiam in arbitrariis sempee præsumitur, non solùm in diffinitiua, verù etiã in interlocutoria. secundùm Innocentiũ. c. innotuit. de eo. qui furti. ordi. sus. vt refert Bal. in authen. sed & si quis. C. de testibus. nisi in contrarium appareat, vt Bal. in. l. fi. C. de fideicommiss. liber. vt per. d. Pari. de Put. vbi supra. nu. duodecimo. vbi concludit, q̃ in memoriam dignitatis, & officij. & quia lex de ipsis bene præsumit, non debent iudices, & officiales in syndicatu nimis vexari, aut calumniari, & fieri scrupulosa inquisitio contra ipsos. Dicit esse arg. in l. fi. ff. de diuortiis. & Bal. in. c. cùm te. de re iudi. in principio, vbi dicit, q̃ rector ciuitatis nõ est de minimis syndicandus. & non debet fieri scrupulosa inquisitio de minoribus, propter liberũ arbitrium voluntatis, quod natura hominibus, tribuit. l. si. seruus vetitus. ff. de lega. primo. & in
13 l. pen. ff. de quæst. vbi dicitur †, q̃ in decuriones moto de officio sine turpitudine, durãt reliquiæ prioris dignitatis, quia non sunt torquendi. satis enim torquentur officiales. contra quæ multæ iniustę, & contra famam & honorem suum querellæ offeruntur, quia inuitus ad iudicium protrahitur. vt in. l. properã dum. C. de iudiciis, arg. in. l prima. §. persuadere. ff. de seruo. corru-
14 pto. ¶ Et si finito officio † offendatur, punitur offensor, ac si offenderet ipsum tempore officij vt tenet Bald. in. l. obseruare. §. proficisci. ff. de officio proconsul. & lega. in septima quæst. qđ intelligit verum, si fuit offensus ratione præ-
15 teriti officij. ¶ Et adde, q̃ si bene in † officio se habuerit, laudis pręmia consequatur, sint autem male puniatur, vt Paris d Puteo in. d. tracta. syndica. folio secundo, vbi per totum tractatum. vide plura in materia syndicatus. quæ commode in istis capitibus adaptari non possunt. ¶ Sed
16 quid si potestas est defunctus † quomodo literæ commissionis, & residentiæ executioni mãdabuntur contra eũ, an hæres eius teneatur stare in syndicatu? Dic q̃ regulariter hæres non tenetur stare ad syndicatum officialiũ, cùm iurisdictio ad hęredes nõ transit. vt in. l. si filius. ff. de iudi. & ibi Bal. num. 3. Idem tenet Angel. in. l. dies cautioni. §. hæc autem. ff. de damno infecto. Qđ dicit, q̃ fallit, nisi in casu illius tex. & in casu in authen. vt scenicas mulieres. circa finem colla. 5. & ibi vi. Paul. de Castro in. d. §. hæc autẽ. & vi. Cataldi. in tracta. syndica. q. 27. & sic, q̃ hęres iudicis, qui male iudicauit, ad syndicatum stare non tenetur. vt Angel. in. l. Iulianus autem. ff. de iudi. ¶ Quod limita, nisi conueneretur pro eo quod peruenisset ad hæredem. secundùm glo. ibi & bene secundùm Ange. ibi & vi. Paul. de Castro. in. d. l. si filiusfamiliãs iudex. num. 11. & vi. tex. in. l. in hæredem. ff. de calumniato. & vi. singulariter Angel. in. l. 1. ff. de priua. delen. vbi tenet, q̃ hæres potestatis nõ tenetur stare ad syndicatum pro eo, nisi cum potestate primitus fuit lis contestata, saluo si nõ potuerit lis cõtestari cum eo, forsitam propter eius subterfugia. quod nota & vi. Angel. in. d. authẽ. scenicas. colla. 5. in fine. vbi tenet, q̃ pœna iudicis facientis litem suam, non transit cõtra suum hæredem, nisi primus contra iudicem fuerit lis contestata. ¶ Sed vi. tu Angel. Areti. in tracta. malefi. in parte, per iudicem maleficiorum. in fine. vbi ait, q̃ si iudex recipit aliquid per cõmissionem, vel barateriam, talis pœna transit ad hæredem, etiam si cum eo non fuerit lis contestata. vel ad hęredem eius nil perueneriť de quo vi. Bar. in. l. datur. ff. ad. l. Iulia. repet. & singulariter per Pari. de Put. in. d. tracta. in parte, hęres. fol. 126. vbi ad longũ. & vide quæ dixi in cap. 4. supra in capit. corre. in glo. Entregue. nu. 12. & 13.

Y cumplan[b].

b Simil tex. & ibi latè dixi in capitulis correctorũ. c. 1. in glo. Les fuere mandado.

Iudicum syndicatus. Caput. 1. finis.

Sequitur

Sequitur caput.56.

a Fielmente. a Similis tex. & ibi latè dixi in cap. primo. in capitibus correctorum glo. Guardando nuestro seruicio.

El derecho a las partes. b Simil tex. & ibi dixi in c. primo. in capitibus correctorū. in glo. Y el derecho alas partes. & in glo. Y derecha mente.

Iudicū syndicatus. Caput. 2.

Otrosi, q̃ durāte el tiē po q̃ tuuierē el dicho cargo q̃ les es encomēdado vsen biē del, y fielmēte[a] guardando nr̃o seruicio, y el derecho alas partes[b], y que guarden todos los capitulos que man damos guardar a nuestros corregidores.

Iudicū syndicatus. Caput. 2. finis.

Sequitur caput.3.

Summarium.

1 Præconium, quod iudex syndicatus mittere debet per ciuitatem, & villas contra iudicem, qui syndicatur.
2 Præconium, quod mittitur contra iudicem, debet poni in scriptis in valuis audientię, vt ll get omnes. vide hîc.
3 Præconium quoq; debet fieri in villis, & locis ciuitati adiacentibus.
4 Rusticis non habentibus notitiam bāni, nō current tempora banni.
5 Si contra rusticos aliquid statuatur, non tenetur si contra faciant, nisi statutum illis fuerit publicatum.
6 Rustici per se faciunt plebem.
7 Officialis debet procurare, vt causa sui syndicatus tempore debito expediatur, & vt fiāt talia banna cum cōminatione, vt hîc.
8 Bannum est quędam cōminatio.
9 An à banno potest appellare, & in integrum restitui aduersum eum.
10 Officialis euaditur à syndicatu, si querelę non fuerunt datæ in tempore bāni.
11 Officialis, qui stetit in syndicatu, an potest amplius conueniri.
12 Sentētia debet ferri de officio bene gesto, & debet iudex in tali sententia cōmēdari, & si malè gessit, est vituperandus.
13 Quòd tp̃s per syndicatores statuitur ad dādum illas querelas contra officiales.
14 In termino syndicatus feriæ etiam in honorem Dei non obseruantur, imò proceditur in eis die feriato.
15 Causę syndicatorum debent breuissimo tempore expediri, & propter breuitatem instantiæ possunt ferè omnes termini cumulari, videlicet ad excipiendum, probandum, & probatum habendum, & similia.
16 Potestas, & eius officiales possunt impunè recedere finito tempore legis, vel statuti syncatus, quod tp̃s etiam de partium cōsensu nō potest prorrogari.
17 Licet causa deducta in libello tempore syndicatus non finiatur, & postea duret, rector nō tenetur stare in ciuitate.
18 An per procuratorem iudex, qui est in syndicatu potest litigare, intellige, & limita, vt hîc.
19 Fideiussores debēt dare iudex de bene administrando, & stando ad syndicatum. Et hic vide ad quid non teneantur isti fideiussores.
20 An statu cautioni officialis cum generali hypotheca bonorum, si est idoneus facultatibus.
21 Si fideiussores in loco, in quo residentiam facere tenetur, potestas non inuenit, non debet p̃sonaliter detineri. sed debet commiti suę iuratorię cautioni. fallit vt hîc.
22 Fideiussores, qui fideiusseruot pro iudice, & pro residētia facienda, an possunt tempore syndicatus petere, vt liberentur à fideiussione, & donec faciat, petere q̃ carceretur iudex.
23 An fideiussor potest esse iudex.

Pregonar

Iudicū syndicatus.

ITē, si la ciudad, o villa, o prouincia dōde fuere el juez de residencia tuuiere algunas villas y lugares de su jurisdicion luego q̄ comē-

Caput. 3.

çare a tomar la residencia, embiara vn escriuano, o dos que sean personas fiables, para que vayan por las dichas villas y lugares a hazer pregonar[a] la residēcia, para que si

a Pregonar[a] Isti iudices syndicatus illi
co dum in cōcilio ciuitatis recipiū
tur, exire debent in forū, & banna
1 publica† emittere per totam ciuita
tem. s. per loca publica cōsueta eiusdem, videlicet, vt si qs voluerit quę relā exponere cōtra iudicē antiquū & eius officiales, & famulos, & contra rectores ciuitatis, & tabelliones, compareant infra triginta dies. vt in lege sexta. titulo. 16. libro secundo. in ord. regali. quę habuitor ex à lege. 135. styli
in fine. & administrabitur eis iustitia, aliàs hoc termino elapso non audientur. Quæ banna debent fieri taliter, vt omnibus in notitiā eueniāt. quia vox preconis paucis innotescit. l. pen. ff. de in integr. restitu. & ideo vt omnes ligēt etiā surdos. vt in. l. 1. §. 1. ff. de postulā. fieri debēt per totam ciuitatē. secundùm Bal. in. c. 1. de milite. vas. qui contu. est. vbi allegat Archidiaco. in. c. q dictis. 16. distin. vbi in fine hoc tenet. & idem Bal. in authen. qui semel. C. quomo. & quā. iud. & in. l. diffamari. C de ingenu. & manumi. & tenet Amode. Iusti. in tracta. syndica. ibi. de inde dicitur dni syndici. & Par. de Put. in tract. syndica. in parte de inde vero eligūtur. fol. 29. vbi quoq;
a dicit, q tale præconiū† debet fieri in scriptis & poni in valuls audiētiæ corā testib', vel p instrumētū publicū, vt edictū: quia edictū est tantę authoritatis, q ignorātia priuatorum non patrocinatur, & vi. gl. notabil. in. l. pen. C. de periculo tuto. ¶ Et talis publicatio banni non solùm debet fieri in publico, vt dictum est, sed in actu populoso, & sic congregato cōcilio. vel in die mercati glo. in Cle. tamen. de electio. Et affixio talis banni. debet esse de originali scriptura ipsius banni sigillatus, hoc est. firmata per iudicem syndicantem. & debet ibi persistere durante termino banni. vt in. l. si pupillus. § præscribere. ff. de iusti. vel eius vigor non deficiat, vel debet seruare tale bannum in archiuo. vt Bald. in lege prima. C. quom. & quando. iu. dex. vel in scriniis curiæ, vel penes scribas. vt in authen. ad hær. C. de fide instrumento. & in capit. ad audientiam. de de fide instrumento. §. primo. Et licet lex sexta. titulo quarto. Partit. tertia. teneat, q in qualibet die debet residentiam preconizari, non vtitur. sed solùm in diebus mercati post latum primū preconium, quod fieri debet in die assumptionis officii. ¶ Debet etiam fieri hoc præco-
3 nium in† villis, & locis ciuitati adiacentibus, vt in isto tex. disponitur. & idem tenet Paris de Puteo, vbi suprà in dicta parte, de inde. folio. 29. num. sexto. Et ratio potest esse secūdum eundem, quia ru-
4 sticis non habentibus† notitiam non currēt tēpora banni. dicit esse arg. in. l. prouincialium. C. de eroga. mili. anno. libro duodecimo. & ibi dicit Luca de Pen. q si contra rusticos aliquid sta-
5 tuatur, nō† tenentur si contra faciant, nisi statutum illis fuerit publicatum. arg. illius. l. & C. de in die. l. secunda. nā & ipsi de plebe sunt. arg. in. c. rogationes. de consecra. distin. quarta, imò
6 plebem† per se rustici faciunt, & constituunt. vt in authen. quibusmodis natura. effici. legiti. §. legitimi, si quidem. collatione septima. quæ dicitur plebs rusticana ad differētiam plebis vrbanæ. Et licet alibi dicatur, q rustici sunt de plebe ciuitatis. vt in capit. decernimus. 18. distin. non tamen quo ad causandam notitiam eorum, quæ ad ipsos peruenire debent. secundùm Parid. de Puteo, vbi suprà. ¶ Vbi quoq; ait, q officialis de-
7 bet procurare† vt causa sui syndicatus tempore debito expediatur, & fiant talia banna, cum cōminatione, q omnes volentes proponere, vel quęrelare contra officialem, & familiam, compareat infra dictum terminum cum peremptorio, & comminatione, q aliàs eo elapso, non au-
8 diantur: quia bannū† est quædam comminatio. vt Bal. in. l. cùm mulier. ff. solut. matri. allegat authen. Item nulla cōmunitas. C. de episcopis, & cleticis. & idem Bal. in. l. certa ratione. C. quando prouocat. non est necess. & debet fieri hoc bānū de cōsilio assessoris. vel sapientis syndicatorū. secundū glo. in. l. 1. ff. de offi. asse. qa negligētes ad quęrelādū semper dicit Pari. d. Put. vbi

suprà

ſupra q vidit, q opponût ſe contra bannum,& aliquando † appellant,& aliquando petunt reſtitutionem in integrum adverſus banna,ad vexandum officialem,& ideo cum omni cautela debet fieri bannum. ¶ Et quoq; dicit ſe vidiſſe

10 † multos officiales euaſiſſe ſyndicatû, & fuiſſe abſolutos,quia querelę non fuerunt datę in tẽpore bãni. Et idem tenet Abb.quem vide in.c. venerabilis.de iudi.nu.13.dicendo in iſtis officialibus ſyndicandis,q ſi eſt ſtatutus terminus ad agendû,& ſubeſt iuſta cauſa ſtatuẽdi, cõpellitur quis agere,ſi vult ius ſuum conſequi,aliàs ſi iudex declarat neminem amplius audiendû, non debet aliquis audiri,ex quo notitia termini ad eum peruenit.vi.Bal.in.l.vnica.C. vt nemo inuitus. & vide ſingulariter Feli.in.c. cûm legebatur. de maior.& obediẽtia.in hnc.quini modicit. Bal.in tract.ſyndicatus.nu.24.tomo.14 tracta.folio.70.q ſi ſtatuta determinant certum tps ad quærelandum contra ſyndicandos, poſtea quærela propoſita elapſo tempore eſt ipſo iure nulla,& ad eam non tenetur reſpondere: qa tps iſtud.30.dierû apponitur iuri proponendo, & elapſo tempore legali,nõ poteſt poni.vt in.l. ſcire oportet.§.conſequẽs.ff.de excuſatio. tuto. & facit.l.cûm titia.de accuſa.&.l.ſi ex ea,C.qui accuſare poſ.vel nõ.c.cû in tua.qui matr. accuſ. poſt.& nota in.c.3.de accuſa. ¶ Et idẽ tenet ſingulariter Pari.de Put.in.d.tracta.in parte officialis finito officio.ſol.26.in.d.lib portatil. vbi

11 ad literam dicit †,q ſi officialis ſtetit ad ſyndicatum,& fuit abſolutus per ſyndicatorem,nõ põt amplius cõueniri,etiã in patria,qñ in loco officij fuiſſet facta ꝓclama,vt omnes qui vellẽt cõparere,cõpareãt, & poſt terminû prędictû per ſyndicatores ſit pronûtiatû in contumacia cõparẽtum,& abſolutus poteſtas,q amplius non audiantur. Et iſtã opi.tenet ibi additionator allegãdo Feli.in.c.pẽ de iudi.in.3.colû.in principio. verſ.circa cautelã.& ſic dicit tenere dictã cautelã pro vera,quo ad euitandû ne officiales cõueniãtur,perpetuò faciant fieri dicta proclamata, quia terminꝰ iſte triginta dierû abſoluit iudicẽ, ſicut ſententia.ff.de iure iur.l.ſi vnius.§.ſi ante.& arg.l.facta.§.ſi quis bonorû.ff.ad Trebelli.& credit verum Bald.in.d.tracta.numero.29.&.30.& Catal. in tracta ſyndi.num.184. vbi vide. Et ſic per iſtam ſententiam probabitur officialem ſtetiſſe ad ſyndicatû,& talis ſcriptura,vel ſentẽ

12 tia † debet fieri de officio bene geſto.per tex.in l.per hanc,C.de nu.actu. lib.12. vbi imperator Anaſtaſius pronidit,q in fine officij detur ſententia abſolutoria,quæ ſententia probabit, & erit ſufficiens ad promotionem aliorum officiorum,& vocatur iſta ſententia litera ſyndicationis. Et ſic in ſententia,quæ fertur in inquiſitione ſecreta contra iudicẽ,ſi in officio laudabiliter ſe habuit,eſt publicè cõmẽdandus.vt in.l.iuſtiſſimos.de offi.recto.prouin.vt Pari.de Put. in.d.tracta.in parte,cõmodo aût.folio.37.& ex hac laude virtuoſi iudices diſponuntur magis ad virtutem,& econtra ſi malè geſſerunt,ſunt vituperandi,ſecûdum Pari.vbi ſuprà.& facit tex. & ibi Plat.in.l.vnica.C.de quęſtoribus. & magiſ.officiorû.lib.12.vbi qui in adminiſtratione publicorum officiorum ſe benegeſſerunt,debẽt clamoroſis laudibus populi commendari, concordat.d.l.iuſtiſſimos.& in authẽ.vt ordinariæ præfecturę.§.renouamus igitur.colla.5.& econuerſo qui malè ſe geſſerunt,tanquam iniuſti,& malefici quęrelarum vocibus ſunt vno ore accuſandi.vt in.d.l.iuſtiſſimos.&.l.quoniã venerabilis.C.de epiſcopis & cleri.& ratio prædictorum eſt,vt alij inducerentur ad bene agendû.vt in dictis iuribus iuxta illud,Oderût peccare mali. &c.vt in.l.1.§.1.ff.de iuſti.& iure.& in. l.1. §.proinde.ff.de variis extraordi.cogni.& ſic q de bonis operationibus in republica exhibitis ſunt homines publicis vocibus collaudãdi, ne per ſilentium bonum quod fecerunt, videatur incognitum. Qui enim non regratiatur amico de beneficio ſibi impenſo,videtur immemor & ingratus beneficij. Quinimo rex delectatur,cû audit officiales ſuos collaudari à ſubditis de bono regimine officij.& hoc caſu admittit voces populi.vt Plat.in.d.l.vnica. ¶ Et q officiales elapſo termino dato ad producendas petitiones contra ipſum iudicem amplius nulla petitio admittatur, & ita debet proteſtari. tenet dictus Paris de Puteo,in.d.tracta.in parte bannum.folio.63.in fine,allegando Bald.in.l.his qui. C.ad turpilia.& in lege ſi tutela.de tutelis.& ratio. diſtrahen.& quia iſto termino elapſo perit inſtantia, & vlterius iudicare non poteſt. tenet Amode. Iuſti.in dicto tracta.ſyndi.in parte inchoata & formata fuit dicta inquiſitio. & ibi quoq; tenet, q abſolutos ab inquiſitione generali degeſtis in officio, & pertinentibus ad officium, non poſſet amplius conueneri, etiam ſi non ſit per ſyndicatores lata ſententia. Secus dicit de contratibus non pertinentibus ad officium, de quibus non fuit cognitum, quia poteſt perpetuò conueniri. ¶ Sed quod tempo-

13 ris eſt ſtatuendum per iſtos ſyndicatores † in bannis iſtis,& edictis pręfigendis ad proponẽdum has quęrelas contra iudicem,& officiales.

tex.in lege prima.C. vt omnes iudi.tàm ciui.
quàm cri.dicit,ꝙ eſt terminus quinquaginta die
rum.& idem tenet tex.in.l.6.titulo quarto. Par
ti.3.ſed iſtę leges corriguntur,quia ſolùm ſtatui
tur,& iudex debet ſtare in ſyndicatu triginta
dies.vt in.l.6.tit.16.libro ſecundo.in ordina.re-
gali.Sed ſi eſt iudex ſyndicatus qui ſyndicatur
arbitrio regis ſyndicatur,attento eo ꝙ in officio
ſtat,ſtat aliquãdo anno,ſtat anno aliquãdo biẽ-
nio,aliquando dimidio,& ſic ꝙ ad arbitriũ prin
cipis relinquintur.vt tenet Paris de Put.in.d.
tracta.in parte,& modum videndum . folio.30.
& ſic vtitur.& eſt tex.in.c.22.infra eod. ¶ Et in
14 iſto termino ſyndicatus feriæ † etiam in hono-
rem Dei non obſeruantur,imò procedit in eis,
& officialium cauſæ poſſunt agitari die feriato,
quia agitur de publico intereſſe.vt in.c.fi.de fe
riis.& Bal.in rub.de re iudi.& Paris de Put.in
d.tract. in parte feriæ,fol.123.in libro portat.&
idem tenet Bal.in.l.obſeruare.§. proficiſci . 10.
q.ff.de offi.proconſu. & lega.& idem tenet A-
mode.Iuſti.in.d.tracta .in parte inchoata & for
mata.nu.182.&.183.tomo.14.tracta.fol.185.& Ca
15 tald.in ſuo tracta.ſyndi.nu.22.vbi aiũt † ꝙ cauſa
ſyndicatorum debet breuiſsimo tempore expe
diri,& poteſt procedi diebus feriatis,etiam in
honorem Dei. ¶ Quinimo dicit, ꝙ propter bre
uitatem inſtantię poſſunt ferè omnes termini
cumulari,videlicet ad excipiendum,probãdũ ,
& probatum habendum,& ſimilia, ſecundùm
Bal.in.l.properandum.in principio.C.de iudi
ciis.& ibi Iaſ.num.14.& facit.c.paſtoralis.đ ex
ceptio.& Cataldi.in tracta ſyndi.q.76.num.46.
vbi ſingulariter.Et facit quod tenet Iohan . de.
Plat.in.l.generali.C.de decurio.lib.10 . in fine.
vbi ait,ꝙ iuxta breuitatem inſtantię cauſæ de-
bent ſtatui breues dilationes. vt in lege prima.
ff.de glaud.legen.& ſingulariter Bald.in. c . de
cauſis.de offi.delega.nu.11.dicendo,ꝙ iudex ꝓ
pter brebitatem ſui temporis poteſt abbreuiare
dilationes partium,& hoc dummodo ſit tempo
ris abbreuiatum à ſuperiore,ſeu à lege,vel ſtatu
to municipali,quia non debet ſpectare,ꝙ iuriſdi
ctio ſua expiret,vnde tacitè videt ſibi cõceſsũ, ꝙ
poſsit abbreuiare dilatiões.arg.ĩ.d.l.1.ff.đ glaud.
legen.& quod ibi notatur. ¶ Et finito tempore
16 legis,vel ſtatuti,poteſtas †,& eius officiales poſ
ſunt impunè recedere.Quinimo ſecundũ eũdẽ
Amode.iſte terminus ſyndicatus non poteſt ꝓ
rogari de conſenſu partiũ.vt ibi per eũ. ¶ Et li-
17 cet cauſa deducta † in libello dato tempore ſyn
dicatus non finiatur infra tp̃s.30.dierũ ſyndica
tus,tñ adhuc poſtea durat,licet corrector non
teneatur ſtare in ciuitate.prout tenet Cataldi.in
d.tracta.q.71. ¶ Sed optimum eſt ſcire,an iudex
18 qui eſt in ſyndicatu,poteſt litigare † per procu-
ratorem. Amode. Iuſti.in.d. tracta.in parte,qui
dominus Iohannes.nu.218.dicit,ꝙ in cauſa ſyn
dicatus poteſt ſe defendere per procuratorem,
cum ſit regulariter pecuniaria.Secus aũt ſi eſſet
capitalis,quia in tali cauſa non admittitur pro-
curator.vt in.l.pen.§ ad crimen. ff.de publi.iu-
di.& in.l.ſeruum quoq;.§.publicè.ff.de procu-
ra.elapſo tamen tempore ſyndicatus ſi cauſa nõ
eſſet expedita,poteſtas poteſt recedere,procu-
ratore relicto de cauſa inſtructo.vt eſt caſus no-
tabil.in.d.l.1.§.ꝙ ſi intra.C.vt omnes iudi.tã ci-
ui.quàm cri. ¶ Sed tu vide.l.12.tit.5.Parti. 3.vbi
indiſtinctè tenet,ꝙ officialis in ſyndicatu ꝑ ſe
debet reſpõdere,vel defendere ſe,& nõ põt ad
hoc ꝓcuratorẽ cõſtituere durãte termino quin-
quaginta dierũ.i.triginta dierũ.qđ intellige vt
dictũ eſt.per Amode.Iuſti.vide quoq; Pari.de
Put.in.d.tract.ſyndic.in parte ꝓcurator officia-
lis.fol.217.nu.5.vbi dicit,ꝙ vidit pluries in re-
gno obſeruatũ,ꝙ officialis in ciuilibus cõſtituit
procuratorẽ.Tñ qñ eſt cauſa criminalis nõ gra
uiſsima,lite cõteſtata.poſſet cõſtituere ꝓcurato
rẽ ad media,volẽtibus iudicibus ſyndicat9.ꝑ no
tata.in.l.accuſatorẽ.§.ad crimẽ.ff.de publi.indi.
& ita ſecũdũ eum practicatur.tñ nõ põt recede-
re ante dies.30.ꝓcuratore dimiſſo,ſed debet ſta
re in ciuitate.& ipſo ſtãte in ciuitate in tp̃e ſyn
dicat9,põt per ꝓcuratorẽ reſpõdere,& nõ cogi
tur corã iudice ſyndicatore cõparere ad reſpõdẽ
dũ,& poſt.30.dies põt recedere, procuratore de
miſſo in ciuilibus.ſecũdũ eundẽ Par.de Put.qđ
eſt notãdũ,quia ita quoq; in nr̃a Hiſpaniæ pra
cticatur. ¶ Sed hoc fallit,qñ officialis vocaretur
ad aliã adminiſtrationẽ à principe,quia tũc põt
cõſtituere procuratorẽ ad reſidẽtiã faciẽdam.vt
Par.de Put.vbi ſuprà.in.d.parte.ꝓcura.qđ non
habet locũ, qñ talẽ adminiſtrationẽ procurauit
cauſa ſubterfugiẽdi de ſyndicatu, & data opera,
vel doloſè tale officiũ obtinuit, vel ad eius po-
ſtulationẽ hoc actũ eſt: quia nec priuilegio tali,
nec aliqua immunitate gaudebit,nec procurato
rẽ cõſtituet:quia tunc non dicitur cauſa reipu-
blicę abeſſe,nec reuocat9 à principe recedere.ſe
cũdũ Pari.vbi ſuprà.nu.5.ꝑ.l.pẽ.&.l.his q rei-
publicæ.&.l.quę data opera.ff.quibus ex cauſ.
maio.đ quo ꝑ Bal.in.l.quæ fortuitis.C.đ pigno.
actio.vbi ait.ꝙ ille,q procurauit officiũ , magis
obligatur ratione culpę,quã ille,q nõ procura-
uit. ¶ Item limita non habere locũ in eo,qui o-
btinuit tale officium per ambitionem , vel data
pecunia,

pecunia,quia pro hoc debet puniri,&non habe
re priuilegium.per.l.primã.ff.ad.l.Iuli.repe. &
melior tex.in.d.l.1. C.vt omnes iudi.tàm ciui.
quã cri.in versiculo. nonnulla virtute,ꝙ ꝓ qua
cunq; alia administratione obtenta,non pote-
rit infra illud tps recedere,nec aliquo alio colo-
re quæsito.vt ibi in tex. ¶ Itẽ limitatur& tertiò,
quando tale officium,ad quod diceretur euoca
tus,obtinuisset causa cõmercij,vel propriȩ vtili
tatis,quia illud cõduxisset pro certa mercede,
& sui lucri causa.per tex.notabil.in.l.milites cõ
meatu.ff.ex quibus caus.maio . per quæ dicit
Pari.de Put.vbi suprà ꝙ dicunt doctores regni,
ꝙ illi,qui emunt bastulationes excariatus nullũ
habent priuilegium in iudiciis,quod facit con
tra istos rectores,qui emunt regimenta,& con-
tra tabelliones,& secretarios,qui emunt officia,
ꝙ non debeant gaudere priuilegiis eorũ officio
rum,sed rex istas venditiones bene permittit ho
die,vel(vt melius dicam)dissimulat eas fieri, de
quo & an si vocatus ad alium officiũ potest con
stituere procuratorem ad residentiam facien-
dam.vide.d.Pari.de Put.in.d.parte procurator.
¶ Adde quoq;,ꝙ iudex,qui habet administra-
19 tionem cum iurisdictione † debet dare fideiusso
rem de bene administrando,& stando ad syndi
catum, finita administratione. vt tenet Luca.
de Pẽna.in.l.si quis decurio. C.de decurio.lib.
10.& tex.in.d.l.6.tit.16.lib.2.in ordi.regali. Et
hanc fideiussionem debet dare infra triginta
dies.vt in pragmatica.101.in pragmat.Valli. an-
no.1537. ¶ Isti fideiussores potestatum,seu ma
gistratuũ tenentur ad interesse,non ad pœnam,
quam magistratus incurrit delinquendo.vt tex.
& ibi Bar.& Plat.in.l.vnica.C.de pericul. eo-
rũ,qui pro magistra.interl.lib.11. ¶ Et ibi quoq;
tenet Plat.ꝙ isti fideiussores non tenentur ad
id,quod illi magistratus debent singularibus p-
sonis,nec tenentur ex mala nominatione,quam
faciunt ipsi magistratus de successoribus suis,
quod nota & nec tenentur de malegestis extra
officium.vt Hippolyt.de Marsi.in repeti.rubr.
de fideiusso.nu.182.& de ista materia vi.quæ di
xi supra in.c.4.prætorum.in gl.Sea obligado.
¶ Sed prȩdicta intellige vera,nisi promissio fi-
deiussoris fuisset recepta in omnem causam. vt
in.l.quæro.ff.locati.& tàm generaliter,ꝙ omnia
prȩdicta comprehenderentur,vt quia promit-
tunt soluere omnem cõdẽnationẽ,quæ fieret de
prȩdictis officialibus qualitercũq;,& quomo-
docunq; tã respectu sortis,quã pœnȩ delicti,&
contumaciæ,tã respectu reipublicæ.quã priua-
tarũ personarum.vt Bar.& ibi latius Plat.quem
vide in.d.l.vnica.& in.l.1.C.de conuenien.fisci.
debito.lib.10.nu.3. ¶ Tamen si officialis est ido
20 neus † facultatibus statur suȩ cautioni,cũ gene
rali hypotheca bonorum, & etiam si non sati-
sdet,poterit administrare.tex.est singula. & ibi
Bar.in.l.quicunq;.la.2.C.de fundi patri.lib.11.
& facit tex.in.l.sciendum.in principio. ff. qui
satisdare cogantur.& idem tenet Paul. de Ca-
stro.in.l.diuortio.§.interdum.ff.solut matr.dicẽ
do,ꝙ vbi ex dispositione legis,vel statuti quis
teneatur ad dandum fideiussorem , releuabitur
ad hoc,si est manifestè idoneus.& soluẽdo. qđ
sequitur Alex.in consilio.37.in.2. volu.nu.12.
¶ Tamen ipsemet Alex.in.d.l.1.ff. qui sat.coga.
nu.12.&.13.putat hoc non procedere ; quia est
cõtra casum in. l.1.inprincipio.vt lega.nomi.ca
ue.vbi hæres cuiuscumq; sit dignitatis,vel quã
ticumq; facultatum teneatur præstare satisda-
tionẽ legatorũ nomine.ad idẽ tex.in.l.minor.
§ si,cum duabus.ll.sequentibus.& ibi notatur.
ff.de procura.& in.l.1.§.magistratus.ff.de magi
stra cõuenien.& Institu. de satisda.tuto , iuxta
principium. ¶ Et nõ obstat.d.l. quicunq;: quia
respondet.vt Bart.in.l.priuationes.C.de mulie
ri.lib.11.ſ.ꝙ in casu.d.l. quicunq; casus de quo
ibi non erat exceptus à regula aliqua volente,ꝙ
esset præstanda satisdatio,imò regulariter non
erat prȩstanda satisdatio,nisi propter inopiam,
& non est verum,ꝙ istud qđ scribitur supra.d.l.
quicunq;. Sit de cõmentu Bar.quia Bar.non le
git nisi vsq; ad titul.de pericu.eorum qui ꝓ ma
gis.inter.vt ibi dicit Ange.tamen Ias.in.d.l.di-
uortio.§.interdum.ff.solut.matri.nu. 9. p duas
col.examinat istam quȩstionẽ,& remanet cum
opinione.Bar.& dicit eãm esse cõmunem . quẽ
vide.& sic,ꝙ si officialis est idoneus facultati-
bus,statur suæ cautioni cum generali hypothe-
ca bonorum,quod non seruatur.Imò debet da-
rȩ fideiussorem,licet,sit idoneus facultatibus su
pra dicta possunt habere locum,dũ quis habet,
vel potest habere officiũ in propria patria, sed
21 non in alia. ¶ Nota tamẽ vnum,ꝙ si talis † pote
stas fideiussores non reperiat in loco,in quo re
sidentiam facere tenetur,non debet personaliter
detineri,sed cõmittitur iuratoriæ cautioni . nisi
esset causa capitalis.vt ĩ.d.l.1.C.vt omnes iudi.
tam ciui.quam crimi.& tenet Montal.in glo.or
di.in parte correctores.& Amode. Iusti.in.d.
tracta.in parte,supradict⁹.dominus.versi.4. vbi
tenet,ꝙ facta responsione ad inquisitionem,po
testas,& officialis non debet carcerari,nec per-
sonaliter detineri , sed fideiussoribus relaxari,
& si eos non inuenerit iuratoriæ cautioni di-

mitti,niſi grauiſsimo crimine, putà,lęſę maieſtatis homicidij,vel capituli,quo caſu ſi eſt familiaris, debet carcerari, & poteſtas, iudex, vel miles fideiuſſoribus relaxari, & hoc, niſi ſit crimen capitale,quia tunc debet incarcerari. vt tenet Bal.in dicta lega obſeruare,§. proficiſci. octaua quæſt. ℣ Sed contrarium tenet Bald.in l.aduerſus.C.de vſuri.& fructi.lega.numero ſecundo,dicendo,ꝙ non ſtatur tali iuratoriæ cautioni ſed quidquid dicat Bald.ibi opinio Montalui eſt vera,& eam tenet Iaſ.in dicta lege prima.ff.qui ſatiſdat.cogan.numero.16.& Alexan. ibi.& pro Montal.eſt communis opinio ſecundum Hippoly. de Marſil.vbi multa iura ſimilia allegat in repet.rubr.ff.de fideiuſſo.numero 166.vbi in nu.167.dicit iſtam communem opi. limitari,& non habere locum in illo, qui aliàs pręſtabit iuratoriam cautionem,ſeu fideiuſsionem,& poſtea fuit periurus,& non ſeruabit ꝓmiſſa per eum, quia talis hoc caſu non admittitur ad præſtandum talem fideiuſſoriam cautionem,iurãdo. vt ibi per eum. ℣ Et idem quod Montal.tenet Cataldius in dicto tracta.q. 279. dicendo, ꝓ ſi tempore ſyndicatus non poteſt iudex cauere, tenetur dare iuratoriam cautionem, niſi eſſet cauſa capitalis, inter quas etiam baratería computatur, quia tenetur crimine falſi. & idem tenet ſingulariter Hyppolit. de Marſil. in lege prima.§.pręterea.ff.de quæſtio.numero 115.& idem Hipolyt.in repeti.leg. fin. ff.de iurſ.om.iudi.numero.124.& vi.Pari.de Puteo in dictò tracta.iis parte,fideiuſſor officialium. folio.119.numero ſexto.vbi dicit,ꝙ ſatis æquum & iuſtum eſt,ꝙ committatur iuratoriæ cautionis,nec iudex extra patriam ſuam officium gereni,& in partibus remotis & iuſtitiam rigidè in maleficiorum punitione ſeruans, tributa vehementer exigens, & perinde odio habitus ab ſubiectis grauetur onere fideiuſsionis, quæ dicitur concuſsio.l.quotiens.C.de dignita.qua in ioco.in colla.proprij.eſt dificile inuenire. vt in.l.cùm non facilis.ff.ſi cui pluſquam.per.l.faciles ℣ Vnum tamen in iſto caſu tene, ꝙ quando aliquis liberatur, præſtando iuratoriam cautionem, debet obligare bona ſua.vt tex.in lege multis.C.de princi.agenti.in rebus.libro duodecimo.& tenet Alexander in dicta lege prima.ff. qui ſatiſdare cogantur.in fine.& in numero octauo. ℣ Circa ſupradicta dubitatur
22 de quæſt.quæ ſæpe occurrit†, dum iudex eſt in ſyndicatu, propter æmulationem illius, illi,qui pro eo fideiuſſerunt pro reſidentia faciẽda, comparent coram iudice ſyndicatus,& petunt,vt ille det alios fideiuſſorer,vt illi liberentur à fideiuſsione,& illo renuente, capiat eum, & in carcerem deducat. Ad qđ dic,ꝙ ille iudex, qui ſtat in ſyndicatu,non tenetur nouos fideiuſſores dare, maximè ſi tempore ſyndicatus non dilapidat,nec traſportat bona ſua.vt in.l.ſi,ꝓ ea.C mandati.& ibi docto.tex.in lege octaua.titulo.18.libro tertio.for.ll. & ibi Montal.& tenet Pala.Rubios.in repeti.capit.per veſtras.de dona.§.9.numero. 15. & non poſſunt agere contra eum antea quam ſoluant.vt in dicta lege fori.& In lege Lutius.ff.mãda.de quo per Hippolyt.de Marſil.in repetitione rubricæ.ff.de fideiuſſ.numero.216. & vide Guido.deciſione. 113. & ſi dilapidat, vel tranſportat,& poſt iſtam trãſportationem,& delapidationem redeat ad bonos mores, non poſſunt agere contra eum fideiuſſores reſpectu dilapidationis. vt tenet dictus Hippolyt. vbi ſuprà. numero. 219. allegando Baldum in dicta lege.ſi pro ea.quęſt.octaua.
23 ℣ Et an iudex †,qui eſt perſona publica,poſſit fideiubere pro vna partium, & teneatur in ſyndicatu pro ipſa fideiuſsione, & eam ſoluere? Dic ꝙ ſic. Et ad hoc eſt tex.notabil.in lege ſi quis vxori. §. ſi fugitiuum, ſecundum vnã lecturam. ff. de furtis.& quod notatur in lege Romanus appulus. ff.de tutori. & curato. datis ab his. vt tenet Paris de Puteo.in tracta ſyndica. in parte, fideiuſſor officialium.folio. 119. numero ſeptimo. Et hac authoritate ductus pluries ego fideiuſsi pro pauperibus, dum iubebam executionem fieri, & ſolutionem cum fideiuſſore,iuxta formã legis Toleti: quia ſi tales pauperes, vel miſerabiles perſonæ propter potentiam aduerſariorum non inueniebant fideiuſſores, vt ſolutio eis fieret:ego fideiubebam, & in proceſſu cauſę deſcribebatur dicta fideiuſsio, vt dicti pauperes conſequerentur quod ſuum erat. Et facit quod dicam infra in.c.10.in glo.Nõbrare. vbi teneo,quòd iudex poteſt ſe eligere in depoſitarium.quem vide.& illum textum.in dicto. §. ſi fugitiuum.allegat Nicola. Boërius in deciſione. 315.numero ſecũdo.licet dicat qđ de ſtyllo ſuę curię & Neapolitanę officiales ipſius curię non recipiuntur in fideiuſſores, vt ibi per eum.

Summarium.

1 QVerellare,& libellum porrigere,an poteſt coram tabellione.

Eſcriuano.

b Eſcriuano.[b] Nota caſum, in quo coram † tabellione poteſt
1 quis quęrelare, & libellum porrigere, ſicut etiã inſtrumenta poſſunt produci ſoli notario. vt tenet Abb. in c. quoniã contra. de probatio. nu. 12. in caſu iſtius tex. ſcripturę. vel acta facta per notariũ ſunt de actis. vt ꝓbatur in iſto tex. in quãtum dicit, Y lo junte con lo otro. & excepto iſto caſu cõtrariũ eſt de iure cõmuni. vt Bal. ĩ authẽ. quæ ſupplicatio. C. de precibus imperat. offeren.

ouiere algunas quexas del aſsiſtente, o gouernador, o corregidor, o de ſus officiales, para q̃ las vengan a dar ante el juez de reſidencia, o ante el dicho eſcriuano[b] ſi quiſiere. Y el dicho eſcriuano por dõde q̃ era que fuere aya toda la informaciõ q̃ pudiere delo contenido en las dichas quexas[c], y demas d̄

Summarium.

1 Libellus, an in cauſa ſyndicatus requiratur.
2 Quilibet de populo põt agere cõtra iudicẽ.

c Quexas.[c] In quantum ex iſto tex. notatur, ꝙ contra officialem offerri, d̄bet † libellus in ſyndicatu. ¶ Cõtrariũ tenet
1 tex. in authẽ. vt iudices ſine quoquo ſuffragio. §. neceſsitatẽ. colla. 2. & glo. in authen. niſi breues. C. de ſenten. & periculo recitan. in glo. fin. vbi ait, ꝙ quando agitur contra præſidem. finito officio, non datur libellus. per tex. in. d. §. neceſsitatem. Bar. ſimpliciter. ſequitur illam gl. & Anto. de Butrio. in. c. 1. de libelli. obla. dicit, ꝙ in cauſa ſyndicatus non datur libellus. per. d. §. neceſsitatem. & per. l. 1. C. vt omnes iudi. tã ciui. quã cri. q tex. hoc non probat, ſed probat. ꝙ debet lis conteſtari, dum dicit, poſtquam lites ortæ fuerint. ¶ Sed pro noſtro tex. facit quod tenet Bal. in. l. 2. C. de ſenten. quæ ſine certa quan. profer. vbi ponit formam libelli, quando agitur cõtrã iudicẽ in ſyndicatu de negligẽtia, dicẽdo ꝙ d̄bet dari libellus. vt condẽnetur, quatenus religioni iudicis æquum videbitur. & Bart. in. l. ſi filiusfamiliãs. ff. de iudiciis. dicit. ꝙ debet dari libellus, & à parte concludi. & idem tenet Bal. in. l. quę fortuitis. C. de pignora. actione. vi. Specula. in tit. de accuſatio. in. §. 2. vbi ponit libellũ cõtra iudicẽ. l. Iuli. repet. ad q̃d facit quod tenet Bar. in. l. 4. §. hoc aũt iudiciũ. ff. de dãno infecto. vbi ait, ꝙ in cauſis deſiderãtibus celeritatẽ requiritur libellus. per Cle. ſæpe. de verbo. ſignifi. de quo vi. quæ dixi. in c. 36. in capitibus correctorũ. in gl. ſummarias. licet Speculator in tit. de libelli concep. §. nunc dicẽdũ teneat, ꝙ in iſtis deſiderantibus celeritatẽ, requiratur talis qualis petitio ſine ſcriptis, tamen quando iudicaliter expediuntur iſtæ cauſæ libellus requiritur ſecũdũ docto. ĩ. d. l. 4. §. hoc aũt iudiciũ. & vide Pari. de Put. in. d. tract. ſyndi. in parte, ian cõtra officialẽ. fol. 169. nu. 4. vbi dicit. ꝙ qñ cauſa ſyndicatus eſt maximi præiudicij: q̃a iudex debet cõdẽnari, taliter, ꝙ amplius nõ aſpirabit ad officiũ, tũc debet dari talis petitio, ſeu libellus, q̃a eſt fundamẽtũ cauſæ. vt in authẽ. offeratur. C. de litis cõteſta. q̃a libellus offertur nõ ſolũ ad inſtructionẽ partis, vt poſsit ſe defendere, ſed etiã iudicis, vt poſsit certã formare ſentẽtiã. vt dicit ibi Bald. vnde dicit Pari. de Put. ibi. nu. 5. ꝙ cũ officiales diuerſi mode in ſyndicatu impetãtur de barateria, de iniuriis perſonalibus, & realibus, & extorſionibus d̄ dolo, de culpis, de negligẽtiis, d̄ aliis præiudicialibus, nõ vidit, quim nõ ſit d̃adus libellus, vel petitio ad inſtructionẽ partis, & iudicis, præſertim in illis præiudicialibus. & ita dicit de cõſuetudine ſeruari. ¶ Sed ſi cauſa eſt leuis, & modici præiudicij, non datur libellus. per. d. §. neceſsitate. & in authẽ. de mãda. princip. §. ſit tibi. vbi dicitur, ꝙ in quęſtionibus viliũ perſonarũ, vel rerũ, aut vitiũ cauſarũ, nõ ex ſcripto proceditur, quia ſunt celeriter expediẽdę. vt gl. ibi exẽplificat in cauſis fœni, & paleæ, vel qñ diceretur, ꝙ poteſtas illi abſtulit caldareã pignus, & etiã qñ eſſet pauper, vel vilis, quia licet eius cauſa eſſet magna, libellus. nõ dabitur. vt in. d. §. ſit tibi. vbi dicit Ange. ꝑ illũ tex. ꝙ cauſa magna vilium, & pauperũ ex nõ ſcripto deciditur, ſicut etiã cauſa brebis, dicẽs, ꝙ cauſa pauperũ in ſyndicatu expeditur ſine libello, & ſine ſcriptura. Tñ tene, ꝙ ſufficit, ꝙ in actis ſcribatur ſaltẽ petitio verbalis. vt Bal. in. l. ſi quis. C. de accuſatio. & idẽ Bal. in. l. 1. C. vt in poſſe. legato. & etiã ſi cauſa ſyndicatus eſt mediocris, ſufficit, ꝙ pars verbo petat, & actorum magiſter ſcribat in actis, ꝙ talis compareat coram ſyndicatore, & per modum ſimpli-

su officio sepa todo lo que pudiere saber de como los dichos officiales han vsado delos dichos officios, para que la pesquisa, & informacion de todo, lo traya al juez de residencia, y lo junte con lo otro, que por el se hiziere, para que de todo se informe dela verdad. Y reciba el descargo[d] que dello se diere, y lo prouea de justicia, como le esta mandado.

cis petitionis petit ab officiali ibidem præsente tale quid, vel sufficit contra ipsum offerri citationē emanatā. si illa cōtineat rē, & causam, & id, quod petit ab officiali. arg. glo. in. l. quotiens. C de priui. schola. quæ dicit, ꝙ citatio potest offerri loco petitionis. quod tenet Io han. Andr. in capit. primo de litis contesta. in sexto. quando pars non contradicit. & referūt doctores in d. authen offeratur. licet Bal. ibi dicat, ꝙ talis citatio ablata, non habet vim libelli, nec alij effectus sequātur, qui ex libello sequeretur, qui loquitur in causis ordinariis, in quib⁹ requiritur expressus libellus secundū Pari. de Put. vbi suprà. nu. 9. vbi in nu. 10. dicit, ꝙ causa syndicat⁹ est extraordinaria. vt glo. in. d. authen. nisi breues. quam allegat Bal. in. l. 1. §. 1. ff. si cui. plusquam. per. l. falci. & in ea causa iurisdictio est modico tempore duratura. vt dixit Bar. in. l. 2. ff. de re iudi. & alij doctores dicūt, ꝙ in ea proceditur leuato velo. ¶ Sed tu tene supradictam distinctionem circa libellum dandum, vel nō dādum. quia aliàs si petitio non esset necessaria, iudex nō posset pronuntiare, nec reus se defendere, & si causa syndicatus expediretur solo verbo, mille petitiones fierent contra officialē. ¶ Nec obstat tex. in. d. §. necessitate, quia ille tex. loquitur in casu speciale. s. contra officialem fugientē à syndicatu, contra quem ex non scripto proceditur. vt tenet. d. Pari. de Put. vbi suprà. num. 7. & 8. vbi per totum capitulum de ista materia. ¶ Item adde, ꝙ non solùm quilibet pro suo in-
a teresse potest agere contra iudicem, verū etiā † quilibet de populo admittitur ad querelandum cō-
tra iudicem, quando pœna venit applicanda fisco. vt notat gl. in. l. iubemus. C. ad. l. Iulia repet. & in. l. 2. ibi, à quocumq; propulsante. C. vbi de ratio. agi. opor. ¶ Tamen contra dictas personas talium querelantium cōtra potestatem possunt opponi exceptiones, quę possunt opponi contra personas accusatorum. de quo per Bal. in rubri. & in. l. 1. per totum. C. qui accusa. non pos. vt tenet Amodeus Iusti. in tracta. syndica. in parte, in termino comparuit. quem vide, & dixi in c. 47. in capitibus correctorum. in gl. Publicos. in fine.

Summarium.

1 Defensio inquisito reseruatur, nec papa, nec imperator potest eam tollere.
2 Statutum tollens facultatem opponendi exceptionem nullitatis contra sententiam, non intelligitur exclusa exceptio nullitatis surgens ex defectu citationis.
3 An à captura potest incipi, nulla citatione facta, quando quis est debitor ex cōtractu guarentigio.
4 Defensioni quis non potest renuntiare.
5 An princeps potest procedere cōtra partem nō citatam.

d
1 El descargo[d] Et sic inquisito defēsio † reseruatur. Idē tenet tex. in. c. qualiter, & quando. el. 2. de accusatio. versi. debet igitur. & ibi Feli. dicit, ꝙ debet sibi statui terminus ad defensam. quod est verū secundum eum, quando inquiritur contra certam personam. Secus si fiat generalis inquisitio super statu ecclesiæ. per. c. fi. de purg. cano. & talis defensio inquisito nunquam est subtrahēda, eum sit de iure naturali: nec papa, nec imperator potest eam tollere. vt in Cle. pastoralis. de re iudi. facit. l. defensionis facultas. C. de iure fisci. libro decimo. & etiam diabolo nō denegaretur defensio, si esset in iudicio. vt Specula. in tit. de inquisitione. quasi in fine. ¶ Et ideo si statutū
2 † tolleret facultatem opponēdi exceptionē nullitatis contra sententiam, nūquā intelligitur exclusa exceptio nullitatis surgens ex defectu citationis, vel alterius defectus perueniens à iure naturali. secūdū Feli. vbi suprà. vbi dicit, ꝙ ita cōsuluit Auchar. consil. 207. qđ incipit. đ iure cōmuni. & vi. Bal. in. l. 1. i. 4. col. C. quomodo & qn̄ iudex. vbi expresse dicit, ꝙ nō valet statutū disponēs quem debere cōdēnari absq; citatione per. d.

per.d.Cle.pastoralis.¶ Sed Angc.& Imol in.l.
si sic.ff.de lega.1.per illũ tex.volunt tenere cõ
3 trarium.dicendo,ꝙ si statuto cauetur†,ꝙ pro-
pter instrumentum guarentigium capiatur de-
bitor ad merã volũtatẽ creditoris,poterit incipi
à captura.ostenso instrumento,etiam nulla præ
cedente citatione.per illum tex. iuncta.l.cui
quidam.La grandc.ff.de lega.2.¶ Quod non o-
bstat,quia citatio,& defensio velut inducta de
iure naturali non posſit tolli.quia ibi per.d.sta-
tutum non tollitur defensio,sed potius defen-
dendi,modus variatur,quia defensiones reseruã
tur ex post facto ꝙ fieri potest de iure. vt in.l.
fi.C.de compensa.& in.l.2.C.de edicto diui A
dri.tollen:quia defensio iuris ex causa tolli po-
test.vt in.l.seruus.C.de his qui ad eccles.cõfug.
& in.l.prima.& 2.C.quãdo lice.sine iudi.se vẽ.
multò fortius potest talis defensio modificari.
secundùm Ange.& Paul.de Castro in.d.l.si sic.
& facit tex.in.l.5.tit.Delas excepciones.lib.
tertio.in ordina regalibus.& Paul.& Angc.al-
legant.quod nota glo.singula in.l.de pupillo.§.
meminisse.ff.de noui.operi.nuntia. vbi poni-
tur an posſit inchoari à præcepto cũ iustifica-
tione,si senseris te grauatum.quæ responsio est
notabilis secundùm Feli.vbi supra.Et in tantũ
est prohibitum tollere reo defensionem,ꝙ etiã
4 si ipse renuntiaret† defensionibus,talis renũtia
tio non tollet suas defensiones,iuxta notata per
Bar.in.l.custodias.ff.de publi.iudi.& in.l.sti-
chus.ff.de pẽnul.lega.de quo per Feli.in.c.dile-
cti.de accusa.3.colla.versi.nota quintò.& ibi vi.
per eum quid in criminalibus,& quid in ciuili
bus.& vi.glo.in.l.pactum inter hæredem.ff.de
pactis.& ibi docto.Et illã glo.dicit vnicã Bald.
in.c.quoniam contra.de probatio.nu.63.vbi te-
net,ꝙ etiam reis confitentibus,debet dari termi
nus ad defensionem faciendam,& etiam si reus
renuntiet defensioni,quia in causa capitali non
valet renũtiatio,quia est cõtra ius naturale.per
d.glo.quia nemo est dominus vitæ,vel necis.
Termino autem,qui datur ad defendendũ,be-
ne potest renuntiare,quia iste terminus non est
de iure naturali,sed de iure positiuo:quod patet
quia statuitur arbitrio iudicis.& ideo Bal.cõsu-
luit magistratibus,ꝙ ad omnẽ malitiã superan-
dã expectent terminũ,nisi fortè esset periculũ
in mora,putà,tumultus populi,tũc potest illud
accelerari,dumtamen iustum sit fieri.¶ Et.d.gl.
in.d.l.pactum inter hęredem cõmo.idem Bald.
in.c.1.de offi.delega.in fine.& in rub.de pactis.
in Decretali.numero vndecimo.quod intelligit
ibi,nisi sit sponte & solenniter confessus in iu-
dicio dummodo non sit confessus extraiudiciũ
per torturam.& ita dicit,ꝙ obseruat totus mun-
dus.¶ Vide Guid.pap.singula 489.§.i criminalibus.vbi tenet,ꝙ non debet fieri renuntiatio,&
conclusio in causa quia quocunq; tempore ante
sententiam si quis se velit defendere,debet audi
ri.casus dicit esse in.l.vnius.§ cogniturum.ff.de
quæstio.& Bar.in extraua.ad reprimendum,in
gl.sequentia.& Alex.in additio.ad Bar.in.l.1.§.
si quis vltra.ff.de quæstio.in additione,in ver-
bo,post cõclusionẽ.& p Bar.& eius additio.ibi
in.l.diui fratres.ff.de poenis.¶ Sed Paul.de Ca
stro.in.l.sed & si quis.§ quæsitum.ff.si quis cau
tio.dicit,p contrarium,seruant asseſſores, quia
faciunt vt cõfeſsus crimẽ renũtiet omnibus de-
fensionibus,dicendo nullas habere,& statim p
feruit sentẽtiã per gl.in.l.1.ff.de furti. balnea.
quod Paul.intelligit ibi,quando constat nullas
habere defensiones,aliàs procedit.quod dictum
est,ꝙ nõ põt renũtiare.& talis practica asseſſorũ
non placet.Bal.in.l.si accusatoribus.C.de accu-
satio.1.colũ.nu.11.& quoq; non placet Bar.in.l.
custodias.ff.dẽ publi.iudi.quia nemo est do-
minus mẽbrorũ suorũ,vt dictum est.quinimo
reus cum iuramẽto non potest renũtiare defen
sionibus,& probationibus.tenet Bal.in.l.1.C.de
confeſsis.colũ.15.& sequitur.Feli.in.c.cùm ve-
nissent.de testi.colũ.vlti.& Hippolyt.de Mar-
si.in sua practi.§.vltima.nu.13.& in.l.vnius.§.co
gniturum.ff.de quæstioni.nu.73 & non obstã-
te renuntiatione potest reuocari.vt.d.Hippo-
lyt.in.d.practi.§.examinanda.nu.31.& sic,ꝙ au
ditur ea,non obstãte.secundũ eum.¶ Et licet ali
quę fallentię ponantur per doctores,putà si cõ
fessus cõmittit inorme delictũ.vt.d.Hippoly.in
d.practi.§.diligẽter.nu.162.vel si est cõfessus de
lictum spõte solẽniter in iudicio,& si euidẽter
est culpabilis,vel quando constat nullas habe-
re defensiones,& in exceptionibus declinatio-
nis fori,& in aliis.vt per Ias.in.l.si quis in con
scribendo.C.de pactis.nu.17.& per Hippolyt.
in.d.§.cogniturum.vbi per eum de ista materia.
& per Feli.in.c.si diligenti.de foro competen.
nu.3.& ibi latè p eius additiona.& in.d.c.cũ ve
nissent.de testi.& ibi Bal.in fine.¶ Tamẽ ex o-
mnibus istis fallẽtiis vna sola mihi placet.s.quã
do reus in.d.causa criminali paſſus est labi ter-
minũ probatoriũ,seu dilationẽ sibi datã ad pro
bãdũ,quo casu non debet ampliùs admitti.vt te
net Alex.in additio.ad Bar.in.d.l.1.§.si quis vl
tro.ff.de quęstio.& Bal.i.l.1.C.q accusa.nõ pos.
& est glo in.d.l.1.ff.de furtis balnea.iã allegata.
& tenet Hippolyt.in.d.§.cogniturũ.nu.71.vbi

ponit istos nouẽ casus. ❡ Sed ĩ ciuilib⁹ bene põt renũtiare terminũ ꝓbatoriũ. gl. in. d. c. cũ venissem. de testi. & ibi docto. ❡ Et talis renuntiatio nõ extẽditur in causa appellationis. vi. ibi p eos & per Feli. ❡ Videtu Bal. in. c. significãte ð appellatio. nu. 4. vbi quoq; intelligit. d. gl. pactũ inter hæredẽ. s. ꝙ loquatur de innocente, qa iste nõ põt renũtiare, nõ ð eo, q cõstat esse culpabilis. ❡ Et de materia, an princeps,
5 vel † interior possit, ꝓcedere, ꝑtenõ citata, nec ðfensa, maximẽ qñ cõstaret nõ competere parti defẽsionem, vi. semper Abb. in cap. primo. de causa poss. & proprieta. 2. column. & Bal. in. l. executorem. col. octaua. versi. modo facio. C. de execu. rei iudica. & Card. in. d. Cle. pastoralis. §. deniq;. in prima opposi. & p alios doctores relatos p Feli. in. d. c. qualiter & quando in versi. debet.

Iudicũ syndicatus. Caput. 4.

ITẽ q̃ el juez de residencia, quando recibiere la pesquisa[a] secreta si algun testigo dixere algũa cosa general, ansi como q̃ era parcial, o q̃ no executaua la justicia, o que cohechaua, o que era negligente enla administrar, o no castigaua los peccados publicos, y otras semejantes cosas, q̃ pregunte alos testigos

Iudicum syndicatus. Caput. 3. finis.

Sequitur caput. 4

Summarium.

1 INquisitio generalis, quę fit cõtra officiales, & iudices, finito officio, est inuẽta ð iure, licet dãnati ex inquisitione non sint infames.

2 In inquisitione, quæ fit cõtra iudicẽ, interrogãtur, & examinãtur causidici, ꝓcuratores, aduocati, & eorũ scriptores, & alij, qui corã officialibus causas habuerunt.

3 Iudex syndicatus debet facere suũ interrogatorium, qñ cõtra iudicẽ inquiritur, & capitula, quę ex ipsa inqsitione resultãt, exponere reo ne subtrahatur sibi facultas defensionis, & latius. nu. 9.

4 In inquisitione, quæ fit cõtra iudicẽ, debẽt recipi testes idonei, & nõ inimici, nec suspecti iudici. Et si aliquis fuit carceratus ab eo nõ est idoneus testis contra eum in syndicatu.

5 Capitulis inimitia ꝓbatur ex verbis minatoriis.

6 Testis, q est cõsanguineus querelãtis repellitur.

7 Minor, & mulier an repellãtur à testimonio.

8 Omnes, q nõ sũt ꝓhibiti, in testes admittũtur.

10 Iudex debet facere tradi inquisito, vel accusato copiã inquisitionis.

11 Si aliquæ culpæ ex inquisitione secreta cõtra iudicem resultã., & iudex qui stat in syndicatu, facit porrigi super eas petitionẽ p aliquẽ amicũ, vel per aliũ, an erit audiendus petitor, & inquisitio cesset.

12 Inquisitio an cesset, superueniẽte accusatore.

a PEsquisa[a]. Forma istius inquisitionis, quę fit cõtra iudices, & officiales, nõ est inuẽta à iure cõmuni, sed à statutis, & cõmuni obseruãtia. secũdũ Amode. Iusti in tracta. synd. in. 3. fol. in ꝑte, in materia inqsitionis. vers. 7. & sic fit in nostra Hispania: qa fit dicta inquisitio secũdũ formã horũ capitũ. ❡ Et licet forma de iure communi non fuerit inuenta, tamen in-
1 quisitio † generalis, quæ fit contra iudices, & officiales, finito officio, est inuenta de iure. secundũm Bal. in. l. obseruare. §. proficisci. ff. ð offi. ꝓcons. & lega. dicendo, ꝙ contra omnẽ officialẽ ꝓcedi põt p inqsitionẽ licet dãnati ex ĩ inquisitione nõ sint infames, qa grauãtur præter legẽ ideo pręter legẽ subleuãtur. ❡ Nec in tali generali inquisitione oportet ponere locũ certũ, Secus in speciali Bal. ibi. ❡ Ange. in. l. si vacãtia. C. de bonis vacã. lib. 10. col. 14. dicit, ꝙ syndicatores potestatũ. & capitaneorũ, qui syndicãt iudices, & eorũ officiales, possũt cõtra eos inquirere de delictis cõmissis p eos in officio, nõ præcedẽte fama publica, vel clamosa insinuatione. p notatã per Innoc. in. c. 2. ð offi. ordi. & . c. qualiter & qñ. el. 2. de accusa. & in summa eiusdẽ tit. vbi dicit de inquisitione, quę fit contra caput, aũt mẽbra alicuius ecclesiæ, vel ciuitatis, vel loci ð delictis in genere. & est tex. in. c. 20. infra eod. ibi, La pesquisa secreta. ❡ Et de ista forma vide latius & melius per Amode. Iusti. in. d. tracta. in parte, hęc est quedã inquisitio quę fit & fieri intenditur, per talẽ syndicatorẽ electũ ad syndicãdũ nobilẽ militem dominũ talem, olim potestatẽ, seu capitaneũ ciuitatis Neapolis, et cõtra omnes iudices, eiusq; domicellos familiares, & cõtra vniuersam

niuersam familiã dicti potestatis. ☞ Et vi. Parid. de Put. in d. tracta. syndica. in parte, procedũt au
a tem in syndicatu. fo. 30 vbi ait †, ꝙ in ista inquisitione interrogantur cũ iuramento causidici, procuratores, & aduocati, & eorũ scriptores, & alij, qui coram officialibus causas habuerunt. qui verisimiliter scire debẽt, & qui aliquid pon̄ntur dedisse. ☞ Et aliquando barones solent mittere per omnes vicinos illius terræ ad perscrutãdum si quid dederint officiali, vel si q̃s extorserit ab his, quæ dicitur scrupulosa syndicatur secũdum eundem. ☞ Vide quoque singulariter Bonifacium de Vitali. in suo tract. maleficiorum. in parte de inquisitionibus. in versi. In nomine domini. Hęc est quædam inquisitio, quę fit, & fieri intenditur per dominum Anto. syndica. vbi ait. ꝙ in ista generali inquisitione nõ debet poni asserti uè, quòd iudex deliquerit in suo officio, propterea, quia ius pręsumit pro ipso, ꝙ bene gesserit officium ꝙ iurauit. vt in. c. illud. & c. ad audiẽtiam d præscrip. ☞ In ista inquisitione secreta iu
3 dex syndicat⁹ debet facere suũ † interrogatoriũ, seu capitula ad testes cõtra iudicẽ examinãdos. quæ capitula infra in fine opis ponũtur, & talia capitula debet exponere reo, ne subtrahat sibi facultas defensionis. vt infra dicetur: quia regulariter etiã p principẽ in criminalibus auferri non põt, vt tenet Frã. de Aretio. in. d. c. quiliter & q̃n. de accusa. el. a. §. debet, versi. tertiò nota. ☞ Et in
4 tali inquisitiõe iudex † recipere dbet testes idoneos, & non suspectos iudici: quia si aliquis fuit carceratus ab eo, non est idoneus testis rõtra cũ in syndicatu, secundũ Bal. in. l. si ipsius. C. famil. hereisc. qa præsumitur ei odiosus. & hoc tene, licet Oldral. i quodã suo cõsi. vult tenere cõtrariũ. ☞ Item repellitur inimicus inimicitia capitali. vt in. l. licet. ff. de arbi. & in. c. per tuas. el. a. de simo. & etiã repelluntur, qui habitãt cũ tali inimico, vt Specul. in tit. de teste. in principio. & in. §. 1. versi. ꝙ si ab vno. ☞ Et non solũ qui est inimicus verè, sed etiã putatiuè apud vulgus secundũ doctor: in. l. athletæ. §. dat remissionem. ff. de excusa. tuto. & non solũ qui est inimicus mẽtis, sed qui pręsumitur esse, putà quia habet causam inimicitiæ secundũ Innoc. in. c. cũ. 1. era. d re iudi. & etiã repellitur, si est suspectus de inimicitia secundũ Innoc. in. c. cũ. p. manconela. de accusa. hoc tamẽ relinquitur arbitrio iudicis secundũ Innoc. in. c. cũ oportet. de accusatio. ☞ Capitalis inimicitia
5 † probatur ex verbis minatoriis. vt notat glo. in §. item propter Institu. de excusa. tuto & extẽditur vsq; ad quartum gradum. l. lex Cornelia. ff. de iniuriis. ☞ Item consanguineus quærelantis re-
6 pellitur †, quia nõ est idoneus testis contra potestatẽ, quia detrahitur eius fides. vt in. d. l. lex Cornelia. in principio. ff. de iniuriis. ☞ Et si talis consanguineus interrogatus si attinet quærelanti, & dixit ꝙ non, & postea probatur, ꝙ est coniunct⁹ tanquam falsus repellitur. vt tenet Amod. Iusti. in. d. tracta. syndica. in parte, supradicta dñs potestas, & alij supra nominati negauerũt omnia. versi. item cõsanguineus, & secundũ eũ præsumitur ꝙ scienter dixerit falsum, cũ inter coniũctos non cadit ignorantia. l. octaui. ff. vnde cogna. & in lege de tutella. C. de in integr. resti. mino. & in. l. qui falsa vel varia. ff. de testi. & in lege eos. & ibi nota. ff. de falsis. & per Innoc. in. c. fraternitatis.
7 de hæreti. ☞ Item repellitur minor † viginti annis, si agatur criminaliter. l. testimonium. ff. de testi. sicut etiã repellitur in aliis causis criminalib⁹ vt ibi. Mulier aũt de iure ciuili in causa criminali admittitur. l. ex hoc. ff. de testi. sed de iure canonico repellitur, quãdo agitur criminaliter de crimine. secus si ciuiliter, vt notat glo. in. c. super eo. & in. c. ex literis. de testi. vnde in terris ecclesiæ repellitur. vt notat glo. in. c. forus. de verb. signi. §. fi. & Floria. in dict. l. ex eo. & Bar. in. l. priuilegia. C. de sacrosanct. ecclesi. ☞ Conclude ergo in hac materia, ꝙ cũm edictũ de testibus sit permis-
8 sorium. vt in. l. prima. ff. de testibus. omnes †, qui non sunt expresse prohibiti pro econtra admittuntur. vt tenet Amod. Iusti. vbi suprà. versi. conclude. vbi quoq; ait, ꝙ est aduertendũ in examinatione testis, quia debet scribi dictum eius, & cuiuslibet extense, & non debet notarius vnum extendere, & alium scribere quòd dixit vt alius: quia si tales testes sunt suspecti, non probant, quando producuntur à parte. Secus si à iudice in inquisitione, quia in iudice cessat timor subornationis, vt notatur in authen. qui semel. C. de probatio. & ita dicit Bald. in lege præcipimus. C. de
9 appellatio. ☞ Recepta igitur, & impleta † inquisitioni vt cõtinatur de teste in testem, vt veritas elucidetur, capitula, quæ contra iudicem, & officiales resultarent ex dicta informatione (quæ in nostra Hispania, Cargos, vocantur) extrahat à dicta inquisitione, & exponat iudici, & officialibus suis, & det eis terminum ad respondendum, & ad se defendendum, & debent dari iudici, qui syndicatur nomina, & dicta testium, simul, & non separatim cum dictis cargis, & oneribus, quia si separatim darẽtur, nesciret quid & à quo sit dictum, vt in dicto termino sibi dato ad respondendum possit respondere ad omnia, vt est textus singularis in dicto capitulo, qualiter & quando. el segundo. de accusatio. §.

debet & ibi Feli.in.2.notabili.& Iohan.de An-
na.ibi prima col.& est tex.in lege.12.tit.10. for.
ll.lib.4 & tenet Paul.de Cast.in.l.is apud quem
C.de edendo.nu.5.allegando Bal. ibi dicendo,
10 ꝙ † iudex debet facere tradi inquisito, vel accu
sato copiam inquisitionis, vel accusationis, & o-
mniū actorū contrà eū. quod sequitur ibi Ias. in
dicta lege.is apud quem.nu.5. vbi quoque dicit,
ꝙ similiter debet dari copia iudiciorum, & inte-
rim debet supersederi à tortura, & potestas qui
secus fecerit, tenetur in syndicatu. Et ꝙ copia atte
stationum debet dari iudici, vt possit se defen-
dere: & si denegatur potest appellari, tenet A-
modeus Iusti.in dicto tracta.in parte, coram no
bis.versi.item si petitur.nu.220.tomo.14. tractat.
Idem tenet Gandi.in tit. quomodo cognoscitur
de malefi.nu.18.dicendo, ꝙ facta & completa in
quisitione, testes, & totus processus debet publi
cari, & de eis debet fieri copia ipsi reo.argum.l.
si.C.de boni.vaca. ibi, data copia reclamandi &
l.diuus.ff.de custo.reorum. ¶ Circa quod nota,
ꝙ si ex informatione secreta aliquę culpę, idest,
cargi resultarent contra te iudicem, qui stas in
11 syndicatu, vel cogitas resultare, facias † porrigi
petitionem per aliquem amicum secretè, qui pe
tat tibi tales res, vel accuset te de tali delicto, qui
accusator, seu petitor est audiendus, quia præue
nit, & ratione præuentionis alij maleuoli exclu
duntur. vt in lege seruus plurium. ff.de lega.pri
mo. & deinde si ille, qui dedit quęrellam, omittit
eam probare, potestas, vel officialis absoluitur.
vt in lege qui accusare. C.de edendo. cum simili
bus. Et hanc cautelam ponit Amode. Iusti.in di
cto tracta.syndica.in fine sui tractus. versicul.erit
etiam cautela. ¶ Ex qua sumitur practica hodier
na, quam iudices syndicatus habent: quia si ex di
cta inquisitione secreta resultāt aliquæ culpę cō-
tra iudicem, vel officiales, & petitio publica su-
per aliquem quærelantem data in sententia di-
ctæ secretæ inquisitionis, remittūt dictas culpas
ad dictas causas publicas, vt in illis super eis iu-
dicent publicis causis pronuntiare, & sic pluries
euadunt à condemnatione, quæ debet fieri ex
ipsa inquisitione secreta, quod nota. ¶ Quæ pra
ctica quoq; procedit ex dictis Bart.in.l. si mari-
tus.§.si autem extraneus.ff.ad.l. Iulia. de adulte.
12 ver.vltimo.vbi tenet, ꝙ inquisitio † cessat, super
ueniente accusatore ante sententiam latā, vt Dy.
in regula. Actum legitimè. de regul.iur.in.6. la-
tè Hippol. de Marsi. in sua pract.crimi. §. con-
stante.nu.92. vbi singulariter.idem tenet, quòd
si ante sententiam superueniat accusatio, tūc ces
sat inquisitio tanquam remedium extraordina-
rium. de quo vi. Montal.in lege.15.tit.10. foro le
gum lib.4.in glo. Que demande. & per Ang.de
Aretio.in tract.malefi.in parte, hæc est quædam
inquisitio.versic.quęro an inquisitus possit op-
ponere exceptionem. & latissimè per Iohan.de
Anna.in dicto cap.qualiter & quando, de accu-
sa.§.licet autem.col.3.in fine. vbi per.3.col. & per
Bar.in dicto.§.si autem extrāneus. & licet Bar.ibi
dicat, ꝙ prędicta vera de iure communi, tamen si
per formam statuti, seu legis, permittitur inquisi
tio, vt in illo tex. permittitur, tunc est auxilium
ordinarium, & tunc accusatore superueniente,
non tollit inquisitionem precedentem, sicut nec
aliam accusationem legitimè institutam. quod se
quitur ibi Ang.de Perusio. & Bald.licet nullam
faciat mentionem de Bar.in cap. quoniam con-
tra.de probatio.num.6.tamē licet hoc sit, & non
est equum ex vno prætenso dilicto. quē subiici
diuerso examine, maximè coram diuersis iudici
bus, sed nec coram eodem, iudex supersedeat in
altera, qua vult, & in alia procedat via sua. Et sic
practicatur, ꝙ superseditur in inquisitione, &
proceditur in accusatione, seu petitione partis:
quinimo habet locum, etiam si petitio fiat ad de
nuntiationem officialis correctoris, seu iudicis
syndicatus, contra eū, qui syndicatur: quia si pars
superuenit, debet cessare petitio officialis: quia
omnis inquisitio, quæ fit ex officio iudicis, etiā
ad denuntiationē officialis est iudicium extraor
dinarium. quod dicit notandum Bald.in dicto c.
quoniam contra.num.5.& in casu, quòd est con-
demnatus tām super accusatione, quàm super in
quisitione. vel denuntiatione officialis, vna solu
tio sufficit. vt in lege senatus. ff. de accusatio. de
quo per Bald.in dicto cap. quoniam contra. nu.
7. ¶ Tamen vi.tu ibi Bal.nu. 58. vbi vnum ver-
bum singul.tenet, scilicet, quòd contra rectores
terrarum fiunt inquisitiones generales, sicut pro
cedit libellus generalis contra tutorem, & cura-
torem, ita contra magistratum, qui tenetur reipu
blicæ reddere rationem generalem de omnibus
gestis tempore sui officij. Vnde si super ista ge-
nerali inquisitione fiant probationes speciales,
condemnabitur ex ipsis probationibus in alia
facta inquisitione, seu petitione speciali. Et ita di
cit, ꝙ seruat consuetudo, quæ est optima legum
interpres. Et ex hoc dicto Bald. potest oriri pra-
ctica, quam habent aliqui iudices syndicatus, ma
ximè in delictis, & extorsionibus, & barateriis:
quia licet superueniat petitor, seu accusator, ac-
cumulant probationes per se ex officio factas in
secreta cum processi publicæ petitionis ad eum
determinandum, & pronuntiandum. ¶ Et facit
quod

